ille:Nunc Põpeius ſuis cõfirmatis argumẽtis debe re milites ſuos bellum ſuſcipe aduerſus Cæſarem: nunc refellit argumẽta aduerſarioꝝ.ſ. Cæſaris qui dicebat ſuperius uẽiat lõga dux pace ſolutus ille ap/ pellat me ſolutũ pace refello: ergo cõmilitones ora torie refellit & defendit:ꝙ ille obiiciebat ĩ ſuã uer/ tit utilitatẽ:ſed ꝙ ſenior eſſet: & longa pace ſolutus: reſpõdet hoc uerbo ꝗ utilitates incõmodũ ſuũ uer/ tit. Dux:cõcedo ꝙ ego ſim ſenior uobis:ſed quã/ to magis ſum ſenior:tãto magis etiã peritior ĩ re mi litari.At ille uero Cæſar iuuenis eſt ut miles potius ꝗ impator appellari poſſit. Licet: ꝓ quãuis. Se/ nior.ſ. ſit miles illis caſtris: & ſit iuuenis dux.ſed no bis ſit ſenior dux & milites iuuenes. Quo potuit: Arguit nunc ab auctoritate.nam hæ ſunt ptes quæ ualet ad Impatorẽ ꝓbãdũ:ut dicit Cicero.ſ. uirtus & auctoritas:oſtenditq; auctoritatem ſenatus tan/ tã eſſe ut fortunã ſine pudore pati nõ poſſit uno a la trone ſuperari:ab auctoritate ſui:ergo refellit dicẽs ſe ad eum dignitatis gradum euaſiſſe:quo nullus ſu perior eſt:niſi ſi aliquis regnũ appetat: ideo Cæſarẽ in inuidiã adducit: qui maior uult eſſe Põpeio. ſed hic nõ ciuicam: ſed tyrãnicam cõditionem appetit: ſicut Cæſar: Aſcendi: ad eum dignitatis gradum euaſi. Quo:ad quẽ gradũ. Liber.i.q in libertate ſit nõ ſub tyrãno. Supraq; nihil: Supra gradũ illum quo euaſi nihil reliq niſi regnũ:niſi ſi aliqs fieri rex appetit:plane hic ĩ cæſarẽ loquiꝰ:q cũ maior eſſe Põpe/ io uelit regnũ appetit. Quiſq; ꝓ quicũq;. Pom.trãſire.i.pat eſſe Pom.ſupior. Nõ pri. nõ priuatã ui/ tã ĩ Romana urbe:ſed regiã dignitatẽ appetit. Hinc cõſ.nunc ab auctoritate cõſulũ arguit:totiuſq; ſena/ tus. Hinc a pte nr̃a. Vterq; cõſul.ſ.Lẽtulus & Gabinius uel Marcellus. Cæſar ne.ſ.uictor erit ſenatus cũ indignatiõe legẽdũ.i.uícet ne Cæſar ſenatũ? Trahis oĩa cæco curſu.i. adeo impudẽs ẽ fortuna:ut tãtũ de decus patiaꝰ ſenatus. Nil pudet: ꝓ non ullius rei te pudet. nomẽ ꝓ aduerbio. Multis ne rebellis: refel lit ea quæ ab aduerſario dici poterãt.ſ.nõ uíces Cæſarẽ o Põpei:q galliã & fortiſſimas gẽtes ſubegit:ũde Põ peius hoc argumẽtis leuat qđ negare nõ põt:ſed qđ ẽ qđ tibi ſpẽ dederit: o Cæſar:ut arma cõtra me uel ſena tũ auſus fueris ſũere. Gallia.ſ.quã uiciſti.x.ãni fluxerũt:ex quo cõtra gallos bellũ geris:q tibi ſẽp rebelles fu ere:nec unꝗ eos ſubigere potuiſti. Multis luſtris:nõ erãt multa luſtra:ſed duobꝫ tantũ luſtris galliã oẽm ſubegit cæſar:qa cũ cæſar qnq; ãnis galliã tẽuiſſet eã ſenatui populoq; ro. ſubegiſſet & eã tributariã feciſſet: ps illius reſtabat:ũde obtinuit ĩ alteꝝ luſtrũ:ut ſibi ꝓuicia ꝓrogareꝰ:ergo duobꝫ luſtris galliã đbellauit. Aetaſq; ĩpẽſa labori.qa ætatẽ cõſũpſiſti ĩ debellãda gallia. Dãt aı̃os:& loqꝰ ad Cæſarẽ:ꝗſi nõ ad ſecũdã pſo nã ſed ad tertiã:ſed ſcio ꝗ es demẽs ac temerarius ꝗ bellũ cõtra nos inferre uis. Rheni dãt aı̃os: tibi ꝙ ad rhenũ flu.ptinet ita legi:cũ hunc flu.cæſar põte iũxiſſet:cũq; bellũ ſuſcepiſſet: ꝙ nõ alius ũꝗ fecit traductis copiis ĩ finibꝫ hoſtiũ paucos dies moratus eſt:ut uicis & ædificiis exutis in fines ureoꝝ ſe cõtulit:& ad auxĩ liũ pducti ſũt ne a Sueuis ꝑueniren a qbꝫ cognouit ſueuos more ſuo liberos: uxores reſq; ſuas oẽs ĩ ſyluis đpoſuiſſe:& oẽs q arma ferre poſſẽt ĩ unũ locũ cõueniſſe hoc ubi cõpit cæſar bellatis oĩbꝫ rebus: ꝑ ꝗs exer citũ uehi poſſet:tũ exercitũ trãs rhenũ duceꝰ ſtatuit:ut germãis metũ ĩferret:& urbãos obſidiõe liberaret ũde ſatis eẽ ad gloriã & utilitatẽ arbitrãs exercitũ ĩ galliã traduxit:põteq; reſcidit: iſte uero dicit fugiſſe ex o ceano ĩ galliã:ſed nõ ueꝝ ẽ qa domitis hoſtibꝫ ſe ĩ galliã ꝓuiciã recepit. Hæc.ſ. dãt aı̃os Cæſari. Terga britãnis:ſicut a germãis:ita a britãnis dicit fugiſſe Cæſarẽ.Ita ſe hẽt de britãnis hiſtoria. Caſſiuelinus dux britãnoꝝ uaſtatis agris đtrimẽtiſq; acceptis:& ĩ primis ciuitatis defẽſiõe ꝑmotus Atrebatẽ:Onomiũ lega/ tos ad cæſarẽ de dditiõe miſit:Cæſar ꝙ ĩ cõtinẽti firmare cupiebat obſides Britãnis ĩpauit Britãniãq; po. Ro.tributariã fecit:& obſidibꝫ acceptis in Galliã copias traduxit non igiꝰ fugit immo ſubactis britannis ſpõte ſua ſe cum exercitu recepit in Galliam: ſed Pompeius res quas negare non poteſt Cæſari leuat.

Oceanūq́ue uocans incerti ſtagna profundi
Terita quæſitis oſtendit terga britannis?
An uanæ timuere minæ quod fama furoris
Expulit armatam patriis e ſedibus urbem?
Heu demens nō te fugiūt: me cūcta ſequūtur
Qui cum ſigna tuli toto fulgentia ponto
Ante bis exactum quā cynthia cōderet orbē
Omne fretum metuēs pelagi pyrata reliquit
Anguſtāque domū terrarū in ſede popoſcit.
Idem per ſcythici profugum diuortia ponti
Indomitū regem: romanaq́ fata morantem
Ad mortem ſylla fœlicior ire coegi.
Pars mūdi mihi nulla uacat: ſed tota tenetur
Terra meis quocūque iacet ſub ſole tropheis.
Hinc me uictorem gelidas ad phaſidos ūdas

Oceanūq́: nā uenit in britāniā cæſar: & duxerat ad oceanū uſque exercitum: poſt quē eſt britānia: quæ alter orbis terraꝝ a nōnullis dicit̄. unde & Virgilius. Et penitus toto diuiſos orbe britānos. Incerti ꝓ/fundi ſtagna: qa uocat oceanū tanq̄ ſtagnū. Britānis: quos ipſe temere iuaſerat: ideo terga dare coactus ē cæſar. An uanæ: refellit ꝙ cæſar dicere poſſet. Facile erit uīcere Pom. q romā deſeruit. ūde dicebat īferius Cæſar ꝓ qua pugnabit̄ urbe: ac ſi. d. ſi paꝝ tutus in urbe romana uidebat̄ Pom. ubi tutus eē poterit a cæſare: ūde ſe nō fugere inqt: ſed ſenatus me ſecutus eſt nō fugiētē: ſed cōſilio bella gerētē: nam ciuib⁊ parere uolui: ne ſi ī urbe ꝑmanerēt detrimēti aliqd ciuitas caper. Vanæ minæ. ſ. cæſaris: rurſus oratoriæ ī laudē & utilitatem ſuā uertit: ꝙ cæſar dicere poterat: o demēs cæſar nō ē ita: ut tibi ꝑſuaſū ē. ſ. ꝙ fugerī ex urbe metu tuo: ſed me ducē ſequunt̄ quocūq́ ſigna tuli. Sequūt̄. ſ. Ro. Demēs: temerarie. Qui: ab auctoritate ſui & uictoriis arguit: & a maiori ad mīus ego pō. q maiora bella cōfeci: minora ēt cōficere potero & uīcere: ūde introducit̄ a poeta Pōpeius q res oēs geſtas ſuas breuiter & ſuccīcte cōmemorat. Signa tuli: me ideo īgt ſequūt̄: qa me ducē exiſtimāt idoneū: cū ea āte oculos ponūt: q̄ toto orbe terraꝝ magna uirtute geſſi. Ante bis exactū: lege gabinia ꝑfectus ē Pom. maritimæ regioni: nā mare īfeſtū reddiderant pyrratæ adeo ut nec portus Caietæ: īmo nec hoſtiæ tutus eſſet qn ī terras aſcēdebāt: & latrociniū exercebant: duo priores Ro. cū inſignib⁊ īpii capti ſūt: capta eſt ēt. M. Antonii filia: cū ī agrū ꝓficiſceret̄: & magna redēpta eſt pecunia: illi ergo regioni maritimæ ꝑfectus ē Pōpeius: q poſtq̄ infeſtaret eos pyrratas mar̄ totū duoꝝ menſiū ſpatio liberauit: quos maiore ex ꝑte captos nō occidit: ſed cogitans hominē eē rationis participem: exiſtimauit uitæ mutatione atque locoꝝ poſſe feritatem deponere: conſtituit eos in continentem deferre: & ꝑte quidē eoꝝ urbes pu æ deſertæq́ receperūt: cōcludēs cū plures ī ſolorum urbe accepit: quæ urbs reſtituta a Pompeio fuit: quam tygrannes armeniæ rex nuper deſertam fecerat. Alii Tygnem Achaiæ ciuitatem tunc ciuiubus uiduatam incoluerūt: hoc narrat Pōpeius ꝙ bellum ingens aduerſus pyrratas con fecerat. uſque ad illum locum cōſtrue: pyrrata pelagi & cætera. Qui: ego. Signa: aquilas. Ante bis exactum & cætera: Ideſt ante duos menſes: quia ſingulis menſibus luna creſcit & decreſcit. Pyrata: prædator. Ideſt tranſeundo: quia ex tranſuerſo ſimul ac nauem uiderent in eam tranſeundo mare impetum facientes eam depredabātur. Metuens: Scilicet me & arma mea. Anguſtamque domū: Ideſt paruam habitationem qui tantum mare infeſtum reddebant contenti fuere breui ſpatio terræ. In ſede: in urbib⁊ paruis ut ſolorum urbe quam Pōpeius reſtituit a tygrāne Rege armeniæ: & in urbe tygnæ Achaiæ ciuitate: quam Pompeius ciuibus uiduatam pyrratis habitandam reſtituit. Idem per ſcythici. Narrare cœperat uictorias ſuas Pompeius quas in uniuerſo orbe terrarum pepererat: quod nunc etiam facit: nam gentes bello ſubactas dinumerat: dum fugientem Regē proſequitur Mitridatē ut ſupra dictum primo quidem Mitridates a lucullo ſæpe acie uictus: tādem ad tygrānē confugere coactus eſt: cū quo & ipi tygrānes aliquotiens fuſus atque fugatus: poſtq̄ nulla ſpes eſſet a tygrāne defendi: alias gentes & ignotas quærere conſtituit. Fugit igitur in Boſphoꝝ atque Meotī in ultimas terras ſe recipiebat Pompeius: tamen fugientem perſequitur qui per populos Boſphoro ac Meotidi uicinos incōmoda multa paſſus eſt: ſed nationes ac gentes per quas iter faciebat bello ſubegit: nam hac Pompeii expedititione domitta inſula ponti Armenia: Cappadocia: Paleſtina: Arabia: India: & pyaratæ omnes: Paphlagonia: Media: Colchis: Hyberes: Albani: Syria: cilicia: Meſopotamia: Phœnicia: hæc igitur enumerat Pompeius breuiter: quæ in excurſione illa breui temporis ſpacio cōfecerat. Idem: Ego Pompeius. Profugum regem coegi: Scilicet mitridatem. Per diuortia: per diuerticula: quia huc & illuc fugiebat Mitridates ſalutis ſuæ incertus. Schytici ponti: Scilicet per gentes Boſphoro ac Meotidi paludi accolas. Indomitum regem: Mitridatem qui antea uinci non poterat ab imperatoribus Romanis: non a Lucullo: non a Sylla. Sylla fœlicior: quia neque ſylla hoc effecit: quanuis ipſum regno mutilaſſet. Pars mūdi: & profecto hoc Pompeio cōtigit: qđ nemini alii impatoꝝ Romanoꝝ: nā de tribus partibus orbis terraꝝ triūphauit: de Lidia uicto Domitio: de Europa pulſis e maritima regiōe pyrratis: poſtremo de Aſia: de uictis gentibus & nationibus paulo ante dictis. Quocūq́ ſub ſole: ſiue ī libya ſiue in Europa: ſiue in Aſia.

Arctos.i.ſeptētrio. Ad phaſidos ūdas:qa dū ꝓſequitur Mitridatē cœpit populos oēs pōtū: Armeniā: Cappadociā:Paphlagoniā: Mediā:Colchidē:ubi ē flu.phaſidos. Phaſidos flu. colchoꝝ ī ſeptētriōe. Cognitus axis Aegipto:ꝓpter paleſtinā dixit:q̄ eſt ps ægypti ꝓuīciæ. Medius axis:uidelicet meridies:nullā mūdi ptē uult reliquere:nā ſeptētrionē:meridiē: orietē & occidētē:oēs ptes mundi cōmemorat Pōpeius: ubi uictoriā cōſecutus eſt:dixit de ſeptētrione:qa uidelicet colchidē uicit: nūc de meridie dicit ꝓpter paleſtinā. Calida ægypto:qa in meridie eſt:ideo calida & ſub torrida zona expoſita. Atq;.ſ.eſt cognitus.

Arctos hēt:calida medius nihil cognitus axiſ
Aegypto:atq; umbras nuſq̄ flectente ſyene:
Occaſus mea iura timēt tethymque fugacem
Q ui ferit heſperius poſt oīa flumina bethys
Me dōitus cognouit arabs:me marte feroces
Eniochi.notiq; erepto uellere colchi:
Cappadoces mea ſigna timēt & dedita ſacris
Incerti iudea dei.molleſque ſophenæ
Armenios cilicaſq; feros tauroſque ſubegi.
Q uid ſocero bellū præter ciuile reliqui?
Verba ducis nullo ptes clamore ſequuntur:
Nec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ
Senſit & ipſe metū magnus: placuitq; referri
Signa nec in tātæ diſcrimina mittere pungæ

Axis ſyene.i. ꝓpeter ſyenē ablatiue poſitus ē:nā græce locutus ſicut thebe thebes:ita ſyene ſyenes. Nuſq̄ flectente ūbras.qa ſyene ciuitas ī ægipto ē: ubi radii ſolis terrā ꝑpēdiculariter adeo fuerit: ut ī nullū corpus ūbrā faciāt qa quāto magis ſol capiti noſtro ꝑpēdiculariter poſitū ē tāto breuiorē capit umbrā: ſed ſi ꝑpēdiculariter ē: nulla penitus ūbra ſuſcipere tur: hæc ciuitas ꝓbat̄ eē ī medio mūdo. Occaſus de ſeptētrione & oriēte dixit: nūc de occidēte dicit ꝓpter hiſpaniā:quæ ī occidēte ē ubi Sertoriū expugnauit. Mea iura:meā poteſtatē. Bethis: q flu.ē hiſpāiæ:ūde dicit Solīus ꝗ̄ memorabilib9:ꝙ Bethica hiſpania ē appellata. Me domitus: nūc de oriēte dicit. Arabs:ꝓpter Arabiā dicit:iudeā: phœniciā:& Paleſtinā. Eniochi.ſ. me cognouerūt ſūt populi colchidos. Noti.i.cogniti & famoſi. Eniochi.i.noti colchi. Erepto uellere: nā colchoꝝ nomē uulgatū ē ꝓpter aureū uellus qđ Iaſō cum argonautis rapuit:fabula nota. Cappadoces:qa dū ꝑſeqt̄ fugientē Mitridatē oīa luſtrauit loca Pōpeius oriētis:ſed primo ēr tygrānē uicit: q cū Pōpeiū ſuc/ceſſiſſe lucullo audiuiſſet: nam filius eius a pr̄e tygrāne defecerat:& Pōpeiū in Armeniā uocauerat tygrannes certior factus de humanitate Pōpeii ipſū adire cōſtituit: & cū equo ueheret̄ a lictorib9 Pōpeii iuſſus ē deſcēdere:ꝙ uidelicet nemo peregrinus in caſtra romana equo uectus uenire cōſueuerit:paruit tygrannes & gladiū eductū præbuit militibus:deīde cū ad cōſpectū Pōpeii ueniſſet:& coronā ante pedes Pōpeii deponere uellet:Pōpeius præuentus eſt:qui eum dextera porrectū ī proximā ſedē:ideſt ſiniſtrā apud ſe collocauit. Tūc Pōpeius īnqt ꝙ tibi ablatæ fuerāt Armeniæ partes.ſ.Siria Cilicia:cappadocia: Gallatia:Sophone: lucullo aſcribēdū eſt:quæ autē nunc uſq; tenuiſti: ſi nouē milia talēta pro reliquo ſolueris: oīa poſſidebis: delectatus eſt his uerbis tygrānes:cū etiā Pōpeii milites eum Regē ſalutarēt: ꝓmiſit militi eminā: Cēturiōi uero eminas.x.Tribuno aūt militū.x.talēta:hæc cū audiuiſſet filius eius ægre tulit: ad cœnāq; uocatus uenire noluit:ꝙ diceret ſe nō ægre Pōpeio:q res has magnifaciebat:& Romanoꝝ aliū inuētutū eſſe Pōpeius: tradidit illū cuſtodibus ad triūphū ſeruādū:q'in triūphū a Pōpeio cū cæteris captiuis ductus ē. Cappadoces mea ſigna tenēt:qa cappadociā ablatā Regi tigrāni reſtituit: Cappadoces ſūt populi ī capite Syriæ:taurū mōtē ab oriēte Cappadocia ſpectat:cui mōti tauro & Iſauria ſubiacet atq; Cilicia:ideo cum dixit Cappadoces: ſtati has ꝓuīcias noīauit cū tauro mōte. Incerti iudea dei: īmo tu īcertū deū colis īſane poeta:ſed iudei unū deū ueꝝ ſolūq; colebāt. ideo locutus ē ſicut uulgo crediderūt gētes: quia deū unū uerū colebāt iudei:nec nomē īponebāt:ideo deos īcertos colere dicebāt̄: ſe uero deos certos colere dicebāt ueteres:qa illis noīa īponebāt:noīaq; appellabāt:Ioue:Martē:Neptunū. Iudea dedita ſacris:iudeā ut āte dictum ſubegit Pōpeius:& tēplū ad id tēpus īuiolatū ſpoliauit: Ariſtibolūq; Regē indiæ cœpit: & ſecūq; illū ī captiuū duxit. Sophenæ armenios:gallatiæ finitimi ſūt. Molles:dixit ꝓpter benignitatem aeris ſic.Virgilius:Et mollis gētes.p.m. cœpit. Cilicas.ꝓpter pyrratas dixit. Tauroſq;:q iuxta taurū mōtē habitabāt:nā taurū mōtē Cappadocia ab oriēte ſpectat cui ſubiecta ē Iſauria & Cilicia. Quid ſocero bellū: qđ deniq; reliq ſo ſocero cæſari præter ciuile bellum.q.d.nihil.omnia enī bella confeci toto orbe terrarū. Socero:cæſari. Verba ducis:Hæc ubi dixit Pompeius nulla ſubclamatiōe probata ſunt:ut taciturnitas Pompeio ſuſpecta fuerit:ideo non eſt auſus contra cæſarem ducere exercitum timentē:ſed ſatius eſſe exiſtimauit in locū tutum.ſ.brūduſium. Nullo clamore: non eſſe ſubclamatum a militibus: ut ſolet fieri cū orationem ducis comprobant. Matura claſſica: Ideſt ſigna propere data. Promiſſæ linguæ: quia promiſerat ſi animus ita fuiſſet Pom.militibus ſe ſignum daturum ut caſtra mouerent: & cæſarem qui Italiam populabat̄ uniuerſo exercitu petere. Matura:oportuna. Senſit & ipſe metum magnus: Ideſt Pompeius: uidelicet ex eo ꝙ tacitos milites uidit: cœpit & ipſe metuere. Metum: militum ſuorum. Placuit: Pompeio. Referri:retro ferri:iam enim milites procedere cœperunt: Mittere:exponere. Diſcrimina:pericula.

Iam uictum fama non uiſi cæſaris agmen
Pulſus ut armentis primo certamine taurus
Syluarum ſecreta petit: uacuoſque p̃ agros
Exul in aduerſis explorata cornua truncis.
Nec redit impaſtus niſi cum ceruice recepta
Excuſſi placuere tori: mox reddita uictor
Quoſlibet ĩ ſaltus comitãtibꝰ agmina tauris
Inuito paſtore trahit. ſic uiribus impar
Tradidit heſperiã: ꝓfuguſque p̃ appula rura
Brunduſii tutas conceſſit magnus in arces.
Vrbs eſt dicteis olim poſſeſſa colonis
Quos creta ꝓfugos uexere p̃ æquora pupes
Cicropiæ. uictum mentitis theſea uelis.
Hanc latus anguſtum iam ſe cogẽtis in arctũ
Heſperiæ tenuem ꝓducit in æquora linguam
Adriacas flexis clauditq; cornibus undas
Nec tamẽ hoc arctis immiſſũ faucibꝰ æquor
Portus erat. ſi non uiolentos inſula choros
Exciperet ſaxis. laſſaſq; refunderet undas

Iam uictum fama: quia antequã cæſarem uideret. iam ferme uictum metu uidebatur. Nõ uiſi: nondũ uenerat in conſpectum. Pulſus ut armentis: ſimiliter oſtendit quomodo Pompeius ſe in tutum locum recepit metu ſuorum militum deterritus: quemadmodum facit taurus. Incertus inquit & pudibundus agmen auertit Pompeius nõ aliter q̃ taurus alterius tauri metu deterritus & uictus ſolitudinem petit: ubi ſe tantiſper exerceat: & reſumptis uiribus aduerſarium repetat: ita Pompeius fecit. Sic: eo modo. Tradidit: Scilicet cæſari. Armentis: pro ab armẽtis. Primo certamine: Ideſt prima pugna. primo dixit: qa non ſecunda uice pugnauit. Siluarum ſecreta: per ſolitudines. Vacuos: armẽtis. Exul: qa paſcuis ſuis depulſus ẽ quaſi extra ꝓpriũ ſolum ſit. Explorat .i. exercet tẽtat. In aduerſis truncis: in oppoſitis qa ipſe cornibus inuadit tunc arbores: ut ita exercitatus acrior ad pugnam redeat. Impaſtus: qa quaſi dedignatur carpere gramẽ: donec uires ſuas perfecerit: ut ſe nõ parem modo: ſed ſuperiorẽ eẽ exiſtimet aduerſariis. Ceruice re.pla.to. ſicut Virgi. Et crurum tenus pẽdent palearia mẽto. Excuſſi: quia cũ caput excutitur colla quatiũtur & palearia. Repleta.ſ. ſanguine: qa ante ſanguinẽ ſuderat: dum certãdo uincitur ab aduerſario. Mox reddita uictor: qa quæ ãrea uictus amiſerat: nũc rediit uictor. Inuito: nolente paſtore. Quoſlibet in ſaltus: quocũq; uoluerit ipſe. Trahit agmina.ſ. armenta. Comitãtibus tauris.ſ. ipſum quaſi triũphãtem & uictorẽ. Sic: pari rõne. Mox: ſecunda pugna. Vrbs eſt dicteis dixit: ſupius Põpeiũ: poſtquã ſenſit aĩos militum ſuoꝝ non ſatis cõfirmatos ad bellũ: metu cæſaris deteritos petiiſſe brũduſium: nunc deſcribit ſitũ urbis Brũduſii: & topographia eſt: Ideſt ueri loci deſcriptio: poteſia ẽ ficta q̃lis apd Vir. Eſt ĩ ſeceſſu longo locus. Hæc urbs brũduſii a cretẽſibꝰ cõdita fuit: his q uecti ſũt naue theſei: poſtq̃ deuicto Mĩotauro Athenas uictor rediit: nec mẽinit mutare uela: ſicut ægeus pr̃ mandauerat. Fabula hoc hẽt Androgæus erat minois regis filius nobiliſſimus athleta: q cũ iuuenes atheniẽſiũ uirtute ſuparet: ĩuidiã cõtraxit nimiã: hũc igĩ æq̃les ĩ terrã editiſſimã ſubductũ ĩ mare p̃cipitauerũt. minos Rex cũ fruſtra filiũ ſuũ repeteret bellũ atheniẽſibꝰ ĩtulit: cũ uniuerſa claſſe: q cũ obſidionẽ ãplius tolerare nõ poſſẽt ĩ deditiõẽm uenerũt hac lege: ut quot ãnis ſeptẽ uiros Mĩotauro deuorãdos mitterẽt: mittebãt igĩ ſigulis qbuſq; ãnis ſeptẽ uiri: q cũ Minotauro certarẽt: & ſi uicti fuiſſent ab eo deuorabãtur: primo mittebãt plebei. multitudo cũ gẽte ſuã pdi uideret facta ſeditiõe ĩ urbe diutius hoc paſſi nõ ſũt: & ita coactus ẽ ægeus Rex Atheniẽſiũ: forte nobiles eos educerẽ q mitterẽt. Accidit igr̃ ut ſors caderet ĩ Theſeũ ægei Regis filiũ & nobiliſſimũ quẽq; atheniẽſẽ: cui igĩ filio Theſeo ꝓficiſcẽti & nauigãti ĩcretã: pr̃ mãdauit & ſi uictor occiſo Minotauro rediret: uela ex nigris ĩ alba mutaret: Theſeus igĩ occiſo Mĩotauro opẽ Adrianæ filiæ minois: cũ eã phedrãq; ſororẽ adduceret p̃nimia feſtinatiõe oblitus ẽ uela mutare: pr̃ ægeus cũ filiũ redeũtẽ ꝓſpiceret locũ eminẽtẽ cõſcẽdit nauẽ r̃deũtẽ uidit uelis nigris: & exiſtimãs filiũ ſuũ a minotauro deuoratũ: cũ ſupſtes poſt illũ eẽ nollet: ſe p̃cipitẽ d̃dit ĩ mare: & de ſuo noĩe mare ægeũ appellatũ ẽ. dicit ergo ꝙ cretẽſes: q uecti ſũt naue Theſei hãc urbẽ cõdididiſſe: & reuera ætholii q cũ duce diomede uenerũt ĩ italiã brũduſiũ cõdiderũt: deĩde ab appulis pulſi ſũt. Creta.ſ.a. Velis mẽtitis: qa uelis nigris r̃diit Theſeus uictor: & mẽtitæ ſũt uictorẽ eẽ theſeũ. Hĩc latus: Italia a circio ĩ eurũ extẽdit.i.a uẽto: qa collateralis occiduo ẽ: habẽs ab Africo mare tyrhenũ: ab oriẽte Ioniũ: a borea adriaticũ ſinũ: ubi ẽt ĩ ãguſtũ cõtrahit: ibi ſita ẽ ciuitas Brũdiſii de q̃ loq̃t hoc loco: & dicit ĩ liguæ modũ eẽ qa ĩ oxigonũ.i. ĩ acutũ ãgulũ extendit Italia: ubi ædificata fuit brũduſiũ. Liguã tenuẽ: q ĩ modũ tẽuis liguæ ſubit adriaticũ. Producit: porrigit. Heſperiæ: italiæ. Cogẽtis ſe ĩ ar. qa Italia deſinit ĩ oxigonũ.i.ĩ acutũ ãgulũ. Quæ: ligua. Claudit ũdas.i. facit portũ. Cornibꝰ flexis: dicit ex hac ligua oriri duo cornua qbꝰ mare coercet: ut ſit nauibꝰ tutiſſimus portus. Nec tamẽ: & q̃q̃ iqt: lingua illa q̃ mare coercet portũ faciat: tamen niſi rupes altiſſiæ ĩſulæ. ubi oppoſitus eſt portus uẽtos prohiberẽt: non ſic tutus eſſet nauibus portus: ergo ſaxa defẽdũt locũ illũ a uentis ut ſit ſtacio fida carinis. Tũ: Ideſt q̃q̃ ligua obductis cornibꝰ claudat mare. Faucibꝰ.ſ. liguæ illius. Saxis: rupibꝰ altis. Laſſas ũdas: fatigatas: qa q̃ſi frãgũt ũdæ cũ ſæpe ſcopulũ p̃cutiũt: ſicut Vir. iq; ſinus ſcidit ſe ſe ũda r̃ductos.

Hinc illinc:uere inq̃ iſula illa locũ illũ ut portus ſit tutus utrinq̄:nã rupes altius inſurgũt:ut mare ab u/troq̄ latere coerceãt. Hinc illinc:a dextera & a ſiniſtra. Scopuloſæ rupis.i.cũ ſaxis ſcopuloſis. Apto ma. qa mare ante aptũ erat. Flatus remouit:his ſcopulis altioribꝫ remouit inſula uẽtos:& ut in portu naues retineri poſſit etiã ſine anchora. Tremulo:tremẽti:qa nec tẽdit̃ funis:adeo placidus eſt portus. Hic late: nũc dicit portũ illũ cõmodiſſimũ nautis:q̄ i diuerſas aſiæ ptes dirigit nauigationẽ. Fretũ:adriaticũ. Seu uela ferant̃.ſ.i aduerſas ptes. Corcyra:hãc iſulã nũc appellãt Corfu. Illyris leua:a apte ſiniſtra illyricum mare.

Hinc illinc mõtes ſcopuloſæq̄ rupis aperto
Oppoſuit natura mari:flatuſq̄ remouit
Vt tremulo ſtarent contentæ funæ carinæ:
Hinc late patet omne fretum ſeu uela ferantur
In portus corcyra tuos.ſeu leua petatur
Illyris.ionias uergens epidaurus in undas:
Huc fuga nautarũ:cum totas adria uires
Mouit.& in nubes abiere ceraunia cunque
Spumoſo calaber perfunditur æquora ſaſon
Ergo ubi nulla fides rebus poſt terga relictis.
Nec licet ad duros martẽ cõuerter̃ hyberos.
Cum mediæ iaceãt immenſis tractibus alpes
Tunc ſobole e tanta natum cui firmior ætas
Affatur:mundi iubeo tentare receſſus.
Euphraten:nilumq̄ moue: quo nominis uſq̄
Noſtri fama uenit quas eſt uulgata per urbes
Poſt me roma ducẽ.ſparſos p̄ rura colonos
Redde mari cilicas.pharios hic cõcute reges
Tigranemq̄ meũ: nec farnacis arma r̃liquas
Admoneo:nec tu populos utraq̄ uagantes
Armenia.pontiq̄ feras per littora gentes:

Epidaurus:quæ ciuitas ãtea Epitaurus ap/pelabat̃:ut refert Strabo:eã cares Ariſtotile teſte oc cuparũt:nec hæc urbs dicit̃ nũc dyrrachiũ: ut affir/mãt nõ nulli:nã dyrrachiũ ut idẽ iquit Strabo:alio noĩe dr̃ epidãnũ. Huc fuga:dicit ergo q̄ fuga nau/taꝝ excitat̃ ad hũc portũ:ſiquãdo uiderint ĩ mari/tẽpeſtatẽ. Adria:adriaticũ mare. Mouit rates.i.uẽ tis agitatas naues cõcutit. In nubes abiere craunia qa tãtæ nubes ſunt cumulatæ q̄ cacumĩa ceraunĩũ tegant.Ceraunia ſũt mõtes epyri ſic appellata a cre/bro fulminũ iactu: nã cheraunos græce:latĩe fulmẽ ſignificat. Saſon:Saſon ut refert Strabo:iſula iter/ualli:qd̃ iter Epyrrũ & brũduſiũ ĩteriacet:media ſi ta ẽ:ea pp qui rectũ nauigãdo tenere curſũ nequeũt a Saſone ad hydrũtẽ:leuorſũ iter faciũt. Calaber: dixit ad differẽtiã alterius:qa Saſon mõs ẽ germãiæ unde Saſonia ẽ appellata germania. Ergo ubi:red dit ad hiſtoriam cũ ſe brũduſii recepiſſet Pompe/ius uidens ſpem nullã repoſitã eſſe in Italia:q̄ uideli cet iã oẽm eã Cæſar occupaturus eſſet: nec tranſire poſſet in hiſpaniã:quia oppoſitæ erant alpes:ſtatuit mittere ĩ Aſiã filiũ natu grãdiorẽ Cn.Põpeiũ & con ſules qui gẽtes illas & natiões orientales oẽs ad bel/lũ cõtra Cæſa.cõcitarẽt:q̄ aliq̃do deuicerat:eius be/neficio & liberalitate deuictos hẽbat:miſit igit̃ Cn. Põpeiũ filiũ ſuũ in Aſiã.Relictis rebꝫ.uidelicet Italiſ qa iã omne latiũ occupauerat Cæſar. Hiberos: qa claudit̃ hiſpania alpibꝫ. Cũ:declarat. Natũ. Cn. Põpeiũ uerbis quæ ſequũt̃. Cũ:p q̃do. ad hiberos cõuertere uidelicet tranſire hiſpaniã. Immẽſis trã ctibus alpes:ea ps italiæ:quæ cõmunis ẽ:& cõtigua cõtiuo alpium obicibꝫ obſtrĩgit̃:ideo dicit alpes mediæ. Sobole:ſtirpe Põpeii. Iubeo:uerba põpeii ad fi liũ Cn.Põpeiũ. Iubeo tibi o nate. Receſſus:ideſt loca extrema mũdi:receſſus dicit̃ locus ſeorſũ remotus Eufratẽ:qa ũt ante dictũ:dũ Põpeius proſequit̃ fugientẽ Mitridatẽ ad Aegyptũ uſq̄ gẽtes omnes domu erat. Eufratẽ:flu.orientis Nilũ:flu.ægypti. Vſq̄ quo.ad quem nilũ. Noſtri fama uenit:qa poſtquã dux Romanorũ fui nomẽ romanũ peruẽit ad extrema uſq̄ terrarũ loca:antea eni populus romanus gentibꝫ illis ĩcognitus fuerat. Quo nominis uſq̄.i.ad illũ locũ uſq̄. Rõa:fama romæ. Cilicas:uidelicet pyratas quos aliquando expuli. Colonas:ſcilicet cilicas. Pharios:Reges ægypti:uidelicet Ptolemæũ. Tigra neq̄ meum: Tigranem ſuum appellauit: quia cum tigranes Mitridatem dimiſiſſet: q̄ nullius ſibi auxilii ſpes foret filius tygranis a patre defecerat:& in armeniam Pompeium uocauerat: cum quo progrediens multas urbes Pompeius capiebat:certior factus Tigranes de humanitate Pompeii:ad eum uenire conſti tuit:& cum in illius conſpectum ueniſſet:coronam a capite demptam ad pedes Pompeii deponere uoluit ſed eum pompeius præuenit illumque correctumdextera in proximam ſedem collocauit:deinde ipſum Regem cum uniuerſo exercitu appellauit.Tigranem meum:quia uictum in regnum reſtituit. Nec phar nacis:Pharnax filius Mitridatis fuit:qui patrem & ipſe p̄didit propter Pompeium: & pater monitus ſe ã filio prodi: ſumpto ueneno: quod ſecum geſtabat: ne in triumphum Pompeii duceretur ſe occidit.

Hyberis:populus ſcythiæ non procul a monte caucaſo. Populos hos: ſcilicet hiſtrios & Cilicas: col/chos: cappadoces uicerat pompeius: dum proſequitur Mitridatem. Dicit igitur hos populos omnes concitet filius meus. Vtraque armenia: maiore & minore uſque ad illum locum: pendet ſcythici: nec ſubaudi relinquas a ſuperioribus: non relinquas quin ad bella concites. Armenia: cuius Re/gem Mitridatem uici. Pontique feras gentes: ideſt maris quod nunc mare magnum appellatur.

Riphæaſq; manus.i.ſcythicas:nā de riphæis montibus naſcitur thanais:ad quem uſq; perſequens Mi/
tridatem pompeius gentes omnes Boſphoro & Meotidi uicinas debellauit. Riphæum iugum regio eſt:
ut ait Solinus aſſiduis obſeſſa niuibus:pterophon dicūt:quippe caſus continuantium pruinarum quidā
ita exprimunt ſimile pruinarum : ſola terrarum non nouit uices temporum : nec de cœlo accipit aliud q̄
hyemem ſempirernam:dannata pars mondi:& rerum natura in nubem æternæ caliginis miſſa. Aequo
re denſo:Ideſt planicie congelata:quia terga glaciem Meotidis paludis appellat:quæ adeo duro & cōgela/
to erat tergore:ut plauſtra ſuſtineret. Scythici:de/
clarat illud:pigram paludem.ſcilicet Meotidem.
Sed quid plura moror:quid opus eſt inquit ut ſigu
la loca commemorē:ubi gentes habitant meo bello
domitæ:ſed longum eſt ſi omnia narrare uelim.
Per totos ortus:per totum orientem. Omnes r̄de
ant in caſtra triumphi:omnes populi de quibus tri
umphaui in caſtra redeant. Et uos qui latio : Núc
pompeius mandat conſulibus quid fieri uelit: & e/
os in Græciam mittit atque Macedoniā:ut ubicun
q; nomen ſuum cognitum eſſet: inde gētes omnes
ad bellum excitent:inde ab epyro. Et uos: cōſules
Qui ſignatis faſtos.ideſt libros ubi magiſtratuū
nomina continebātur: in quibus ānui magiſtratus
continebantur. Agat uos boreas: quia ut ſupra di
xi habet a borea: ideſt a ſeptentrione adriaticum ſi
num:ubi ſitus eſt Epydaurus oppidum : quod an/
tea uocabatur epidānum. Vide Strabonem. Pri/
mus:pro primum:unde ſuperius ita declarauit po
eta portum hunc brundusii aptum in Græciam na
uigantibus in epyrum & in indiam:ſcilicet hinc la/
te patet omne fretum &c.Seu uela ferātur in.p.cor.
tuos.Epydaurus in epyrro eſt Corcyra eſt iſula gr̄/
ciæ:unde ab epyro : quæ eſt finitima macedoniæ.
Macedum:pro nū.ſincopa eſt. Dat tēpus hyēs
.i.dū tēpus hyemis bellū differt. Sic fat̄: primo ad
Cn.pōpeiū:deinde cōſules. Oēs:filius & cōſules.
Soluunt puppes.nauigant quo qſq; mittebat̄. At
nūq̄: Núc redit ad cæſarē & dicit quomō īgēio ꝓm
pto erat:& impigro q celeritate cōficiēdi gauderet:
nec unq̄ ſatis feciſſe uideret̄:ubi aliqd ſupeſſe uider̄
tur. Aſſeqt̄ ueſtigia Cæſar Segnis.i.tardæ &diut̄
næ pacis:qa nō poterat pacem intermitter̄:ſed bel/
la bellis continuare gaudebat. Ne qd fatis mutare liceret:ne interea dum morā facit fata.i. fortuna:quā
ſecundā habebat in aduerſā mutaret̄. Aſſeqtur:urget inſtat fortunæ. Generi.pōpeii. Premit:urget.Suf
ficerent aliis.Oſtēdit quātum differat Cæſar ab aliis.cæteri enim ſibi ipſis grande facinus feciſſe uiderent̄
ſi omnem Italiam uiribꝫ occupaſſet. At uero cæſar nihil feciſſe uidebat̄: cum nondū tota Italia Pōpeius
pulſus eſſet: & exercitū ī anguſtiis italiæ teneret cūq; adhuc pars italiæ eſſet cū pōpeio:ſcilicet Brūduſium
quod ē in fine italiæ:q Cæſar pati non poterat. Sufficerent aliis:ſcilicet habere Italiā:& ex omnibus op/
pidis præſidia Pōpeii & ſenatus quem expulerat. Curſu:primo impetu. Ipſa caput:& etiā Roma ſuffi
ceret aliis: ſed relicta Roma quæ ē caput mondi perſeqt̄ Pōpeiū. Belloꝝ maxīa merces: quod enī maius
premium eē poterat:de quo inter ſe certantes bellabant q̄ Roma. Roma capi facilis:qa cū deſtituta eēt
a Senatu populoq; Romāo:qui omnes ſecuti ſūt Pōpeiū:haud difficulter capi poterat:aliis eſſet ſatis hoc
feciſſe:ſed alia ratione bellū gerebat Cæſar. Omnem italiam:ſcilicet poſſidebat: quare Cōmunis. q.
pro quia. Extremo littore: Ideſt anguſtiis adriatici maris: uidelicet Brunduſii : ideo exiſtimabat ſi/
bi cum pompeio communem italiam : quod pati non poteſt. Rurſus : ſicut ante fecerat. Errare
freto : non uult ut mare occupet ſicut ante ideo tentat excludere a mari Pompeium:ne hic brunduſio
exire poſſit. Aperto : libero mari. Molibus : ideſt munitionibus parabat munire brunduſium: ne
inſtituit & muros reſcindere & circundare munitionibus ut obſidione oppreſſus Pompeius in dedi/
tionem uenire cogeretur : ſed obtinere non potuit quod uolebat. Molibus undas obſtruit: Ingenti
bus edificiis. Rupibus : ſaxis ingentibus:quaſi fundamentum operis conſtruere uolebat.

Ripheaſq; manus : & quas tenet æquora dēſo
Pigra palus ſcythici patiens mæotica plauſtri
Sed quid plura moror.totos mea nate ꝑ ortus
Bella feres:totoq; urbes agitabis in orbe
Perdomitas. omnes redeant in caſtra triūphi
Et uos qui latio ſignatis nomine faſtos.
Primus in epyrū boreas agat inde per arua
Graiorū macedūq; nouas acquirite uires
Dū paci dat tempus hyems.ſic fat̄ & omnes
Iuſſa gerūt.ſoluuntq; cauas a littore pupes
At nunq̄ patiens pacis:longæque quietis
Armorū:ne quid fatis mutare liceret
Aſſequitur:generiq; premit ueſtigia cæſar
Sufficerent aliis primo tot mœnia curſu
Rupta.tot oppreſſæ depulſis hoſtibus arces
Ipſa caput mūdi:bellorū maxima merces
Roma.capi facilis : ſed cæſar ī omnia preceps
Nil actum credēs:cū quid ſupereſſet agēdū
Inſtat atrox:& adhuc q̄uis poſſederit omnē
Italiam extremo ſedeat quod littore magnus
Communē tamen eſſe dolet:nec rurſus apto
Vult hoſtes errare freto.ſed molibus undas
Obſtruit.& latum deiectis rupibus æquor

Cedit imēſū caſſus labor: manifeſta hyppalage ꝓ imenſus labor cedit in caſſum .i.fruſtra:nā non obtinuit quod optabat. Oia pō.hau.ſax.i.uo.qa tātæ profunditatis erat ut omnia ſaxa q̃tacūꝗ forent obrueret. Vorax.i.profūdum mare. Et montes.i.ſaxa tanq̃ mōtes. Immiſcet:tegit. Vt maris:nūc per ſimilē oſtendit ꝙ oia ſaxa q̄uis imenſa obruerētur undis:quēadmodū ſi magni mōtes Ionii ægeiꝗ maris obruerētur:tamen eminere non poſſent. Emineāt:ꝓ eminerēt.i.extarēt. Erix:mōs Siciliæ:in quo Veneris tēplū locatū eſt:teſte Strabone:quod ſingulari ueneratiōe colitur:ſed hac tempeſtate deſolatū ē. eſt & Romæ ante portam collinā deæ huius ædificiū: quod Veneris Erycinæ tēplū dictitāt:cui cū æde ſacra inſignis adiacet porticus. Celſus:altus. Tamē q̄uis ſit celſus. Gaurus:mōs cāpaniæ. Euulſo: abrupto. Penitus:interius: Stagnātis auerni: Auernus lacus ē: qua deſcēſus ad inferos dicitur:haud ꝓcul a cumis. Rumor erat idigenaꝝ:ut refert Strabo:ſupuolātes aues:quas teter exhalās odor exanimaſſet in ipſas aquas decidere:iō hāc ptē Plutoni dicatā opināť. Decidat.ſ. nō appeat. Ergo ubi:poſt q̃ nō ualuit ædificia ī mari iacere ut Pōpeium brūduſii includeret:ſtatuit deinde circundare uallo. Tenuit:firmare nō potuit. Vado:profūdo. Vadū dicitur qua uadari poteſt. Innectere:circūdare. Cæſis ſyluis:hoc ē uallo munire brūduſium cœpit

Cedit i immēſum caſſus labor:omnia pontus
Haurit ſaxa uorax:monteſꝗ immiſcet harēis
Vt maris ægei medias ſi celſus in undas
Depellatur eryx. nullæ tamen æquore rupes
Emineant. uel ſi conuulſo uertice gaurus
Decidat in fundū penitus ſtagantis auerni.
Ergo ubi nulla uado tenuit ſua pōdera moles
Tunc placuit cæſis innectere uincula ſyluis:
Roboraꝗ immenſis late religare cathenis
Talis fama cāit tumidū ſuper æquora xerxē
Conſtruxiſſe uias. multū cum pontib9 auſus
Europamꝗ aſiæ ſeſtonꝗ admouit abydo:
Inceſſitꝗ fretum rapidi ſuper helleſponti.
Non eurū zephyrumꝗ timens cū uela rateſꝗ
Inmedium differret athō.ſic ora profundi
Arctantur caſu nemorum tunc aggeř multo
Surgit opus:lōgæꝗ tremūt ſup æquora tures
Pompeius tellure noua compreſſa profundi
Ora uidens:curis animum mordacib9 angit
Vt referet pelagus: ſpargatꝗ ꝑ æquora bellū
Sæpe noto plenæ tēſiſue rudentibus actæ
Ipſa maris per clauſtra rates.faſtigia molis

Religare:ſcilicet placuit. Robora:lignoꝝ. Late:ſpacioſe: ſcilicet ut pōte cōſtructo adiret mœnia brūduſii. Tales fama:per ſimilen oſtēdit quomō mare obſtrueř uoluerit Cæſar:ne nauigari poſſet a Pompeio:quenadmodū inquit xerſes:cū i Græcia traiecit in numeꝝ exercitū.nam.x.cētena milia militū ſecum duxiſſe fertur: ut quacūque iret fluuius deſiccaret. Vnde ē illud Iuuenalis. Velificatus athos epotaque fluuia medo. Athos mōs eſt Macedoniæ altitudinis admirandæ mari ægeo ſupeminēs.xerſes cū bellū Atheniēſibus īferret facto pōte ꝑ helleſpōtū ex Aſia exercitum traiecit in Europā: deīde hunc montem Athon defoſſū:ptim inſulam fecit:ptim montem ŕliquit: & per mediū montem nauigabile iter fecit per octuaginta milia paſſuū. Ideſt octuaginta ſeptē miliaria cum latitudinis eēt paſſuū mille quingentoꝝ. dicit ergo quēadmodū mare helleſpontum;& Athon montem nauigabile fecit:& quod continens erat inſulam reliquerat: ita etiam conatus ē nunc facere cæſar ut Ponpeium clauderet & brunduſii obſideret. Tumidum: ſuperbum: quia minatus eſt cum pedes Neptuno tanquam maior eſſet deo. Aequora .ſ. helleſponti. Pōtibus:ut maria quoque pontibus queque iungeret. Admouit:adiunxit. Europamque Aſiæ ſeſtonque: epexegeſis eſt: nam ſextos eſt in Europa: abido in Aſia. Que pro ideſt Helleſponti: ſpondaicus uerſus eſt in quinto. Vela rateſque: ideſt uela ratium: endiadis: ſicut Virgilius Molem & mōtes .i. molem montium. In medium differret athon:ideſt per medium montem nauigaret. Ora:ideſt hoſtia maris. Arctantur:ſcilicet a Cæſare Caſu nemorum:ideſt cadentibus arboribus īciſis. Tūc:deinde. Opus:quo munire parabat oppidum. Aggere:quia aggerem uallo addidit. Tremunt ſuperæquora turres: quia fundamentum erat inſtabile: ideo turres quæ eminebant inſtabiles erant. Pompeius:Cæſar obſidere parabat pompeium in mœnibus brunduſii: quod cum uideret Pompeius indigno animo ferens quærebat qua ratione poſſet erumpere: nec prius deſtitit q̃ ruptis molibus ſequenti nocte cum omni exercitu egreſſus eſt:hæc hiſtoria ſic continetur apud Suetonium de bellis ciuilibus.

Ore profundi:ideſt hoſtia maris Compreſſa:obſtructa. Tellure:aggere. Noua:inuſitata. Angit cruciat animum curis: quia pati non poſſet ſe incluſum eſſe. Referet: aperiat. Spargat: bellum uidelicet claſſe ſua. Sæpe: ut id faceret flante uento & plenis uelis roſtra in moles illas collidebat: ut rumperet: quod quum feciſſet:Iacet undique tellus: ſtatim ex tormentis fracta mole iter aperuit: ut exire poſſet .Quum ita agitaret animo Pompeius ut moles illa deſtrueret. Noto plenæ rates.uidelicet uela ratium plena uentis. Tenſis rudētibus:qa ſpirāte uento tēdunť rudētes. Clauſa:a Cæſare.

Diſcuſſere ſalo:ſpaciumqꝫ dedere carinis.
Tortaqꝫ per tenebras ualidis baliſta lacertis
Multifidas iaculata faces.ut tempora tandē
Furtiuæ placuere fugæ: ne littora clamor
Nauticus exagitet:neu bucina diuidat horas:
Neu tuba præmōitos ꝑducat ad æquora nau
Præcepit ſociis:iam cœꝑat ultima uirgo tas
Phœbum laturas ortu præcedere chelas.
Cum taciti ſoluere rates.non anchora uoces
Mouit:cū ſpiſſis auellitur uncus harenis.
Dum iuga curuantur mali : dūqꝫ ardua pinus
Erigitur. pauidi claſſis ſiluere magiſtri.
Strictaqꝫ pēdētes deducūt carbaſa nautæ
Nec quatiūt ualidos ne ſibilet ī aura rudentes
Dux etiam uotis hoc te fortūa precatur
Quam retinere uetes liceat ſibi perdere ſaltē
Italiam:uix fata ſinūt.nam murmure uaſto
Impulſū roſtris ſonuit mare fluctuat ūda
Totqꝫ carinaꝝ permixtis æquora ſulcis
Ergo hoſtes portis quas oēs ſoluerat urbis
Cum fato conuerſa fides:muriſqꝫ recepti
Præcipiti curſu flexi per cornua portus

Diſcuſſere:diſſipauere. Faſtigia:altitudines. Spaciū carinis.ut exire poſſēt. Torta.ſ.eſt: baliſta dicit
inſtrumētum quo tela maiora iaciuntur:ideo dictum απο του βαλλω .i.a iaciendo.ualeo uerbum a ia-
cio. Validis lacertis:qa quibuſdam haſtis torquetur ut intendantur: poſtq̄ intenſæ ſunt remituntur.ſ.
ſpacium dedere carinis. Vt tēpora tandē:poſtq̄ ſatis rupta moles eſt Pompeius omnē exercitum appa-
ratū eē iuſſit: ut ſequēti nocte militibꝰ paratis nec ullo bucinæ ſonitu excitatis: ſed clā omnes cōuenirēt
& accēſis nauibꝰ ex oppido exirēt ſine monitu Cæſaris. Furtiuæ.i.clādeſtinæ. Nec clamor nauticus
exagitet.ſ.reꝑcuſſione uocis:qa iuxta littus:ſi qs cla
moren ediderit:ſtatī uox eius repercutit. Neu bu
cina diui.horas:qa noctem ī quatuor ꝑtes diuidūt:
& una quæqꝫ ꝑs ternas horas cōtīebat:quæ uigiliæ
nocturnæ appellabant. Bucīa.tuba. Horas:ut pri
mis cuſtodibꝰ ſecūdi ſuccederēt:tertii ſecundis. De
ducat:ne tuba ſignum det mouēdi caſtra: ut inſciis
hoſtibꝰ aufugerēt. Iā cæperat ultima uirgo:nunc đ
ſcribit tēpus quo Pōpeius diſceſſit e brūduſio:aſtro
nomice.i.ſecundū rationē ſydeꝝ loquit. Dicit au
tūnale fuiſſe æqnoctium : quod ſit octauo kalēdas
nouēbris:ſole ī libra poſito. Vernale aūt æqnoctiū
ſit octauo kal.aprilis. ſole in ariete poſito : dixit ulti
ma uirgo:nā ſignifer circulus inquo.xii. ſigna cōti-
nētur.ſ. Aries &c. Ita per zōas tripartitas ī obliquū
extēditur:ut curſum ſolis cōtinet ipſe circulus q zo
diacus appellat:ita ꝑ zōas uertit: ut ſol ī uno quoqꝫ
ſigno menſis unius ſpacium conſumat:ergo deſcen
dente uirgine ſequitur libra : chelæ ſcorpii libram
faciunt: quo circa ultima uirgo inquit : iam cœpe
rat diſcedere ſubſequente libra: Ideſt chelis ſcorpii
ſubſequentibus : in quibus curſus ſolis futurus e-
rat cum ergo in libra curſus ſolis eſſe cœperit æ-
quinoctium eſt autunnale : recte ergo ultima uirgo
ideſt ultima pars uirginis . Cœperat præcedere
quia cum ſenſim diſceſſerit uirgo : iam ſubſequit
libra : tamden cum ad ultimam partem circulus
uirginis uenerit perfecta erit conuerſio zodiaci.
Chelas: Ideſt libram. Ortu : quia occidente uir
gine oritur libra : & ſtatim eſt æquinoctium au-
tūnale . Quū.pro quando taciti ſcilicet pompe
iani : ne ſentiri poſſent ab hoſtibus . Voces mo
uit: Ideſt ſonitum fecit . Vncus : ſcilicet anchoræ nullas uoces fecit in euellendo nauta . Dum iuga
curuantur mali: Scilicet ne impediri poſſet. Ardua pinus : uidelicet arbor alta nauis. Siluere ma
giſtri:ipſi quoqꝫ gubernatores nauium taciti ſuum quiſqꝫ officium perfecerunt. Pendētes:quia pendere
uidentur:cum uel detrahunt & inuoluunt. Stricta carbaſa : inuoluta uela . Nec quatiunt uali.ru.qđ
ſolēt facere nautæ: ſed non nunc ne concuſſæ rudētes ſonitū rđderēt & ſibilū auræ facerēt:ſed ſēſī & qete
trahebāt. Dux ēt:ipſe ēt pōpeius ſolū nō reſiſtit tibi o fortuna:qa tu nolebas ut ex Italia diſcederet.& ipē
te rogat ſibi licere amittere Italiā.i.e manibus cæſaris aufugere:ideo Cæſari Italiam deſeruit. Dux:pōpe-
ius. Quā retinere uetas:tu fortūa uetas pōpeiū retīere italiā:& ipſe cōſētit.īmo precibꝰ optat ut ſit ſibi fas
illā penitus amitter. Liceat ſibi ꝑder.ſ.iperet pōpeius quō italiā uix fata ſinūt. Nā murmur uaſto:qa dū
naues ī mari ꝓcicerēt īgēs ſōitus factus ē:adeo ut uigiles Cœſaris excitauerit. Vaſto ꝓ uaſtaꝝ nauiū pōde
re. Fluctuat.qa ūda fluctuās excitauit uigiles cæſariāos. Permixtis.cōfuſis. Carīaꝝ:qbꝰ uehebat cū ſuis.
Ergo hoſtes por.pōpeius q ꝑitiſſius dux erat extīauit id qđ futuꝝ erat:uidelicet ne taciti diſcedr poſſēt:ſed
hoſtes ſētirēt:& ipis cedētibꝰ nō dubitauit for.ut brūduſii oppidāi apirēt cæſariāis portus:qa a militibus
ſuis nō ſatis placide tractati fuerāt:ſed fecit ut ꝑ oēs uicos urbis mūitiōes opponerent:& ſolū effoderēt cra
tibꝰqꝫ tegerēt ſuppoſita terra ne hoſtes ſuꝑiores eſſe poſſent dum per urbem diſcurrerent : hiſque caſtris
īpoſitis & foueis iter eſſet incluſſum. Interea ſpacium datum eſt Pompeio:& ſuis ut diſcederent. Quas:
portas.ergo qui a ſeceſſerat ex portis pōpeius cū exercitu. Petūt : cæſariani. Cū fa. conuerſa fides: quia
ita fieri ſolet ut fides mutet ſicū fortuna: Ideſt ſicut fortuna ex proſpera muttata eſt in aduerſā :ita & fides
mutata:quia qui cum pompeio ſenſerant cum Cæſare nunc ſentiebant. Præcipiti : ueloci curſu .

Ora petunt:pelaguſqꝫ dolent cōtingere claſſes.
Heu pudor exigua ē fugiēs uictoria magnus
Anguſtus ꝑpupes mittebat in æquora limes:
Arctior euboica quæ calcida uerberat unda.
Hic hæſere rates geminæ:claſſiſque paratas
Excepere manus:tractoque in littore bello
Hic primū rubuit ciuili ſanguine nereus
Cætera claſſis abit.ſummis ſpoliata carinis
Vt pegaſea ratis peteret cū phaſidos undas
Cyaneas tellus emiſit in equora cautes.
Rupta puppe:minor ſubducta ē mōtibꝫ argo
Vanaque ꝑcuſſit pōtum ſymplegas inanem:
Et ſtatura redit:iā phœbū urgere monebat
Non idem eoi color ætheris.albaque nondū
Lux rubet:& flāmas propioribꝫ eripit aſtris.
Et iā pleias hebet:flexi iā plauſtra boetæ
In faciem puri redeunt languentia cæli.
Maioreſqꝫ latent ſtellæ.calidumque refugit

Ora petūt:uoluit dicere diſcurrūt per portus. Sed ora.i.hoſtia.Per cornua.q̄a portus:& lígua illa ubi ſitū eſt Brūdiſium duo cornua q̄ſi porrigit & portū efficit.Et ut inquit Strabo Brunduſii portus ſua excellentia præſtat.multi.n.ore uno portus includunť:q nulla fluctuū agitatiōe perturbanť: cū in terra ſinus excipiāt:ut forma ipſa cerui cornibꝫ ſimilima ſit: ūde & nomē íclytū ē:locus.n.cū urbe ceruino capiti maxime ē cōparādus:nā lingua meſſapiorꝫ brūduſiū uocatur. Dolent.ſ.Cæſariani ꝙ claſſe mare obtinuerāt. Heu pudor:cæſari parua uictoria uidebať ꝙ Pompe.fugerat. Anguſtus:dicit quia munitiōibus obtuſus erat portus & relictus erat limes anguſtiſſimus exeundi:dicit ergo ꝙ Brūduſii portus molibus Cæſaris adeo exiguus erat:ut naues exire non poſſent: ſed paulopoſt duæ naues exire nō potuerūt: quæ a cæſariāis captæ fuerūt. Limes: anguſtæ fauces molibus cæſaris. Calchida:ꝓ calcidē ē urbs Euboeæ: cuius maris hoſtiū anguſtū erat.i.arctiores fauces erant. Quæ unda calci.uerberat.pulſat inundat. Hic:in anguſtis faucibꝫ. Hæſere:ꝓ hæſerūt. Paratas.i.eorum qui parati erant cōtra claſſē. Excepe.ſ.milites ad obſidionē pati cōpræhēdere illas duas naues. Hic primū ru.ſ.unda maris primū erubuit multis occiſis cū ſe defenderēt. Nereus:mare. Cætera claſſis abiit:nūc ꝑ ſimilē ponit:qd egredienti ex anguſtiis Pom.cōuenit:queādmodū ꝑ ſymplegades.i.ꝑ anguſtias illas Iaſon cum argonautis pertrāſiuit:ut exteriori naui fracta interior incolumis euaſerit.Ita claſſis Pom.ē emiſſa in extremis anguſtiis. Cætera.ſ.quæ in anguſtiis extremis littoribꝫ depræhēdiť. Vt:queādmodū. Pegaſea ratis.i. abiit a ſupiori pegaſo mōte:ūde arbore cæſa fabricata fuerat nauis argo:qui pegaſus mōs ē appellatus a pegaſo equo pſei:&c.nota āt fabula. Et peteret undas phaſidos.i.cū nauigaret colchos:nota quidē fabula. Eſon & pelias frēs fuere & reges theſſaliæ. Alter qdē pelias filia tātū habuit:Eſon uero unū filiū tantū noīe Iaſōē:pelias ſub ſpecie glorie filiū fratris pabat exponere piculo:q̄a uidebat poſt mortē ſuā fore:ut in regnū ueniret nepos ſuus Iaſon:tandē Iaſon a pelia excitatus ad colchos profectus ē ad tollēdū uellus aureū:de quo fata reſpōderāt ubicūqꝫ illud eſſet futurū caput orbis terrarū:nauigauit igiť ad inſulam colchon:unde neceſſe erat per anguſtias ſymplegades una cū argonautis traſiret. Symplegades ſūt duo ſaxa quæ ab utroqꝫ latere cōcurrebāt:& in locū ſuū redibant:nō ſine rōe finxerť hoc poetæ: nā ibi mare anguſtiſſimū ē & ꝓcul nauigātibus ſymplegades.ſ.illa ſaxa uidenť eē cōtigua:nā fieri ſolet ut q̄to magis appropíquať:tāto magis aperire uidenť:unde datus eſt locus fabulæ ꝙ ſaxa illa cōtinuāť: unde dicūtur a uerbo græco: Symplito plito uel plixo.i.ꝑcutio & pliti plaga & ꝑcuſſio dr̄:unde ſymplegades dicunť a ſyn.i.ſimul & plito collido:ſciebat ergo fauere argus ibi nauta:cū Iaſon tranſiret ꝑ ſymplegades. Naui duplici.Altera cū ad ſymplegadas ueniſſet:cōcurrentes exteriori naui fracta īterior nauis incolumis euaſit:ſic nauis Pompeii anguſtias portus euaſit rlictis aliis. Emiſit in æquora:ideſt tellus utrunqꝫ latus emiſit. Cyaneas.i.ſymplegades:nā chianes græce: ſilex latine.i.durus lapis:ſicut Apollonius in argonautis in principio appellauit argomenos chianeas in pelagus peliæ regis ad aureum uellus:hinc tranſlatum in puluere argoa. Cautes chianeas: ideſt utrunque latus:ſcilicet dextrum:& ſiniſtrum. Montibus:ideſt ex illis cautibus & ſaxis concurrentibus. Rupta puppe ſcilicet exteriore. Minor:quia minor poſtea egreſſa eſt. Vana quia nō fregit nauem ſicut fiebat. Inanem:ſine naue. Statura redit:quia indignata ideſt ſymplegas & noluit amplius concurrere: ſed nunq̄ mota eſt in littore. Iam phœbum. Iam inquit aurora fulgebat:quæ relicto polo antartico ſignificat aduenisse diem & ſolis ortum. Nō idē qui fuerat tota nocte:quia incipiebat clareſcere. Eoi:orientalis. Vrgere:inſtare. Albaque nundum lux rubet:ideſt nundum dies erat:ſed ſtellæ iam incipiebant ferueſcere:& lágueſcere q̄a ſupueniēte ſolis ortu lágueſcit lumē ſtellarū. Propioribus:ꝓpinquioribus: nā ꝓpinquiora ortu ſolis primo lāgueſcūt. Et iam pleias hebet:ſtellæ.n.ſupueniēte ſole in cœli colorē mutari uidenť: ideo dicit plauſtra boete flecti:quæ uertitur circa polū antarticū. Languētia:obſcura. Puri ſereni. Maioreſqꝫ latēt ſtellæ:ſenſim dicit primo ſtellas ꝓpinqores luci ſolis euaneſcere: & deīde maiores ſicut ſtella oriētis q̄ ī ortu ſolis primū apparet.maiores ſtellæ:ut oriētis & Mer.&c. Lucifer refugit diem

Lucifer q̃ ſit maior cæteris ſtellis:unde a luce appellat̃:tamẽ & ipſe euaneſcere cœperat ſupueniẽte ſole. Pelagus iã magne tenebas:hoc eſt oriẽte ſole ſi ſine ullo piculo ſecurus cũ tota claſſe nauigabas. Non ea fata ferẽs:nõ erat inquit ea fortuna tibi quæ quõdã fuerat:cũ ꝓſecutus es pyratas:tũc.n.tibi rebuſq; tuis ſpirauit:ut duoꝝ mẽſiũ ſpacio mare imẽſũ qd' pyratæ infeſtũ reddiderãt pacaueris. Prædões.i.pyratas:diffinitio ẽ pyratæ:bene nõ eadẽ.Quia fortuna laſſata.i.fatigata:quia pene ad ſacietatẽ uſq; triũphauerat. Deſtituit.ſ.te illa ſecũda fortuna. Cũ cõiuge pul.bene ſaciata fuit fortũa quia paruo tp̄is ſpacio mare infeſtũ redigens peruiũ:nunc per idẽ mare pulſus cũ uxore natis & ſenatu populoq; Ro. Vxore:cornelia. Natis.Cn.& ſexto pompeio. Penates.i.uniuerſã familiã. Ingens exul:q̃uis ſis exul tamẽ ingẽs uidelicet populis comitãtibꝫ te. Quæritur indigne.cãm cur longius ab italia diſceſiſti: credo hanc fuiſſe.ſ.ne ducẽ ſuũ uictũ in regione cõſpiceret: ſed ꝓcul tantũ ducẽ:q de ſe bene meritus fuerat idigna morte affici uoluerit cõſpiciat:Quærit̃.ſ.o Põ. Nõ ideo.ſ.fit ob hoc:qa ſupi maluerint ne in pr̃ia ſepelieris. Phariæ buſto.nõ ꝙ ſuperi maluerit te ſepultura priuare:ſed qa loco ſupplicii erat & fuiſſet Italiæ:ſi in ea tã indigna morte afficereris. Parcit̃ he. Italiæ ne uideat ducẽ ſuũ laceratũ:ſed fit hoc. Ab oriẽte remoto.ſ.a uictoria.i.Pomp.uicto. Immaculata.non polluta ſanguine ducis ſui Pompeii.

Liber tertius Lucani.

Ropulit ut claſſẽ. Hic eſt tertius liber in quo hæc cõtinẽt̃.primo queãdmodũ Iulia Pom.cui i ſõnis apparuit exterret: deinde qũo Cæſar demãdata curiõi rei frumentariæ cura ſpoliat ærariũ:poſtea populi narrãtur:ideſt cathalogus fit populoꝝ: quos Pom.cõtra Cæſarẽ armauit: ſubſequẽter Cæſar Petreiũ & Afraniũ in hiſpaniã petẽs Maſſiliã oppugnare cõſtituit:& huic bello Deciũ Brutũ præfecit: hæc cõtinẽt̃ in hoc tertio lib.primũ Iulia deſcribit̃:quæ in ſomnis territat Põpeiũ. Solus magnus nõ flexit.hoc fieri ſolet ut hoĩes mortales ſaciari nõ poſſint ea ĩtuẽdo:q̃ ſibi cara ſũt:ſi hoc loco facit Põ. nã ex italia nauigãs cũ uniuerſa claſſe alii alia loca ſpectabãt ſolus Pom.nũq̃ oculos ab italia deflexit. Vt:pro poſtq̃ Auſter:uẽtus. Velis cedentibus:quia uẽtis uela cedunt cũ inflantur. Nunquã reditura.qa nunquã poſtea rediturus erat in italiã. Cacu.mõtiũ:qa in cacumĩe mõtis reſidere uidẽt̃ nubes. Dubios:qa primo qdẽ icertus erat uideret nec ne:ſed cũ magis atq; magis r̃cederet euaneſcebãt:donec nihil oĩo uidere poſſet. Inde ſoporifero:poſt hæc ut ferme fit ex lãgore ſõnus irrepſit Pom. nã ſi qs feſſus ẽ calore & frigor̃ ex ip̄a ſolicitudĩe id ſõnũ r̃ſoluit̃:ſicut nũc Pom. Sopo.ferente ſoporẽ. Du.diri. uix Pom.ſõnus inuaſerat:ꝙ ſtatĩ Iulia pr̃ia Pom.uxor ĩ ſõnis uiſa ẽ ſibi obſeruari:& uerba dicere q̃ ſecunt̃.Per hiantes terras.i.q̃ſi apta terra erũperet. Furi.furenti ſimilis. Sepul.ſubaudi.m. Sedibꝫ.dixit hæc uerba hoc faciũt ciſia bella q̃ geritis uos.ſ.uir Põ.& pr̃ Cæſar:cũ ego in cãpis eliſiis qeſcerẽ ubi habitãt aĩe piorũ nũc cogor ad ĩferos trãſire:ſed dabitis pœnas: & ita minata ẽ Pom. Sedibꝫ eli.ubi aĩe pioꝝ ut poetæ fingũt dicunt̃ habitare. Vidi ip̄a:ad ſtygias.ſ.ad ĩferos Eume.i.furias:ſcilicet Megeram:alectonem:& theſiphonem. Lampadas:ideſt phlegetõte accenſo: Phlegetõ amnis infernorum totus eſt igneus: Veſtris armis:ut poſt bella ciuilia ſupplicia digna daretis.

Lucifer ipſe diẽ.pelagus iã magne tenebas.
Non ea fata ferens.quæ cũ ſup æquora tota
Prædonũ ſequerere mari:laſſata.triumphis
Receſſit fortuna tuis:cũ cõiuge pulſus
Et natis totoſq; trahens in bella penates
Vadis adhuc ingẽs populis comitantibꝫ exul
Queritur indignæ ſedes longinqua ruinæ
Non quia te ſuperi patrio priuare ſepulchro
Maluerunt phariæ buſto dãnantur arenæ
Parcitur hæſperiæ:ꝓcul hoc in orbe remoto
Abſcondat fortuna nefas:romanaque tellus
Immaculata ſui ſeruetur ſanguine magni.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIE LIBER TERTIVS.

Ropulit ut claſſem uelis cedenti bus auſter
Incumbens:mediumq; rates mo uere profundum
Omnis in ionios ſpectabat nauita fluctus
Solus ab heſperia non flexit lumina terra
Magnus dũ patrios portus dũ littora nunq̃
Ad uiſus reditura ſuos.tectũque cacumen
Nubibus & dubios cernit uaneſcere montes
Inde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno
Mẽbra ducis diri tũ plena horroris imago
Viſa caput mœſtum per hiantes iulia terras
Tollere:& accenſo furialis ſtare ſepulchro.
Sedibus eliſiis cãpoque expulſa piorum
Ad ſtygias inquit tenebras: maneſq; nocẽtes
Poſt bellũ ciuile trahor uidi ipſa tenentes
Eumenidas quaterẽt q̃s ueſtris lãpades armis

Præparat:Charon ſe parauit ut omnes animas in hoc bello ciuili morituras multis nauibus ad paludē trāduceret:quia una cimba facere hoc non poſſet. Portitor:Charon. Aduſti acherontis.i.ardentis fluminis illius inferni. Laxantur:aperiuntur quia ſpacioſa ſunt:ut uix complecti poſſint. Vix operi dicit ergo tot homines in bello pituros:ut ad rumpenda ſtamina uix parcæ ſufficere poſſent. Laſſant.fatigāt operi in rumpendis ſtaminibus. Coniuge me: quoad ego inquit tibi coniuncta fui ſecunda fortuna ſemper bella tua comitata eſt:nunc uero cum coniuge mutata eſt etiam fortūa:tibi enim cōiūcta eſt Cornelia quæ ſemper uiris ſuis infœlix eſſe conſueuit. Lætos triumphos.i.ſemper uictor fuiſti:& de hoſtibꝫ triūphaſti. Fortuna.mu.to.i.mutata coniuge mutata ſimul eſt fortuna. Fato.i.fatis ita dii uoluerūt ut uiri quibꝫ coniuncta eſſet Cornelia infœlices forent:hoc dicit propter publiū Craſſum licinii Craſſi filium qui cum patre & omni exercitu cæſus fuerat:huic Publio primū Cornelia nupſerat:hic adoleſcens ſpectatæ uirtutis fuit:& ſub Cæſarē militauit in Gallia:ipſius opera Craſſus publius in illam regionem profectus fuerat:ideo patri in parthiam exercitum ducenti:hunc moleſte tradidit:quia ſub ipſo militauerat:dicit ergo Corneliam fuiſſe cām hunc adoleſcentē in cladem traxiſſe. Pellex:cornelia Scipiōis filia.Cn.pōpeio nō uirgo:ſed uiro eius ī pthia mortuo Publio Craſſo Licinii Craſſi filio: inerant puellæ ābitiones:pulchra erat præter corporis formam in litteris inſtructa erat:fidibus quoqꝫ perſonare ſciebat :geometriam didicerat philoſophiam haud temere audire conſueuerat: mox erāt illi oīs faſtus & arrogantia:quæ uitia huiuſmōi diſciplinarum fœminis inſtructis eſſe ſolent:pater ſcipio erat uir gloria & genere ſpectabilis:quibꝫ rebꝫ cornelia inſtructa facile unūquēqꝫ pelliceret:unde pellex eē uidebatur. Pellex:quia marito ſuo non cōiuncta erat:ſed.P Craſſo adoleſcenti ſpectatæ uirtutis: & quia omnes pelliceret blanditiis & pulchritudine ſua. Tepido buſto:quia uix extinctus erat rogus prioris mariti:& iam altero uiro ſe coniunxerat. Hæreat illa tuis:pro eſto: & conceſſio color cum id confirmare uidemur : quod maxime negamus. Hæreat.i.quocunqꝫ duxeris exercitum ſemper bello tuo hæreat.q.d.non hærebit. Dum liceat:hæreat:Dum liceat quia licuit ſed non ſecuros ſomnos rumpere:quia numquam te ſecurum dormire ꝑmittam. Vacuum ſit tempus amori: ſe indignatam oſtendebat ꝙ ſecundas nuptias appetiiſſet Pompeius. Sed teneat cæſarqꝫ dies: ſed Cæſar die te infeſtat: ego uero nocte. Me non Lætheæ:Nō exiſties me de læthea palude bibiſſe:quæ facit immemores umbras:ſed in mente & pectore mea reconditum eſt tui nomen:ut aboleri non poſit.Læthea eſt palus ad īferos de qua cum umbræ biberint omnium rerum & malorum obliuiſcuntur perpeſſorum cum eſſent in corpora. Hanc paludem uel flu.īferna exundatione prorumpētem præterlabi berenicem ci.circa extimum ſyrtium cornum refert Solinus:eſt etiā læthes flumen in hiſpania:quod a celtiberis & Vatreis labitur Auctore Strabone. Silentum: Ideſt motuorū ubi ſūt īferi. Veniā te bella gerēte:ſed ut tibi terrorē īcutiā. Nūquā te &c.& uelis nolis ſemper eris gener patris mei Cæſaris. Perqꝫ meos manes:qui ūbræ & manes mei facient te inuitū eē generꝫ cæſaris. Abſcindis fruſtra: Fruſtra affinitatē dirimis bello:quia ſi bello morieris & ad īferos deſcēdes ubi ego ſum. Pignora.i.affinitatē quæ tibi ē cū patre meo. Abſcīdis:diuellis. Per āplexus delapſa mariti:quia Pōpeius eā āplecti uoluit ī ſōnis nā ꝑdite hāc amauit uxorē. Ille dei:oſtendit magnitudinē Pōpeii q quāquā multa ſigna ſibi nunciarentur: quæ aduerſa ſibi omnia ſignificarēt: tamen ipſe maior erat ad bella gerenda:& nunquam deterrebatur:quo minus uoluntatem ſuam perficeret. Cladem: Scilicet Pompeio.

Dii minentur:Scilicet ſignis quæ ſuperius deſcripſit Lucanus. Manes:umbræ mortuorum minentur cladem. Maior in arma: oſtendit animoſitatem Pompeii. Ad arma ruit:Ideſt in bella. Certa cum mente malorum : etiam mori certus bellum tamen magno animo ſuſcipiebat ponpeius.

Præparat īnumeras puppes acherontis aduſti
Portitor.in multas laxantur tartara pœnas
Vix operi cunctæ dextra properante ſorores
Sufficiūt.laſſantr umpentes ſtamina parcas
Coniuge me lætos duxiſti magne triūphos.
Fortuna eſt mutata toris: ſemperqꝫ potentes
Detrahere ī cladem fato damnata maritos
En nupſit tepido pellex cornelia buſto
Hæreat illa tuis per bella per æquora ſignis
Dū non ſecuros liceat mihi rūpere ſomnos.
Et nullū ueſtro uacuum ſit tempus amori
Sed teneat cæſarqꝫ dies & iulia noctes.
Me non lætheæ coniūx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui:regeſqꝫ ſilentum
Permiſere ſequi:ueniam te bella gerente
In medias acies.nūquā te magne ꝑ umbras
Perqꝫ meos manes generū non eſſe licebit.
Abſcidis fruſtra ferro tua pignora bellum
Te faciet ciuile meum:ſic fata.refugit
Vmbra per amplexus trepidi delapſa mariti
Illa diis quāuis cladem maneſqꝫ minentur
Maior in arma ruit.certa cum mēte malorū.
Et quid ait uani terremur imagine uiſus

Aut nihil eſt ſenſus animus a morte relictum
Aut mors ipſa nihil titan iam pronus ĩ undas
Ibat:& igniferi tantum dimerſerat orbis
Quantũ deeſſe ſolet lunæ ſeu plena futura ẽ:
Seu iam plena fuit.tunc obtulit hoſpita tellus
Puppibꝫ acceſſus faciles:legere rudentes
Et poſito remis petierunt littora malo.
Cæſar ut emiſſas uenti rapuere carinas:
Abſconditq́ꝫ fretum claſſes & littore ſolus
Dux ſtetit heſperio:non illum gloria pulſi
Lætificat magni quæritur qđ tuta per æquor
Terga ferant hoſtes.neq́ꝫ enĩ iam ſufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro:nec uincere tanti
Vt bellum differret erat.tunc pectore curas
Expulit armorum:paciq́ꝫ intẽtus agebat
Quoq́ꝫ modo uanos populi conciret amores
Gnarus.& irarum caſus:& ſumma fauoris
Annua momenta trahi.namq́ꝫ aſſerit urbes
Sola fames:emiturq́ꝫ metus cũ ſegne potẽtes:
Vulgus alunt.neſcit plebs ieiuna timere.
Curio ſicanias tranſcendere iuſſus in urbes

Aut nihil ẽ ſẽſus animus: Dyalemãte utiť pulcherrimo nõ ĩqt timẽdũ ẽ hoc ſõniũ: aut poſt mortẽ ſẽſus nullus reliqť.ſ.q̃ appareãt ũbræ:aut poſt mortẽ ſẽſus reliqť:ſi nullus:mors igitur nihil ẽ:ergo nõ metuẽda ab urraq́ꝫ parte cõcludit nõ eẽ timẽdã mortẽ. Aut nihil ẽ ſẽſus: Scilicet cũ corpus moriť: ergo mors nõ ẽ timẽda. Aut mors ipſa nihil: Scilicet poſt mortẽ animus ẽ:quia uiuit:ergo nihil timẽda mors. Nihil. Quia nõ priuat uitã: ĩmo pocius ſoluit animũ: qui hoc carcere corporis detẽtus ẽ:ut uitã ſuã exercere nõ poſſit. Titan iã ꝓnus: Deſcribit tẽpus: quo tãdẽ ꝑuenit ad terrã Põpeius dicit.n. ſol ad occaſũ tẽdẽs ta/lis erat: quẽadmodũ luna cũ creſcit & deſcreſcit di/midia parte fuit:uel tota rotũda uel obtuſa. Plena futura: Ideſt cũ creſcit: & iã ſemiluniũ ẽ: & iã dimi/dia parte fuit ſol occiderat. Plena fuit: Scilicet cũ decreſcit. Hoſpita tellus: Videlicet Macedõia: & ut Plutarchus ſcribit:conſedit põpeius in Boeonea quæ ẽ ciuitas Macedoniæ. Legere: Pro collegerũt rudẽtes ĩ ſpirã. Remis: Quia detractis uelis: ř mis littora maris petierũt. Poſito: Pro depoſito & fle/xo malo. Cæſar: nũc dicit quũ ſe habuit poſtq̃ ui/dit bellis laſſũ eẽ Põpeiũ: q̃ q̃uis ř lictus ſolus ĩ Italia eẽt:tamẽ dolebat q̃ Põpeius euaſiſſet:quẽ maxĩe cõ prehẽdere cupiebat. Solus dux.ſ. Cæſar forte ui/deť obſcuꝝ:ſed ſic cõſtituiť:Cæſar dux ſolus ſtetit. Carinas emiſſas: e portu brũduſii. Abſcõditq́ꝫ fre tũ claſſes.hyppalage ẽ:ꝓ claſſes abſcõdere fretũ: qa tectũ mare claſſibꝫ erat:uel hoc dicit qa mediũ mař tenẽtes uideri nõ poterãt. Terga ferũt hoſtes: ř ſpe xit ad illud:qa fugiebãt. Precipiti fortuna uiro:qa iã tãta celeritate omnia cõficeř gaudebat Cæſar: ut nulla fortũa q̃tũlibet ſecũda eẽ ſatis uidereť:niſi re pfecta. Præcipiti:celeri & ueloci uiro ĩ opibꝫ. Nec uĩceř tãti:uictoria ẽt ſibi ꝑua eẽ uidebať:q̃ bellũ dif ferret: qa ſibi gereř bellũ carius erat q̃ uĩcere. Tũc pectoř curas: ſed poſtq̃ uidit adẽptã occaſionẽ ſibi belli gerẽdi:animũ ĩpẽdit ad aliã.ſ.ut ſibi populoꝝ aĩos faceret gratos: & cũ uideret nihil eẽ qđ magis placeret populo:q̃ ut annona abũdaret miſit ꝑtẽ in Libyã:ꝑtem ĩ Siciliã:ut ĩde magnã copiã frumẽti ad ueherẽt:miſit in Siciliã Curionẽ:Valeriũ uero Ma/ximum in Sardiniam:quæ duæ regiones ſunt feraciſſimæ frumenti. Hanc rem optime tangit Apianus dicit enim Cæſarem fractis publici ærarii clauſtris theſauriſq́ꝫ raptis Lepidum æmilium urbi præfeciſſe: Tribunum autem Marcum Antonium Italiæ:Curionẽ Catonis loco impare Siliciæ uoluiſſe: Quintũ Sardiniæ:ad Illyricos C.miſiſſe Antonium:Licinio Craſſo Galliã:quæ itrã alpes ſita eſt:regẽdã tradidiſſe claſſem quoq́ꝫ duplicẽ ſũma celeritate fieri mãdaſſe circa Ionium ac Tyrrhenum:claſſis præfectos iã pri/dem ad id cõſtitutos delegauiſſe Dolobellam & Hortenſium:eo modo Italiam iacceſſabilem Põpeio ar bitratus Cæſar ĩ hiberiam deſcendit: Petreio & Afranio Pompeii prætoribus occurſurus. Pectore cu/ras expulit: ideſt quanuis ita gauderet bello: tamen hoc tempore adempta occaſione belli gerendi:hanc omnem curam depoſuit. Curas:ſolicitudines armorum. Quoq́ꝫ modo:ideſt quocunq́ꝫ modo. Age/bat:cogitabat. Conciret:concitaret. Vanos amores populi:quia fides populi cum fortuna mutatur:ut Iuſtius:quo fortũa eodẽ & ſe fauor hominũ iclĩat. Gnarus & iraꝝ cãs:dico cogitabat quomõ fauorẽ po puli ſibi uẽdicaret:nouerat ãt nihil eẽ qđ magis aĩos populariũ cõiũgeret ſibi:q̃ ſi cõmeatibꝫ abũdarent: quia cũ populus fame laborat nihil timet:ſi nihil timet ergo liber ẽ:ſed ne nihil timerẽt ipos nulla re idi/gere uoluit:ergo da opã ut ſatura ſit:& tũc te cæſarẽ timere ĩcipiẽt:nã gaudebũt ſtatu tuo. Iraꝝ cãs.ſ.erga ſe.ſ.iopia fuerit. Gnarus.i.ꝓbe ſciẽs. Annõa.ſ.ab uel ꝑpter ãnonã. Et ſũma fauoris.uidelicet ſi copia fu erit ãnonæ illa gignet amorẽ ĩter populũ & pricipem. Momẽta.i.nutrimẽta. Aſſerit.i.uĩdicat. Emitit q́ꝫ metus:nã ſi priceps alit populos ſuos ipſum timere ĩcipient:quia illa cõditio ſibi placet: & quia placet metuunt: ne ſibi iraſcatur princeps. Segne: Ideſt ignobile. Neſcit plebs ieiuna timere:probari etiam hoc poteſt a contrario ſenſu: ſi plebs ieiuna nihil timet: ergo ſatura omnia timet. Curio ſicanias: di cit Cæſarem miſiſſe curionem in Siciliam ut ibi ſimul bella gereret: & rei frumentariæ curam ha/beret. Sicanias trãſcẽdere iuſſus ĩ urbes: Ideſt ſiculas & Siciliæ:quia uidelicet in eam partem Siciliæ.

Qua mare tellurē: diuerſas opiniões tāgit aut ſignificat illas āguſtias inter Appēninū & peloꝝ poſitas & dexteꝝ latus a peloro ē: ubi piculū ē maris: quod appellaſ ſylla: ī ſiniſtro uero latere ē carybdis: dicit ergo aut iuiſſe ī eā ptē ſiciliæ: ubi ē āguſtū mare īter peloꝝ & Appēninū: q mōtes olī iuncti: italiā cū Sicilia cōtinuabāt: deide aut īquit aſſiduis ūdis obrupta ē tellus media: aut certe fluctibꝫ aſſiduis īterrupta: ut Siciliā ab italia ſepauerit: alii dicūt terræmotū fuiſſe & ptē mediā mōtis ita mare occupaſſe. Strabo dicit Siſciliā nihil magiſq̄ abſciſſum ab Italia fragmētū uideri: uel ab ætnæ īcendio e fūdo reiectā cōiūctā pmāſiſſe ſicut ēt Lipareoꝝ inſulas atq̧ Pithecuſſas. Aut ſcindit: .ſ. teraæmotu uel aſſiduis fluctibus obruit. Et medias fecit ſibi littora terras: ꝓ ipſū mare mediū fecit ſibi littora terras. Terras .ſ. Siciliā & italiam diuiſo Appēnino a peloro qui cōtinuabāt Siciliā cū italia: & Italia a ſiniſtra: Siſcilia a dextra factæ ſunt littora maris. Vis: quæ ſepat hīc Siſciliā inde italiā. Vis .i. impetus pelagi declarat. Laborāt æquora: qa qua pte mare anguſtius eſt ea pte ſolet eē īpetuoſius: ergo agitanſ maria ibi. Mōtes .ſ. pelorus & Appēninus. Cōfinia italiæ: Repetāt .i. iteꝝ petāt. Bellaq̧: nō ſatis eſt miſiſſe Curionē in Siſciliā: ſed etiā miſit Valerium in Sardiniā: ut ibi ſimul bella ferrēt: & rei frumētariæ prouiderēt. Sardoas: a ſardinia ſardous formatur: ſūt quædā deriuatiua quæ pauciores ſyllabas habēt ſuis primitiuis: q̄uis e contrario fieri debeat: ut Hiſpāia hiſpꝰus: ſic Sardinia ſardus: ūde ſardous ſardoa ſardoū. Vtraq̧ īſula .ſ. Siſcilia & ſardinia: quæ ſunt uicinæ anguſto mari intercludunſ.

Q ua mare tellurem ſubitis aut obſtruit ūdis
Aut ſcidit. & medias fecit ſibi littore terras
Vis illic ingens pelagi: ſemperq̧ laborant
Aequora: ne rupti repetant confinia montes
Bellaq̧ ſardoas etiam ſparguntur in horas.
Vtraq̧ frugiferis eſt inſula nobilis aruis.
Nec plus heſperiam longīquis meſſibꝫ ullæ:
Nec romana magis complerunt horrea terræ
Vberæ uix glebæ ſuperat. ceſſantibꝫ auſtris
Cum medium nubes borea cogente ſub axē
Effuſis magnum libye tulit imbribꝫ annum
Hæc ubi ſūt prouiſa duci: tunc agmina uictor
Non armata trahens ſed pacis habentia uultū
Tecta petit patriæ: ſi remeaſſet in urbem
Gallorum tantum populus arctoq̧ ſubacta.
Q uam ſeriem rerum longa præmitteſ pōpa
Q uas potuit belli facies ut uincula rheno:
Oceanoq̧ caret. celſos ut gallia currus
Nobilis: & flauis ſequeretur mixta britannis
Perdidit o qualem uicendo plura triumphū
Non illum lætis uadentem cœtibus urbes
Sed tacite uidere metu. nec conſtitit uſq̄
Obuia turba duci gaudet tamen eſſe timori
Tam magno populis: & ſe non mallet amari

Frugiferis: fertilibꝫ. Nec plus: & nulla terra eſt feracior frumēto Siſcilia & Sadinia: adeo ut ſit horrea duaꝝ ꝓuinciaꝝ: uidelicet italiæ & hiſpaniæ. Heſperiā: hiſpaniā. Meſſibꝫ .i. frugibꝫ aduectis. Vberꝰ: abūdātia. Cū mediū: dicit ſiciliā & ſardiniā uix fertilitate frugū a libya ſupari: quā cōſtat eē fœcūdiſſimā: ūde Ora. qcqd de libycis uehiſ horreis. Ceſſātibꝫ: q̄do īquit Africa flāte auſtro q calorē īducit penuria laborat: at ſi pluuiæ abūdarēt mirifice ibi naſcūtur fruges. Supat .i. ꝑ ſardiniā & ſiciliā. Intulit: fecit ꝑ tulit. Magnū: fertilē & fœcūdū effuſiōe pluuiaꝝ: Cogēte: cōgregāte. Axem: polū ātarticū: qui ē ī meridie. Hæc ubi: nūc dicit quid fecerit Cæſar poſtq̄ miſit ī Sicilia Curionē: ī Sardiniā Valeriū: dicit ipſe ſtatī animū ītēdiſſe ad urbē Romā: ut ī patriā lōgo poſt tēpore rediret. Hæc: quæ ad rē frumētariā ptinēt. Nō armata agmina: quia milites depoſitis armis duxit: quaſi nō bellū patriæ inferret: ſed ad eā uictor rediret. Tecta: mœnia. Proh: oſi īquit cæſar cōtentus fuiſſet uictoria galloꝝ: ī patriā rediiſſet: & q̄ ſpecioſiſſimū de hoſtibus triūphū ducere potuiſſet: ſed dū plura uincere uult minus laudis cōſecutus eſt. Remeaſſet: ideſt regreſſus fuiſſet Arcto .i. ſeptētrione: quia ibi eſt germania & gallia tranſalpina: ſed tū magis Britania declinat in orīētem Seriem: ordinem rerū. Longa pōpa: lōgo ordine captiuoꝝ præcedēte: ut mos erat triūphātiū. Potuit .ſ. præmittere. Belli facies .i. diſſonas līguis habitu & armis. Vt uincula: declarat quomō id facere potuerit: qꝛ pictis uictoriis geſtabāt ī triūphū duces urbeſq̧ captas & populos bello ſub actos ante currū. Vt: pro qualiter. Vincula rheno: quia rhenū ponte uixit octo diebꝫ: & trāſgreſſus ē ī Germaniā quā ſubegit: & britāniam petiit inſulā: quæ ī medio oceano iacet. Celſos currus .i. triūphales. Nobilis: notabilis. Britānis: quia britāni ſūt flaui: ſicut res ipſa oſtendit: & Cæſarem ſequerentur: perdidit ergo Cæſar: dum uictoria galloum & germanorum: britanorumque minime cōntentus eſt: ſed alias uictorias addere tentat: maiorem triumphū perdidit ſcilicet Romæ. Non illum lætis: ſed ut nō tā uictor: ſed quaſi uictor eēt: uenientē. n. Cæſarem non læto uultu excepere urbes: ſed mœſto: quæ tamquam hoſtem Cæſarem timuerunt.

Lætis cœtibus: quia urbes non proceſſere Cæſari obuiam honoris gratia. Cœtibus: turbis & populis. Eſſe timori tam magno populis: gaudebat Cæſar: tum ſe præbere formidandum populis: hic ſine dubio Lucanus Pompeianus eſt: qui capta occaſione ſemper aliquid contra Cæſarem dicit.

Iamq; &præcipites ſuperauerat anxuris arces
Et qua pontinas uia diuidit unda paludes.
Qua ſublie nẽus ſcythicæ qua regna diãæ.
Quaq; iter eſt latiis ad ſũmã faſcib9 albam
Excelſa de rupe procul iam conſpicit urbem
Arctoi toto non uiſam tempore belli
Miratuſq; ſuæ ſic fatur mœnia romæ
Te ne deum ſedes non ullo marte coacti
Deſeruere uiri? pro qua pugnabitur urbe?
Dii melius quod non latias eous in horas
Nũc furor incubuit: nec iũcto ſarmata uelox
Pannonio: daciſq; getes admixtus habenti
Tam pauidũ tibi roma ducem fortũa pepcit
Quod bellũ ciuile fuit. ſic fatur & urbem
Attonitam terrore ſubit: nanq; ignib9 atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia romæ
Sparſuruſq; deos. fuit hæc menſura timoris
Velle putãt quodcũq; poteſt. non omnia feſta
Non fictas læto uoces ſimulare tumultu
Vix odiſſe uacat. phœbeia palatia complet
Turba patrũ nullo cogendi iure ſenatus

Iãq; præcipites: nũc dicit q̃ pte italiæ iter Cæſar fecerit: dum Romã petiit: cõnumeratq; loca & urbes: dicit primo p cãpaniã iter feciſſe: & albã ueniſſe: ide i Auſoniã rediſſe & tãdẽ ad urbẽ pueniſſe. Iãq;.ſ. dũ Romã rediit Cæſar. Præcipites altas: & quæ i pcipitiũ ſtare uident. Anxuris. ciuitas campaniæ: ubi anaxiros iuppiter colit. i. iberbis: nã xiros xiroi græce: latine nouaculã ſignificat: ũde anaxiros qui ſine nouacula eſt ũde ciuitas Anxur ẽ quæ: ut Plinius docet: alio noie Tarracina dicebat. Põtinas paludes. i. pometiæ: nã pometia facit deriuatiuũ ſuũ põtinus. na. nũ. ſicut Liuius dicit: itaq; manubiæ põtinæ: ũde dicit q; Tarqnus priſcus manubias prædæ repõi iuſſerat ad ædificãdũ capitoliũ: ſed ipe tã magna capitolii ædificia fecit ut nõ ſufficerẽt. Iuuenalis. Et põtina palus & gallinaria pinus: Põtinæ paludes a Cornelio cæthego cõſule ſiccatæ agerq; ex his factus: Mutianus ter cõſul pontinã paludẽ. xxiiii. urbiũ locũ fuiſſe prodit teſte Plinio: hũc locũ ſiccare ẽt cõſtituerat diuus Cæſar: ur refert Suetonius niſi morte præuẽtus fuiſſet. Vda uia. i. paluſtris uia q̃ ẽ iter illas paludes Qua: pte. Sublime nemus: Ideſt nẽus aricinũ dianæ cõſecratũ: ubi ẽ fõs egerius: apud quẽ fõtẽ ſimulabat Numma põpilius ſe cõſilia agitare de re pu. romana cũ egeria nympha: a qua & fõs appellatus ẽ: & ſpeculũ dianæ dictus ẽ: Aricinũ uero nemus ab aricia ſylua urbi uicina: ubi relegauit hyppolitũ diana. Regna. ſ. dianæ cõſecrata ſũt. Scythicæ: quæ colit i ſcythia & i taurica regione: & diana ſãguine humano placat & colit. Ephygenia ãt cũ horeſte ſimulachrũ diãæ i italiã detulit. Latiis faſcib9: qa rõani cõſules feriis latinis albã cõuenire cõſueuerãt: & uniuerſũ latiũ & albani iuſte rationẽ dabãt. ũde feriæ a feriendo dictæ ſũt: latinæ aũt feriæ celebrant: q; ibi primũ Romãi ĩpium habuerũt ab Aſcanio Aeneæ filio qui albã i italia cõdidit. Excelſa: poſtq̃ in albanũ mõtem cõſediſſet Cæſar pſpiciens de rupe alta mœnia urbis romæ uidit. Rupe. ſ. albãi mõtis. arctoi. i. gallia & ſeptẽtrionalis. Sic fat. ſ. ſequẽtia. Te ne deũ: cæſar ubi procul ex arce albana mœnia urbis Romæ uidit: i hæc uerba prorupit: ad urbẽ Romã apoſtrophat: & dicit: te ne deũ ſedes: cũ admiratiõe quadã legẽdũ ẽ quomõ iquit tã ignaui fuer Romani ut te o Roma deſererẽt i quã ſedẽ ſuã poſuerũt dei cui præſides ſũt: Iuppiter Iuno & Minerua. Ne: an. Sedes deũ: i qua ſedẽ ſuã poſuere dei. Nõ ullo marte coacti. ſi bellũ forte igrueret. cuius metu urbẽ egrdi cogerent Romani excuſãdi forẽt: Pro qua pugnabit urbe. q. d. p nulla ſi p roma nõ pugnauerit. Dii melius. ſ. fecerũt: ut hoc tẽpore nõ ſit gẽtes natiõeſq; excitatæ: quæ ſẽp inimicæ fuerũt iperio Romano: nã ſi bellũ romanis ituliſſẽt magnũ piculũ iperio iminebãt: cũ tã tumidus Romanis dux cæſar hoc tẽpore foret. Eous furor. ſ. pthorũ: qui pauloãte exacerbati fuerãt cõtra Ro. bello illato p Craſſũ: quẽ cũ uniuerſo exercitu exciderũt. Sarmata uelox. ſ. nõ icubuit: q ẽ populus ſcythiæ. Iũcto pãnonio. i. iũcto populo Pãnoniæ: quã nũc Vngariã uõcãt. Getes dacis: populi ſũt ſcythiæ: ſic græce declinat ο γαιτησ. latine dr hic getes huius getæ: ſicut Anchiſes achiſæ. Quod bellũ ciuile fuit. quia bellũ ciuile cõflatũ ẽ: iõ ſalutẽ tibi dii o roma dederũt: ſed ſi aliud bellũ q̃ ciuile fuiſſet piſſes. Subdit igredit. Attonitã. territã metu. Nãq; ignib9 atris. cãs explicat terroris Romãoꝝ: quia exiſtimabãt Cæſarẽ urbe q̃ſi capta icẽdio & ferro oĩa naſtaturum eẽ. Vt. i. ſicut capta eẽt urbs. Rapturus: euerſurus. Ignib9 atris: icẽdio. Vt captæ: hoc ẽ nõ aliter q̃ ſi ab hoſtib9 capet. Sparſuruſq; deos. ſ. credit euerſurus tẽpla deoꝝ. Fuit hæc mẽſura timoris: tãtũ mali timebãt q̃tũ Cæſar iferre poterat: uidelicet ut fũditus urbẽ euerteret. Mẽſura: modus. Velle putãt qdcũq; põt. ſ. q; timẽt romãi cæſarẽ poſſe quodcũque uult: ideo exiſtimabãt fũditus euertere poſſe. Non omnia feſta: rõani nõ ſimulabãt uultu læticia: imo nec poſſũt etiam odiſſe animo cæſarem tãtum pauoris animo conceperãt. Vix uacat: nõ licet romanis. Feſta omnia: feſtiua auguria. Non fictas: ſaltem fictas: ſi non ueras. Odiſſe: cæſarẽ. Phœbeia palatia. i. ſibyllina: ubi libri ſibyllini ſeruabant. lõge ẽ repetitum epitheton: Sibylla ãt ſacerdos phœbi erat: ideo phœbeia palatia appellauit. Nullo cogẽdi iure qa ſpõte ſua uenerũt nullo uocãte. Cogẽdi ſenatus: quia nec cõſules: nec prætores: nec pricipes uocarũt eũ.

E latebris:e penatibꝰ ſuis ubi latebat. Sacræ ſedes:ideſt ſanctæ ſedes curiæ: quia quotiens uocabat̃ ſenatus:ſi in curia conſules erant ſuis ſedibꝰ cum maieſtate quadam ſedebant:conſules autem priores ſedes tenebant:ſecundas uero prætores ideo dicit. Proxima:ideſt ſecunda poteſtas:quia ſecunda poteſtas poſt conſules erat prætoria. Prætor: appoſitiue ſecunda poteſtas. Lege:ſecundũ legem non erat ſecunda. Curules:quia uidelicet nõ ſolũ aderant conſules nec prætores:ſed nec ſedes quidẽ ipſæ erant. Ceſſere loco:ideſt de loco ſuo. Omnia cæſar erat:quid ergo erat:ibi non conſules non prætores erant: ſed ꝓ ipſis Cæſar fuit:ĩ ipſo uno omnia fuere:omneſq; populi magiſtratus romani in uno cæſare conſpiciebantur

E latebris educta ſuis.non conſule ſacræ
Fulſerunt ſedes.non proxima lege poteſtas
Prætor adeſt uacuæq; loco ceſſere curules
Omnia cæſar erat.priuatæ curia uocis
Teſtis adeſt:ſedere patres cenſere parati
Si regnũ:ſi templa ſibi:iugulumq; ſenatus
Exiliumq; petat.melius qđ plura iubere
Erubuit: quam roma pati tamen exit in iram
Viribus an poſſent obſiſtere iura:per unum
Libertas experta uirum:pugnaxq; metellus
Vt uidet ingenti ſaturnia templa reuelli
Mole rapit greſſus.& cæſaris agmina rũpẽs
Ante fores nondũ reſeratæ conſtitit ædis
Vſq; adeo ſolus ferrum morteq; timere
Auri neſcit amor:pereunt diſcrimine nullo
Amiſſa leges.ſed pars uiliſſima rerum
Certamen mouiſtis opes:prohibẽſq; rapina
Victorem:clara teſtatur uoce tribunus
Non niſi per noſtrum uobis percuſſa patebũt
Templa latus.nullaſq; feres ſine ſãguie ſacro
Sparſas raptor opes.certe uiolata poteſtas

Priuatæ uocis.ſ. Cæſaris: quia ubi cæſar loquebat̃ nemo in ſenatu ſententiam dicebat: niſi ipſe ſolus: ideo quia loquebat̃:niſi uox cæſaris illius teſtis erat ſenatus. Curia:continens ꝓ cõtento:ideſt ſenatus Priuatæ uocis:cæſaris: q quãuis priuatus omnia tenebat: uel priuatæ:qa quãuis non tribunus:nõ ædilis:& nullũ gereret magiſtratũ: tamẽ tãquã prĩceps loquebat̃ in ſenatu. Seder̃ patres:patres cõſederũt in curia:& parati erant decernere quodcũq; uoluiſſet:etiã ſi ſe regem facere uoluiſſet. Cẽſere parati: nimio metu cõpulſi patres regnũ cæſari decreuiſſẽt etiã ſi peteret regnum:ſi tẽpla:ſi iugulũ: ſenatus cõſultũ in ſententiã cæſaris deueniſſet. Si regnũ:ideſt ſi ſe regem eẽ uoluit. Si tẽpla.i.ſi in deoꝝ numero eẽ uelit:ſicut imperatores omnes relati ſũt. Iugulũ ſenatus:ideſt ſi petit iugulari patres. Exiliũ:ut in exilium mittant̃ patres. Melius.ſ.fuit urbi Romæ. Quod plura iubere erubuit.quia cæſar pudore deterritus:ne id quidẽ ĩperaſſet ꝙ Romani pati uolebant. Erubuit: puduit cæſarẽ iubere. Tamẽ exit ĩ iram: quãuis tãto furore ꝑculſi eſſent:libertas amiſſa uoluit expiri unũ uirũ Metellum:an tueri poſſet iura. Exit:erũpit uiꝝ Metellum.Cæſar teſte Apiano romam delatus po.ueteꝝ calamitatũ recordatione turbatũ:quã ſub ſylla & Ma.olĩ pertuliſſet trepidantẽque magna ſpe pollicitationibꝰque leniuit: hoſtibꝰ præferẽs humanitatem ac clementiam:Lucium enim Domicium a ſe captum cum pecuniis ac neceſſariis ſuis: libertati redditum fuiſſe ait: quibus dictis publici ærarii clauſtra perfregit: obſtantique in aditu Metello ex tribunis plebis mortem eſt comitatus: theſauros a nemine contactos uſque in illam diem militibus rapere conceſſit hos enim olim execratione propoſita publice conditos fuiſſe memorant: ut niſi celtico inſurgente bello a nullo promerentur: Verum Cæſar celtas a ſe deuictos aſſerens urbem ab execratione liberam reddidiſſe ait. Iura: leges. Pugnaxque Metellus: Metellus tribunus plebis alia omnia perpeſſus eſt: ſed ubi uidit reſerari templum Saturni:in quo ærariũ populi Romani: ut inde aurum & argentum auferret Cæſar quo militibus ſuis ſtipendium daret: commotus eſt qui antea leges uiolari permiſerat & iura: cupiditate auri & precio: ut hoc tolerare nequiuerit. Pugnaxque metellus: ex eo quod ſequitur. Saturnia templa: ideſt ærarium quod in templo Saturni erat. Ingenti mole: ideſt uecte. Rapit greſſus: ideſt raptim fert. Rumpens: per agmina Cæſaris irrumpens. Aedis templi. Vſque adeo: quamuis impulit Metellum pro ærario pugnare. Amor: ſcilicet cupiditas auri: nam qui pro legibus non decertauit: nunc pro auro decertare auſus eſt. Amiſſæ leges: ſine certamine pereunt leges: quia nemo eſt qui pro legibus decertauerit. Diſcrimine nullo: ideſt nullo certamine: ſicut apud uirgilium in eadem ſignificatione: Poſt hos æquo diſcrimine piſtrix. Sed pars uiliſſima rerum. Leges nullæ certamen mouerunt: quamuis uiolatæ: ſed opes fuerunt: quæ auſæ ſunt certare contra Cæſarem. Viliſſima pars: quia ſordes dicuntur diuitiæ: ꝙ homines faciant ſordidos. Tribunus: ſcilicet Metellus. Victorem Cæſarem a rapina ærarii. Teſtatur ſcilicet defenſionem ſuam clara uoce. Non niſi: conuerſus ad omnes cæſarianos Metellus: nec ueritus cæſarem ipſum dixit: uobis nullo pacto patebunt ærarii fores niſi prius per pectus noſtꝝ tranſfigat̃ ferrũ. Per noſtꝝ latus.i.prius percutiendum erit noſtꝝ latus q̃ tẽpla ſaturni uobis pateãt. Raptor: o Cæſar. Sparſas opes.i.ſpargẽdas militibus ſuis. Opes pub.æris.

Certe uiolata poteſtas.ſ.tribunitia. Deos.ſ. ultores. Craſſũ:ꝓbat exẽplo o cæſar ſi me uiolaueris:quia tribunus ſũ:ſcito deos ultores fore. Diræ:furiæ q̃ ſũt tres Alecto Megera:& Theſiphone. Tribuniciæ:fa uẽtes tribunis. Nouerũt:deſtinauerũt:nã ut refert Apiãus: Craſſo urbe egrediẽti illaturo bellũ parthis multa quidẽ ac dira tribuni ãnunciauere:ne pthis hoc malo ꝓrſus idignis iferret bellũ monuere: cui mi/ nime parẽti publicas execreatiões extulerũt:quibꝫ ſpretis Craſſus demũ i pthia ꝓfligatus ẽ cũ filio eiuſdẽ nomine & uniuerſo exercitu fere cæſo:nã ex cẽtũ milibꝫ uix decẽ milia i Syriã e fuga euaſiſſe ferũtur alii.

Inuenit iſta deos:craſſumq; in bella ſecutæ
Sæua tribunitiæ uouerunt prælia diræ
Detege iam ferrum.neq;.n. tibi turba uerẽda
Spectatrix ſcelerum: deſerta ſtamus in urbe.
Non feret e noſtro ſceleratus præmia miles
Sũt quos ꝓſternas populi;quæ mœnia dões
Pacis ad exhauſtæ ſpoliũ non cogit egeſtas.
Bellũ cæſar habes:his magnam uictor in irã
Vocibꝫ accẽſus:uanam ſpẽ mortis honeſtæ
Concipis:haud inquit iugulo ſe polluet iſto
Noſtra metelle manus:dignum te cæſaris iræ
Nullus honor faciet.te uindice tuta rlicta eſt
Libertas non uſq; adeo permiſcuit imis
Longus ſumma dies.ut non ſi uoce metelli
Seruent̃:leges malint a cæſare tolli
Dixerat.& nundũ foribꝫ cedente tribuno
Acrior ira ſubit.ſeuos circunſpicit enſes
Oblitus ſimulare togam:tum cotta metellũ
Compulit.audaci nimium deſiſtere cepto.
Libertas inquit populi quem regna coercent

Vouerũt.ſ. Craſſo. Sæua bella.ſ.pthoꝝ.M.Cato tri bunus plebis iterceſſionibꝫ ſuis comitia ĩpedierat & ueſtẽ ſenatus mutauerat:deĩde ꝑlato uatinio ptu ræ repulſã tulit:idẽ.M.Cato cũ ĩpediret legẽ qua in quĩquẽniũ ꝓuĩciæ: ut Syria Craſſo pthicũq; bellũ hiſpania põpeio dabanť a .C. Trebonio ĩ carcerem deductus ẽ:ideo dicit tribunitiæ iræ ſecutæ ſũt craſ ſũ ĩ bella : quia ad hoc ut Syriã pthicũq; bellũ obti/ neret Craſſus Cato tri.ple.ĩ uĩcula cõiectus eſt. De tege iã ferrũ:ꝓſequiť ẽt animoſitatẽ Metelli deſcri bere: Accĩge ĩquit ĩ me gladiũ o Cæſar hoc faceř po tes abſq; reſpectu cuiuſpiã pudoris: Nã quoniam ci uitas deſerta ẽ:ideo pauci erãt qui hoc tuũ ſcelus aſ piciãt.obiicit cæſari ꝙ metu ipſius Romãi urbẽ de ſeruerĩt. Turba uerẽda:nõ ẽ opus ut erubeſcas hoc facinus cõmittere:qa deſerti ſtamus ĩ urbe. Miles ſceleratus.i.tuus exercitus. Nõ feret præmia:nam hoc aurũ & argẽtũ militibus tuis diſtribuere uole/ bas. E nr̃o.i.de publico. Nõ cogit egeſtas:ſed ſi ne ceſſitas hoc te facere cogeret excuſandus uidereris: at uero cum poſſis alienos populos militibꝫ tuis di ripiẽdos obiicere:debes parcere tuæ p̃riæ. Populi .ſ.hoſtiũ. Donec:militibꝫ tuis. Pa.exhau.ſ.ciuibꝫ qa ciues ĩ pace cõſũpti ſũt nec illoꝝ ſpolia quæ nul/ la cogit neceſſitas eripere debes. Egeſtas:neceſſitas nulla cogit te. Bellũ cæſar habes: qa habes bellũ o Cæſar potes milites tuos diuites faceř. His magnã ira pcitus ẽ:nõ mediocri cæſar ubi uidit Metellum tã obſtinate aduerſari uolũtati ſuæ:& ita ipſũ ẽ allo cutus. Vanã ſpẽ:uana ĩquit ẽ ſpes tua o Metelle:ꝙ uidelicet hõeſte mori & fortiter poſſis: ut uidelicet di caris ꝓ libertate reipu.pugnaſſe & ꝙ mori malueris q̃ pmittere ut ærariũ ſpoliareť:ſed manus Cæſaris ĩ/ dignareť pollui ſanguine tuo. Honeſte mori:cũ ꝓ libertate & ærario populi romani pugnes. Vanã: qa nõ cõſequeris qđ optas. Nr̃a manus:quia ĩdignare ut noſtris manibꝫ pereas. Iſto ſãguine.ſ. tuo uili ſan/ guine. Nullus honor:ꝓ nullius libet rei honor. Te uĩdice:hyronice loquiť: uidelicet te ultore tuta erit libertas populi romani. Nõ uſq; adeo:nõ adeo inqt lõgitudo tẽporis cõparauit magna ꝑuis:ſũma ĩfimis ut ſi alteꝝ præſtareť:aut deſtruanť leges a Cæſare:aut ſeruenť a Metello:ut nõ malint a cæſare deſtrui : q̃ a Metello defẽdi. Lõgus dies.i.lõga uetuſtas. Seruenť leges:ſi iſta cõditio ponereť ĩter te & me & leges ſẽ ſũ haberẽt: dicẽdo optate leges:an malitis deſtrui a Cæſare an defẽdi a metello:ĩpe leges diligerent potius a me deſtrui q̃ a te defẽdi: At nũdũ.cũ adhuc pſiſtereret ĩ propoſito Metellus ne ſineret reſerari ærariũ: tũc cæſar magis ĩcenſus ira ita cepit circũſpicere gladios militũ ſuoꝝ: ut ipſũ ĩ cõſpectu ſuo obtrũcarent tũc cotta tribunus alter collega Metelli:ut cognouit ꝑiculũ qđ ĩſtabat cũ his uerbis quæ ſequunť ẽ allocu tus: ut illũ a propoſito ſuo deterreret & oſtẽderet rões:quibꝫ Metellus nõ deberet ſupra uires rẽ tantã ſu ſcipere:cuius perſuaſiõe tandẽ motus ceſſit a foribꝫ ærarii. Deſiſtere:remoueri. Audaci cepto : ab ĩcœ/ pto nõ forti:ſed audaci. Libertas:ĩquit o metelle:q in libertate eſt:ſi libetatem illam defendere uoluerit cõtra potẽtiores libertas illa peribit: ſed hæc libertas quãuis defẽderis periit: nã potentior libertatẽ illã deſtruit:pariter cũ te ſit cæſar potentior ipſa libertas peribit:quia nõ poteris reſiſtere:ſed ſeruire cogeris. Sed quomodo poteris defendere libertatẽ:ſi deſiſteris reſiſtere potentiori: etiã ſi non ſeruabis libertatẽ: libertatis tamen defenſor eris Cui ſeruaueris ũbrã ſed tu ſeruabis umbrã libertatis:ſi uelis quicquid iube are a potentioribus:uerbi cauſa. Si Cæſar uoluerit ut hoc loco aperire ærariũ: & ut promiſeris aperire: ſeruare uideberis ſi hoc facere uolueris:tunc non ſeruabis umbrã libertatis:at uero ſi reſiſtere uolueris & non potueris, tunc ſeruare eam uideberis:& libertatẽ non ſolũ:ſed nec imaginem libertatis ſeruabis.

Libertate perit:cuius ſeruaueris umbram
Si qcquid iubeare uelis.tot rebꝫ iniquis
Paruimus uicti.uenia eſt hæc ſola pudoris
Degenerisq; metus.non iam potuiſſe negari
Ocius auertat diri mala ſemina belli:
Dāna mouent populos ſi quos ſua iura tenēt.
Nō ſibi ſed dōino grauis ē quæ ſeruit egeſtas
Protinus abducto patuerunt tēpla metello
Tunc rupes tarpeia ſonat magnoq; recluſus
Teſtatur ſtridore fores.tunc conditus imo
Eruitur templo multis non tactus ab annis
Romani cenſus populi:quem punica bella
Quē dederat perſes.quē uicti preda philippi
Qđ tibi roma fuga pyrrhus trepidante r̄liqt
Quo te fabricius regni non uendidit auro.
Quicqd parcorum mores ſeruaſtis auorum
Qđ dites aſiæ populi miſere tributum:
Victoriq; dedit minoia creta metello.
Qđ cato longinqua uexit ſup æquora cypro

Velis:permittis. Iubeare.ſ.a potentiori. Quem regna coercent.i. Reges & principes qui non iam ciuitam:ſed tyrānicam cōditionē & ptātem exercent. Libertate perit:uidelicet nimia libertate qua uolunt reſiſtere potentioribus. Tot rebus:maioribus īquit iam uicti p̄uimus: ſi ergo maiora ppeſſi ſumus cur nō minora patiamur. Venia hæc:in hoc ſolum uenia nobis præſtatur:ꝙ ſi uelimus potētioribus negare nō poſſumus. Tot rebus iniquis.i.opibꝫ potentium paruimus:cum Cæſari contra ſenatus auctoritatem prouinciæ delegabantur:ut in quinquēnium ſub Cæſare eſſet italia:Syria pthicumq; bellum Craſſo:Pōpeio Hiſpania nolente tribuno: ſed tamen hæc iuitis nobis facta ſunt:paſſi ergo ſumus maiora minora etiam patiemur. Hoc.ſ.negari cum potētioribꝫ qui ad eas opes puenere ut nemo ipſis reſiſtere poſſit. Venia pudoris ſi pudet cōtra libertatem aliqd permittere. Degeneris metus.i.ſibi uidetur puſillanimus fuiſſe. Nō potuiſſe negari.etiam ſi uolueris negare non poteris:ideo eſt ſola uenia pudoris non negare. Ocius auertat:o Metelle pmittas hūc a nobis auferre aurum & argentum quod ē cauſa & primordium omniū belloꝝ. Auertat.ſ.cupiditatē auri. Damna ſi quos ſua iura:cum pōt aliqs ſua iura ſeruare:tunc indigniſſimū eſt:ſi quid amiſerit: at uero cū iam opprimit̄ a potentioribꝫ ſi qd indignū patiatur:id non ſibi: ſed uiolatori uitio dādum eſt. Tuentur:defendūt. Siquos ſua iura:pro ſiqui poſſūt ſua iura defendere:hyppalage eſt. Quos: populos. Nō egeſtas: ſed egeſtas & neceſſitas quæ ſeruit potentioribus non eſt dedecori ſibi:ſed domino:uidelicet coegit eē: & nō patiēti dedecori ē ſed faciēti Protinus:cum hæc dixiſſet Cotta: Metellus tandem ceſſit Cæſari:& remoto illo reſeratæ ſunt fors ærarii. Patuerunt:Cæſari. Abducto:remoto metello. Protīus.pro quocumq;. Tunc rupes tarpeia: ſic enim fabricatæ fores ærarii erant:ut ſine magno ſtrepitu aperiri non poſſent: ideo hoc fecerunt romani:ne quis furari poſſet aurum & argentum qđ ibi ſeruabatur:dicit igitur cum reſerarent̄ fores igētem ſtrepitum feciſſe:ut tota rupes tarpeia reſonauerit. Tēpla:uidelicet tēplū ſaturni in quo erat ærariū Teſtatur:idicat. Recluſſas:aptas. Tū conditus:dicit quātus ab ærario theſaurus exceptus fuerit a cæſare:uidelicet ꝙ iā a cōdita urbe ad tempus Cæſaris fuerit a populis & a nationibꝫ partū id omne ærariū repoſitum. Multis nō tactus ab ānis: qui ſeruatus fuerat p multos ānos. Quem punica bella:ut Carthago populi romani inimiciſſima euerſa:bona omnia & pecuniæ a.Cn Scipione Romam trāſlata ſūt: & in hoc templo repoſita fuerūt. Quē:cenſū. Perſes:rex Macedonū quē uicerat Paulus æmilius. Præda philippi:nā Qu.Mumius flaminius philippum Regē Macedonū uicit:Paulus æmilius Perſem filiū ſuū & nō ſolum uicit:ſed ipſum in triūphū duxit:Præda.ſ.dederat. Qđ.ſ.auꝝ eruitur. Pyrrhus:Rex epyrotaꝝ qui a Tarentinis accitus in italiā cum aliquot eqtibꝫ uenerat bellū populo ro.intulit:& ſæpe uictor euaſit:tandē uirtute & continentia Fabricii uictus ex italia decedere coactus eſt:& ipſe reliquit:aliqd p̄dæ po.Ro.ad hoc uſq; tempus ſeruatā. Fuga trepidāte:nā trepidus ex italia fugit:ſed id aurū eruit̄. Quo uēdidit regni qa Fabricius cū miſſus eſſet legatus ad Pyrrhū qui Tarenti erat:Pyrrhus Fabricii uirtutem ēad miratus:iā ātea ēt medicū regis auerterat q capto p̄mio ſpōdebat ſe necaturꝝ eē regē. Tētauit quoq; pyrrus magnis p̄cibꝫ pellicer̄ fabriciū & ſi ſecū uiuer̄ uellet ipſū īter prios habituꝝ eē: & cū eo omne ſuū r̄gnū cōicatuꝝ.Fabri.āt oēs pollicitatiōes pyrrhi cōtempſit:nō dicit aurū illud dirripi a cæſar̄: quo auro pyr. Rex Epyrrotaꝝ nō potuit emer̄ fabriciū. Fabrici.nō uēdi.qa ſi auꝝ accepiſſet:ipiū op̄pſiſſet Quicqd pcoꝝ: eruit̄ ēt oē auꝝ qđ p ſimoniā ātiquoꝝ cōgeſtū & cūulatū fuerat. Quod dites aſiæ po.ſ. deuicto rege ātigono:nā tribunarii facta ē Aſia po.ro.& īde magna uectigalia exigebant̄. Metello.ſ.cretico:nā cretā deuicit:ūde & cognomē accepit. Minoia.i.q quōdā fuit:ſub īpio Regis miois. Cato lōgīq. Ptolemæus rex cypri:magnū theſaurum ſeruabat:& po.ro.ueritus ne magnitudīe pecunæ magnum aliquod piculum urbi Romæ inferret.ſtatuit pecuniam illā Regi auferre: Rex cū audiuiſſet Catonem in cyprum mitti:ut aurū ſuum auferret ꝙ in eo ſpem omnem repoſuerat:tanta animi egritudine affectus eſt:ut ſibi mortem conſciuerit:Cato cum auꝝ illud accepiſſet ſūma diligētia & īegritate Romā aduexit: illudq; ī ærariū repoſuit.

Tunc orientis opes:pergit dicere gazam.quæ diu in ærario coſeruata:& a diuerſis gentibꝰ ac nationibꝰ regibꝰq; parata fuerat:nũc a cæſare diripitur & ultima ſpolia dicit quæ in ærario Põpeius repoſuerat ſub actis orientis regibꝰ:dicit enim. Oriẽtis opes.ſ.egerũtur:eſt.n.zeuma ab inferiori. Captoꝝ regũ: declarat.ſ.Ariſtoboli: Mitridatis tygrãnis Regis armeniæ & filii ſui:Ariſtobolus rex iudeorũ fuit:nã hos captos in triunphũ ꝑduxit Põpeius & mitridatis regis põti opes multæ ac præcioſæ ĩ ærario a põpeio repoſitæ fuerant. Prælata gaza.i.quæ ẽ præmiſſa & ãte lata:nã præcedere uidebant̃ captiui:& ſpolia captorum Regũ præferebant:ut ſpecioſum triũphum facerét

Tunc orientis opes:captorũq; ultima regũ
Quæ põpeianis prælata eſt gaza triũphis
Egeritur.triſti ſpoliantur templa rapina
Pauperiorque fuit tũc primũ cæſare roma
Interea totũ magni fortuna per orbem
Secum caſuras in prælia mouerat urbes:
Proxima uicino uires dat græcia bello.
Phocaicas ãphiſa manus:ſcopuloſaq; cyrra
Parnaſſuſque iugo miſit deſertus utroque
Boetii coiere duces quos impiger ambit
Fatidica cephiſos aqua cadmeaque dyrce.
Piſeæque manus:populiſq; ꝑ æquora mittẽs

Egeritur:eruitur. Tẽpla.ſ.Saturni. Triſti rapia ab effectu quæ triſtes facit ſpoliatos. Pauperiorq; fuit:& quo die cæſar ærariũ populi ro. ſpoliauit ditior urbe romana fuit. Interea totũ:in hoc capitulo cõtinetur cathalogus gentiũ & populorum qui põpeio coniuncti ſunt aduerſus cæſarẽ:nã filiũ ſuũ Cn.Põpeium:& cõſules miſerat in Aſiam:q oẽs undiq; gẽtes cõcurrerẽt in bella: ubi nomen Põpeii cognitum ẽẽt triunphis uictoriiſq; ſuis:dinumerat ergo populos:qui ad bellũ cõmoti fuerunt. Apianus Alexãdrius refert Põpeio affuiſſe orientis nationes oẽs magno numero:ꝑtim ĩ equis: ꝑtim pedeſtribꝰ ſuffultas copiis:e græcia lacedemonioſ ſub propriis diſtributos regibꝰ & ex pelopõeſo alios: Boetii ꝑterea cũ ipſis aderant:& Atheniẽſes in caſtris: utriſq; igit̃ præconis uoce proclamãtibꝰ: minime iniuriã exercitui inferre ueluti legũlatores ſacros: ad gloriam cõuerſi belli:quaſi ꝓ romanorũ dignitate Põpeio adhæſerãt:ex græcis modicũ quid: uerũ quicũq; ĩcircuitu maris orientẽ uerſus ĩcolunt fere omnes ad eũ uenerant:Thraces uidelicet Helleſpõtii:Bithinii:Phryges:Iones:Lydii:Pãphilii:Piſidæ:& Paphlagões Cilicia ad hæc & ſyria:phoeniceq;: & hæbreoꝝ genus:Arabeſq; his finitimi:Cyprii ĩſuper & Rodii: & cretenſes ſũditores:& ĩſulares alii conuenerant:& Reges Dinaſtæ auxilia ſecũ afferẽtes:Deiotarus orientaliũ galatarũ Tetrarcha:Ariãtes Cappadocũ Rex:armẽios ĩtra Euphratẽ ĩcolẽtes Taxiles prĩceps adduxerat: Armenios uero ſupra Euphratẽ Megabates Artapi Regis ꝑfectus:alii ꝑterea ĩferiores potẽtia Dinaſtæ ad belli laborẽ una ſe cõtulerant:feruntur & ex ægypto naues.lx.ad illũ perueniſſe:ex ægyptiis regibus Cleopatra fratre puero:uerũ hæc quidẽ bello minime interfuere:nõ enim aliæ naues ad id acceſſerãt: ſed corcyræ in ocio cũ cæteris degebãt:quod a põpeio minus prudẽter factũ exiſtimatur:q; claſſem neglexiſſet:q̃ longe præpotẽs omnẽ qui ad hoſtes ferebatur cõmeatũ facile auferre potuiſſet. Cæſari uero affuere equites Celtæ ac celtarũ:q ſupra alpes ĩcolũt:numerus fere alius: græcoꝝ ad hos auxilia acceſſerunt dolopes: Acarnanes:Etoli.Cæſar duo ſupra.xx.milia habuiſſe fertur ĩter quos equites circa mille ãnumerant̃:Põpeiũ bis totidẽ ſecuti ſũt:ĩ quibꝰ ſeptẽ milia equitũ fuer̃:q ãt de his ſimilia loq exiſtiant̃:ſeptuaginta milia Italoꝝ hoc prœlio ĩ unũ cõcurriſſe memorãt:q minorẽ numerũ deſcribũt.xl.milia qui rẽ in maius extollũt quatercẽta milia extitiſſe aiũt:horũ ſexcuplũ Põpeio.alii tribus ex ꝑtibꝰ duas illi aſcribũt: hæc paulo altius repetiuimus:qa cognitu digna ſũt. Caſuras urbes:metonomia pro popalos q ĩ urbibꝰ cõtinent̃. Caſuras.quia gẽtes quas ſecũ habebat Põpeius: cæſar ĩ theſſalia ad ĩternitionẽ ꝓpe cecidit. Verũ ut idem Apianus refert ex Põpeii ꝑtibꝰ ſenatores.x.ceciderũt:quorũ e numero fuit L. Domitius oli cæſari ĩ Gallia ſucceſſor deſtinatus ĩ cõfinio captus ab eo dimiſſus:equeſtris ordinis ad quadragita ex illuſtroribꝰ. ex reliquo ãt execitu q rem ĩ maius extollũt:quĩq; ſupra uigiti milia cecidiſſe aiũt. Cæteꝝ Aſinius pollio qui ſub cæſare ea ĩ pugna dimicauit:ſex milia ex Põpeii exercitu ĩteriiſſe ſolũ ſcribit. Proxima:ex his urbibꝰ quæ auxilia põpeio attulerãt:dicit primo de græcia. Proxĩa:ꝓpĩqua italiæ. Vicino bello.i.ciuili bello: qđ haud ꝓcul geſtũ ẽ. Phocaicas:urbs phocidos ẽ Amphiſa teſte Strabone ideo. Manus ãphiſa.i.pupuli qui circa hãc urbẽ habitãt auxilia dãt Põpeio. Scopuloſaq; cyrra:ex boetia populi uenerunt. Parnaſus: mõs ẽ boetiæ muſis cõſecratus :q ĩ duo ſcĩdit̃ iuga .ſ.heliconẽ & citeronẽ:alter hẽt cyrrã:alter nyſã ciuitates.In cyrra colit̃ phœbꝰ:ĩ nyſa bacchus:dicit ergo ex utroq; iugo ꝑnaſſi mõtis populos ĩ bella miſſos fuiſſe:qui ſub põpeio militarent. Scopuloſa:mõtuoſa ubi colitur Apollo. Boetii:prætèrea etiã boetii duceſ Coiere:i.cõuenerũt ad põpeiũ: & q fuerũt illi duces declarat uidelicet quos ĩpiger ãbit fatidica zephiſus aqua. Fatidica.i.iuxta quẽ flu.ẽ tẽplũ fatidicæ thẽidis. Cephiſos. flu.ẽ boetiæ: ĩ cuius ãnis marginibꝰ & themidis tẽplũ:q̃ fata ſciſcitãtibꝰ dabat. Cadmeaq; dyrce:nã thebæ quã cõdidit cadmus:q̃ ciuitas ẽ ĩ boetia:dyrce ẽ appellata a fõte dyrceo:q ĩ ea urbe natus ẽ. Pieſæq; mãus:piſa & helis ciuitates fuer̃t iuxta olympũ mõtẽ:ubi olympica certamĩa ĩ honorẽ iouis celebrabãt̃. Populus:đclarat uidelicet alpheus.

Sicanias alpheus aquas: hoc dixit ſecũdũ fabulas & rei ueritatẽ: fabula eſt ꝙ alpheus ãnis uiderat ĩ ũdis ſuis Arethuſã nymphã poſt ſudorẽ uenatõis ſe lauãtẽ: quã uiſã ſtati amauit: quæ cũ illi aduerſaret hãc uiolare uoluit: illa in fugã cõuerſa eſt: quæ diu e manibꝫ illius elapſa tãdẽ cũ uinceret ab Alpheo: ſupplex deos rogauit: ut ſui miſererent: & ſtatim cõuerſa ẽ in fõtẽ ſui nois: Alpheus ſtati fõtẽ ſuũ ſequutus ẽ: illa ſubter mare ꝑ mediũ trãſiuit ĩ Siciliã: ut aquã ſuã nõ ĩmiſceret amaritudini maris: & ab elide uſque in Siciliã: petiit: Alpheus ꝓſequutus ẽ eã: dicit ergo ꝑ æquora.

Sicanus alpheus aquas: tunc mænala liquit
Archas & herculea miles trachinius oethem
Theſproti: driopeſqꝫ ruũt: quercuſqꝫ ſilentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice ſellæ.
Exhauſit totas quãuis delectus athenas
Exiguæ phœbea tenent naualia puppes:
Treſqꝫ petunt ueram certi ſalamina carinæ
Iam dilecta ioui centenis uenit in arma
Creta uetus populis. gnoſiſqꝫ agitare pharetras
Docta. nec eois peior cortyna ſagittis.
Tunc q dardaniã tenet oricon & uagus altis
Diſperſus ſyluis athamas. & nomine priſco
Encheliæ: uerſi teſtantis funera cadmi.
Colchis & adriacas ſpumãs abſyrtos in ũdas

Mittẽs ſic. al. aquas: nã ita ẽ ꝙ ita deprehẽdit ex eo ꝙ apud Pyſas ſigulis qbuſqꝫ luſtris in honorẽ iouis Olympia certãina ibi celebrarent: & ſacrificia fierẽt ſãguie uictimaꝝ: quæ apđ Pyſã & Elidẽ imolabãt: poſtea ĩ Siciliã apparebat ĩ Aretuſa fõte: ex eo ergo cõprehẽdit ꝙ ãnis ille a Pyſa & Elide uſqꝫ ĩ ſiciliam ſubter mare trãſierit. Virgi. Aut alphea rotis ꝑlabi flumĩa pyſæ. Mænala: mõtes ſũt archadiæ. Oethen. ſ. liqt mõtẽ Theſaliæ: ubi hercules cõbuſtus ẽ nã cũ illi uxor eius Deianira miſiſſet ueſtẽ lyntheã Neſſeo ſãguie tĩctã ꝙ ſtulta credebat: ipſã uires ãoris hẽre: erat autẽ lerneo ſãguie uenenata: qa hercules lerneã hydrã ĩterfecerat ſtatĩ uenenũ ſerpẽtis ad medullas uſqꝫ Herculis penetrauit: ut ĩ furorẽ conuerteret: & cũ dolorẽ pati nõ poſſet: rogũ ſibi conſtruxit ut ĩ eo ſe iniiceret: & philoctetæ cui arcũ ſuũ & ſagittas reliqt: iuſſit ut ĩ flãmã ignis rogo ſubiiceret: & ita cõbuſtus ẽ: iõ dicit herculeã oethẽ: ĩ quo Hercules cõbuſtus ẽ. Trachinius: Trachĩ ut oſtẽdit Stra. boetiæ ẽ ciuitas Theſteæ noĩe ſimilis phocẽſi exigua ſãe: eius ciues trachinii uocãt. Theſproti: theſproti acarnaniã & Etoliã ſupiorem habitãt barbaroꝝ ſane: ut refert Strabo: natio ſub theſprotis priſtinis ſæculis erat dodona. Sellæ: ſellarũ nomẽ ciuitatis ẽ ĩ epyro: q̃ cahonia ẽ appellata a cahone frẽ heleni. ut Virgi. Cahoniã q̃ a frẽ cahone dixit: ubi nemus erat plenũ quercubꝫ qbꝫ ĩhabitãt colũbæ & ſiſcitãtibꝫ reſpõſa dabãt: q̃ſi ex ore Iouis exeũtia: ioui nemus illud cõſecratũ erat: dicit ergo quo tẽpore miſerũt auxilia põpeio: tũ colũbæ ſciſcitãtibꝫ reſpõſa ãplius nõ dabãt: ideo dicit: ideo ſilẽtes quercus. i. ĩ qbꝫ iã ſiluerãt colũbæ: qa ãplius reſpõſa nõ dabãt. Cahonio uertice. i. ĩ mõte ciuitatis cahoniæ. Exhauſit totas: dicit q̃uis milites delecti eſſẽt: tamẽ Athenas đſeruerũt: uidelicet ꝙ tãta multitudo uiſa ẽ militũ: ut Athẽæ đſertæ fuerit: & pene uiduatæ. Exiguæ puppes. i. relictæ paucæ naues q̃ portũ Atheniẽſiũ cuſtodierẽt. i. pyrreũ: nã pyrreus portus famoſiſſimus erat Athenis ideo naues illæ q̃ſi ĩpiũ totius græciæ tenuerũt. Delectus. ſ. militũ. Naualia pyr. i. naualia pyrrei portus. Treſqꝫ petũt uerã: & ſalamĩa cypri miſit auxilia Põpeio: ſed uerã dicit: qa thelamõ pr̃ theucri & Aiacis cũ tribꝫ nauibꝫ miſit hos filios ad Troiã cũ Agamẽnõe: cũ ad excidiũ Troianũ Græci mille nauibꝫ ꝓfecti ſũt: dicit ergo ꝙ ſalamĩa quã ĩ cypro cõdidit theucer ne faceret cõtra pr̃is ĩpiũ: nõ ẽ auſus ĩ pr̃iã redire: nã pr̃ mittẽs Aiacẽ & theucrũ ꝑcepit ne alter ſine altero rediret mortuo Aiace q deſpatiõe armoꝝ Achillis ſe ĩterfecerat: theucer nõ ẽ auſus redire ĩ pr̃iã: ubi erat Thelamõ pr̃: ſed ꝓfectus ĩ cyprũ ſalaminã cõdidit nouã: ideo imitati ſũt ſalaminã ãtiquã thelamonis: qa ſicut miſerat tres naues ad auxiliũ Agamẽnonis aduerſus Troiã: ſic & ipſa tres miſit cũ Põpeio. Verã credi. i. imitãtes ſalaminã ãtiquã Thelamõis in Græcia: non eam quæ in cypro condita eſt. Iam dilecta ioui: & cretenſes qui centum urbes habebãt miſerunt auxilia Pompeio. Centenis populis: quia centum habitabant gentes: ſicut Virgilius. centum urbes habitant: nunc tres tantum urbes eſſe dicuntur: ũde Virgilius. Non ego te quondam centum digeſta per urbes. Agitare: tractare. Gnoſis pharetras: Ideſt cretenſes. Gnoſis urbs Metropolis eſt totius cretæ: in qua regia Minois regis fuit. Cortyna: populus cortynenſis: cortynia ciuitas eſt: ubi ſtabula Regis Minois fuere. Nec peior: nõ imperitior. Eois ſagittis. Ideſt parthorum qui ſunt populi orientis. Tunc: ſcilicet uenerunt. Oricon dardaniam: Ideſt thraciam: nã dardanii in Thracia ſunt: quorum oppidum eſt oricon. Athamas: fluuius qui dicitur incendere niuẽ: unde Ouidius. metha. In ſecta pythagorea dicit: Admotis athamãtis aquis incenderere niues. dicit ergo populos qui iuxta fluuium athamãtẽ habitãt ueniſſe ĩ auxilia Pom. Encheliæ: etiã encheliæ ciuitas: ubi Cadmus cũ hermione uxore cõuerſi ſunt in angues ſimiles ãguillæ. Priſco: ãtiquo. Teſtãtis funera cadmi: qa ẽchelis græ. ãguilla latinæ. Colchis: uenerũt etiã qui habitãt colchim: quæ ẽ haud ꝓcul a caucaſo mõte: hæc loca ſubegerat Põ cũ ꝓſeq̃ret Mithridatẽ. Abſyrtos: flu. ſic dictus ab Abſyrto frẽ Medeæ quẽ illa fugiẽs mẽbratĩ dilaceraueiat: nota fabulã &c. In ũdas adriacas: quia deſcẽdit in mare adriaticũ in omnibus ſubaudi uenerunt.

Penei qui rura colunt:quorumq; labore
Theſſalus hemoniam uomer ꝑſcidit hiolcon
Inde laceſſitum primo mare.cum rudis argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes.
Primaq; cũ uẽtis pelagique furẽtibus undis
Compoſuit mortale genus:fatiſq; per illam
Acceſſit mors una ratẽ:tũc linquitur hæmus
Thracius.& populũ pholoe mẽtita biformẽ.
Deſeritur ſtrimon:tepido committere nilo
Biſtonias conſuetus aues:& barbara cone
Sarmatichas ubi ꝑdit aquas:ſparſãq; ꝓfũdo
Multifidi peucen unum caput abluit hiſtri.
Miſiaque & gelido tellus perfuſa caico
Idalis & nimium gelidis exilis ariſbe.
Quiq; colũt pitanẽ.& quę tua mũera pallas
Lugent damnatæ phœbo uictore celene

Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis
Tunc mihi tecta patẽt:iã nõ excludere tãtũ.
Incluſiſſe uolunt:at eni cõtagia belli
Dira fugant.dabitis pœnas pro pace petita:
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo
Quã duce me bellũ:ſic poſtq̃ fatus ad urbẽ
Haud trepidã cõuertit iter:tũc mœnia clauſa.
Conſpicit:& denſa iuuenũ uallata corona
Haud procul a muris tumulus ſurgẽtis ĩ altũ
Telluris:paruũ diffuſo uertice campum
Explicat:hæc patens longo munimine cĩgi.
Viſa duci rupes:tutiſq; aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis:celſã cõſcendit in arcem
Par tumulo mediiſq; ſedent cõuallibꝫ arua
Tunc res immẽſo placuit ſtatura labore
Aggere diuerſos uaſto cõmittere colles.
Sed prius ut totam qua terra cingitur urbem
Clauderet a ſũmis ꝑduxit ad æquora caſtris.
Longũ cæſar opus.fonteſque & pabula cãpi.
Amplexus foſſa denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus crudaque extruxit brachia terra
Iam ſatis hoc graiæ memorãdũ cõtigit urbi.
Aeternũque decus:qđ nõ in pulſa nec ipſo.
Stratã metu:tenuit flagrantis in oĩa belli
Præcipitẽ curſum:raptiſque a cæſare cunctis

Vincitur una mora quãtũ ẽ q̃d fata tenẽtur
Quodq; uirũ toti: properãs imponere mũdo
Hos perdit fortuna dies: tũc omnia late
Procũbunt nemora: & ſpoliant̃ robore ſyluæ:
Vt cũ terra leuis mediam uirgultaq; molem
Suſpendant: ſtructa laterũ compage ligatam
Arctet humũ preſſus ne cedat turribꝫ agger
Lucus erat longo nunq̃ uiolatus ab æuo
Obſcurũ cingens connexis aera ramis.
Et gelidas altæ ſummotis ſolibus umbras
Hunc non ruricolæ panes: nemorũq; potẽtes
Siluani nymphæq; tenent: ſed barbara ritu
Sacra deum ſtructæ diris altaribus aræ:
Omniſq; humanis luſtrata cruoribus arbos
Siqua fidem meruit ſuperos mirata uetuſtas
Illis & uolucres metuunt inſiſtere ramis:
Et luſtris recubare feræ: nec uentus in illas
Incubuit ſyluas: excuſſaq; nubibus atris
Fulgura non ullis frondẽ præbentibus auris.
Arboribꝫ ſuus honor ineſt: tũc pluria nigris
Fõtibꝫ unda cadit: ſimulacraq; mœſta deorũ
Arte carent cæſiſq; extant informia truncis.
Ipſe ſitus: putridæq; facit iam robore pallor
Attonitos: non uulgatis ſacra figuris
Numina ſic metuunt: tantũ terroribus addit
Quos timeãt nõ noſce deos: iã fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas.
Et procumbentes iterũ conſurgere taxos.

Vna.ſ.urbs Maſſilia uincit̃ mora. Quãtũ ẽ.i.quãtũ ẽ glorioſũ.q.d.q̃ magnũ & mirũ. Quod fata tenẽt̃. tardant̃.i.fortunã: quæ Cæſarẽ dominũ terrarũ orbis facere uolebat: potuit morari. Perdit di.ſ.i oppugnada maſſilia. Tũc oĩa late: ad ſtruendos aggeres & ad circũuallãdam urbẽ oẽs ſyluæ cedũtur. Ne.procũbunt.ſ.uerſis arboribꝫ Robore.i.arboribꝫ: hoc faciebat ne rueret agger. Ar.ut cõiungat̃. Le.terra quia cũ primũ terra defodit̃ leuior ẽ: ſed euulſa deinde grauior fit: uel paulo ante effoſſa: ideo uidebat̃ nõ denſa: ſed inſtabilis. Virgulta: q̃ innata erãt terræ ſtructurã nõ ſinebat cõdẽſari: iõ agger uidebat̃ iſtabilis. Ligatã: ſtrictã. Cõpage.i.uallo. Laterꝝ: qa extrinſecus uallũ faciebat: & ut cõduceret utrũq; uallũ medius ſtrigebatur agger. Preſſus ne: q̃obrẽ uult ſtringere terrã: qa turres ſup aggerẽ ædificar̃ uolebat: ut agger nõ rueret: ut circũuallata foſſa & terra cõdẽſata ſtabilior fieret. Lucus erat: nũc deſcribit lucũ q haud ꝑcul ab urbe erat: incerto tamẽ deo cõſecratus: unde cũ lucus dr̃ de religiõe ĩtelligimus. Cin. circũdãs. Obſcurũ aerea cõ.ra.unũ ſequit̃ ex altero qa a nullo cæſus: iõ denſus uidebat̃. Sũmo.ſolibꝫ quia illuc uſq; radii ſolis penetrare nõ poterãt. ideo opacitatẽ reddebat. Hunc: dicit hunc lucũ nõ panes nõ ſyluanos deos ſyluarũ hĩtaſſe: nõ nymphas quæ nemoribus præeſſe dicũt̃. Panes: dii paſtorũ. Ruri.colẽtes rura. Nymphæ: driades: quæ ſyluas habitãt & amadriades: q̃ cũ quercubꝫ ſimul naſcũtur & pereũt. Sacra.bar ritu.deũ: qa nullus deus erat certus: ſed colebat̃ more deoꝝ: Vnde dixit barbara. Luſtrata purgata. Humanis cruoribus qa ibi humanæ uictimæ immolabãtur. Si qua fidẽ meruit: tã&ſi ignarus eẽt deus: cui lucus iſte cõſecratus eẽt: tamen tanta apud hoĩes reuerẽtia: ĩmo ẽt in honore fuit: ut lucũ hũc ipſi ingredi pauerent. Siqua fidẽ me.i.ſi credi poſſet ꝙ religionẽ admirabãtur: ꝑfecto id quoq; dixerunt uolucres horruiſſe ſyluis illis inſiſtere. Inſiſtere: ſcilicet ramis illius luci. Luſtris.luſtrum multa ſignificat: hic uero pro cubilibus ferarum. Nec uentus: ideſt uentus quoque horret illas ſyluas infringere. Fulgura non audent illas arbores infringere. Nubibus atris: tetigit naturam fulminis: nam phyſicum eſt: nam ſiccus humor & nube circundatus in ſplendoris modum conuertitur cum contrarium ſuum fugit: & fugiendo trahit illum: ita ut cum perſequendo agit̃: erũpit nubẽ & ex atris nubibus ſpledorem emittit. Nõ ullis auris: qa auræ ſunt cã ut arbores frondeſcãt & flores emittant: cũ pp opacitatẽ radii ſolis nõ ingrediant̃. Suus ho.ſua reuerẽtia: ineſt arboribꝫ Tũ plurima: ubi ſũt fõtes quorũ ũda nigerrima ſimilis ẽ umbræ arborũ: & tenebris luci ſimillima eſt. Simulacraq; mœſta.ſunt ẽt ſimulacra deorum: ſed non fabrefacta: ſed tantumodo manibus agreſtũ effecta. Arte carẽt: nõ artificioſe ſed rude effecta. Extãt in forma trũcis.quia in ipſis arboribꝫ inciſæ ſunt formæ deorum. Situs: pro antiquitate ponitur: ſed proprie ſitus ẽ lanugo quedã quæ ex humore innaſcit̃ locis ſole carentibꝫ: ſicut in cellis uinariis apparet & ſyluis. Facit: reddit. Attonitus: ſcilicet hos pallor.unũ ex reliquo ſequit̃ qa robora putrida ſunt: iõ pallent. Nõ ſic metuunt nuĩa.i.ſicut arbores illas: non uſque adeo inquit imagines deorum iamdudum templis dedicatæ plus timoris afferunt q̃ aſpera arborum facies. Vulgatis: celebratis iampridem. Tantum terroribus addit: hoc ipſum magis timent: quia neſciunt quem deum timeant. Tantum: ſcilicet non noſce deos. Addit terroribus: ideſt multos timere facit: quia ignorant quis loco præſit deus. Iam fama fe.iam fama uulgata erat inquitq; auditi ſunt mugitus ex cauernis terræ erũpentes: & taxos arbores: nũc quidẽ cadere: nunc iterum reſurgere.Ferebat: dicebat. Cauernas qa concuſſa terra ex cauernis mugitus quaſi erumpere uidebatur.

Taxos ꝓcũbentes:quia cadebãt deĩde reſurgebãt. Et.ſ.fama erat ardere ſyluã:neqꝫ tamen comburi: ꝙ ignis deorũ facit ut ardere aliquid uideat̃:nec tamẽ cõburitur:ſicut Virgilius dicit de tullo in cuius uertice ignis erat:tamẽ de hiſtoria ſumptũ ẽ:ꝙ.ſ.in domo Tarquinii priſci puer Seruius tullus ꝗ ſerua natus erat: qui nutriebat̃ in domo regia:ĩ cuius capitis uertice ſtatĩ flãma ſuꝑuenit:ut crines eius ardere uiderẽtur:tamẽ ĩnoxia illa flãma fuit puero tullo. Nõ ardentis:ut ardere uideret̃ nec cõbureretur. Roboraque: ſama ferebat dracões eẽ qui cõplecterẽtur arbores:deĩde ſubito cõfluere. Nõ illũ:nõ audẽt hoĩes uenerari adeo illos:qa nõ audẽt cominus accedeȓ: ſed ꝓcul abſiſtũt. Deis:quia totũ illũ muneribꝫ reliquũt.

Et non ardentis fulgure incendia ſyluæ
Roboraqꝫ amplexos circũfluxiſſe dracones.
Non illum cultu populi propiore frequẽtant:
Sed ceſſere deis:medio cũ phœbus in axe eſt
Aut cœlũ nox atra tenet pauet ipſe ſacerdos
Acceſſus dominũque timet deprẽdere luci.
Hanc iubet immiſſo ſyluã ꝓcumbere ferro.
Nam uicina operi:belloque intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes
Sed fortes tremuere manus motiqꝫ uerenda
Maieſtate loci.ſi robora ſacra ferirent
In ſua credebant redituras mẽbra ſecures.
Implicitas magno cæſar terrore cohortes
Vt uidit primus raptã uibrare bipennem
Auſus.& æthereã ferro ꝓſcindere quærcũ
Et fatur merſo uiolata in robore ferro:
Iam ne quis ueſtrũ dubitet ſubuertere ſyluã
Credite me feciſſe nefas:tũc paruit omnis
Imperiis:non ſublata ſecura pauore
Turba ſed expenſa ſuperorũ & cæſaris ira
Procũbunt orni nodoſa impellitur ilex
Syluaqꝫ dodones & fluctibus aptior alnus:
Et non plebeos luctus teſtata cupreſſus.
Tunc primũ poſuere comas & frõde carẽtes
Admiſere diem propulſatqꝫ robore denſo

Pauet ipẽ ſacerdos:ĩmo ipſe ſacerdos:cuius curæ lucus ille demãdatus erat:nõ audebat ꝓpius accedere. Cũ phœbus in axẽ:nec medio die nec media nocte audet ire. Medio axe.i.meridie. Laruas .i.imagĩes & ſpẽs ſpũs & eaꝝ umbræ ĩ terras uenientes hõibus plerũqꝫ nocere:ita & media nocte:dicũt umbras erraȓ.i.manes:iõ dicit ſacerdotẽ timeȓ:cui demãdata erat luci cura in ipõ meridie. Aut cælũ axe medio. Ea rõ ẽ qa dicunt Aſtrologi & pcipue Romãi ita tenent a media nocte diẽ incipere:& in mediũ diẽ finiri: rurſus a medio die uſqꝫ ad mediã noctẽ tenere noctẽ. Do.luci.i.ipſũ deũ in cuius tutela lucus erat. Timet:quia dubitat ne ipſi deo occurreret. Hãc iubet:cã cur luci huius religiorẽ tã late deſcripſerit poeta:hæc ẽ ut oſtẽdat in cæſare cõtẽptũ deoꝝ:unde in ptes Pom.Lucanus ſe ĩclinare uidet̃:nũc dicit tã & ſi oẽs gentes hũc lucũ:utpote religiõe ductæ uenerarẽtur:& ipſi milites Cæ. horrerẽt:tamẽ Cæſar ꝗtracta e manibꝫ militũ ſecuri prius arbores illas ĩcidere cœpit:ut exẽplo eius milites moti idẽ facerẽt:qꝺ ẽt fecerũt. Nãqꝫ uicina opi: q̃obrẽ iubet hãc ſyluã ꝓcũbere: qa accomodata erat munitiõi:quã circa urbẽ facere pabat. Inter nuda. alii quidẽ mõtes nudati erãt ſyluis & arboribꝫ: ſed ſola ſylua intacta erat & inuiolata. Bello prio. qa prioribus bellis ĩtacta fuerat. Nudatos:ſpoliatos arboribus. Sed fortes tre.manus militibꝫ quidẽ iuſſit incidere ſyluam Cæſar:ſed tamen militũ manus q̃ fortiũ non ſunt auſæ euertere ſyluam. Tremuere .ſ.incidere arbores. Motiqꝫ uerenda.m.l. metuebãt ne ſi incidere cepiſſent arbores ab arboribus in ſua ipſorũ corpa rẽſilirent ſecures. Implicitas magno:Cæſar dẽ manibus militis rapuit ſecurim unã quãqꝫ ex arboribꝫ illis procerã quercũ incidere cepit:& cum immiſiſſet in arborẽ bipennes inquit timeat:ne quis ueſtrum cõtra religionem facere: hãc mihi culpam attribuite qui prius hoc nefas ſine terrore commiſerim. Cæſar effatur.ſ. hæc uerba o cõmilitones. Implicitas: ĩpeditas cohortes. Terrore:ne auderent ĩcidere arbores. Raptam:ablatã. Vibrare:mittere proſcindere. Aethereã procerã. Miſſo:fixo.ſ.in lignum quærcus illius. Feciſſe nefas.i.culpam mihi ꝗtribuite. Nõ ſublato pauore:quãuis uidiſſent milites Cæſarem bipenne incidere arborem illam:nondum tamen erant ſine metu. Non ſecura:nõ ſine cura. Sed expenſa.i.librata ira deorum & Cæſaris quia hinc Cæſaris:inde deorum metuebant iram:ideo incerti erant quid facerent:tamẽ non ſine metu inciderunt ſyluam. Syluaqꝫ dodones : ideſt quærcus.dodona dodonæ lati.dodone nes grece ſylua chaoniæ.fuit in epyro:quæ abundat quercubus:in cuius ramis columbæ inſidentes reſponſa dabant:ideo per excellentiã dixit:ſyluaque dodones. Aptior alnus.nam ex alno arbore fiunt tabulæ quibus naues ædificant̃. Cupræſſus luctus: quia cupreſſi arboris rami ſolebant apponi poſtibus ædium principum:in quibus aliquod funus erat:unde cupreſſus poſtibus affixa ſignum erat domum illam funeſtam eſſe:ideo affigebatur quia ſemel cæſa non repululat:quemadmodũ ſemel mortuus non reuiuiſcit. Cupſſus.ſ.euellit̃ uel impellit̃. Luctus nõ plebe.i.princĩpũ. Tunc primũ:quia nũquã antea cæſa fuerant. Poſuere.pro depoſuere. Comas.i.folia. Admiſere diem.i.accepere lucẽ:cum antea den

ſitate ārbo℞ lux eo penetrare nequiuerat. Propulſatq; robore denſo.ſ.quia arbores cadebāt aliæ ī alias: iō arbor arborē ſuſtinebat. Gemuere uidētes.nūc ꝓſeqtur:dicēs cū id galli uidiſſēt gemitū dedere: neq; .n. ſine dolore id intueri poterāt:ut quā ſyluam uenerati fuerāt:eam nūc euerti uiderēt oppidani Maſſiliēnſes:qui pro mœnib⁹ ſteterāt ut urbē ab oppugnatiōe hoſtiū defenderēt gauiſi ſunt:neque.n.dubitabāt futurū:quin deo℞ numē læſum ſupplicia de hoſtibus ſumeret:ſed aliter inquit euenit atq; illi putauerūt nā nō oībus numina iraſcūtur:ſed miſeris tātum. Videntes.ſ.lucū illū & arbores illius ſyluæ religione patrū iamdudū ſeruatæ:euerti. Gemuere:gemitū dederunt. Exultat.lætitiā agit & ſubdit cauſam cur lætabantur Maſſilienſes qa putabant a diis ſupplicia hoſtes exacturos. Seruat multos: ſed fefellerunt opinionē eo℞ Ro.quia nō ſemꝑ nocētes puniunť:ſed plerūq; ſeruať. Tāť:tātūmodo. Miſeris:iā non miſer erat cæſar: ſed fœlix iō nullā deo℞ irā ſentire potuit. Vtq; ſatis:poſtq̄ ſatis arborum uiſū ē inciſū:tamē ex oī agro plauſtra aduecta ſunt: quib⁹ arbores ueherenť:& agricolæ doluerūt:q; raptis iuuēcis ab aratro agros colere non poterāt. Ordo ē illi Cæſariani milites ferūt plauſtra quæſita ꝑ agros. Ferunt ipſas arbores. Vt:pro poſtq̄ uiſū eſt arbores eſſe cæſas:quæ ſufficerēt ad opus cōficiendum. Per agros ex oī agro. Fleuere annū agri qa ſolū ceſſabat.i.ſteriles erant agri: qa arari ſolū neq́uerat raptis iuuēcis. Soli.i.agri.ceſſanti ab aratro. Dux tamē.cæſar q̄uis occupatus eēt in obſidēda urbe maſſilienſiū:tamē poſtponeř uoluit bellū hiſpanū:qa obſidionē illā diuturni tꝑis futurā uidebat: iō demādauit militib⁹ ſuis oppugnationē urbis: & ipſe ī hiſpaniā ꝓfectus ē. Tamē q̄uis adeo pſeuerāter Cæ.īſiſteret in ꝓpoſito oppugnādæ urbis. Martis hiberi.i.morā tracturi:qā uidebat obſidionē illā diuturni tꝑis futuram. Ad mœ.q̄ tā obſtinate defenderēt ab hoſtib⁹. Extremaq; mū.i.ad extremitates mūdi:& declarat q; dixit arces hiſpanas ē.n.epexegeſis. Extre.qa in occaſu poſita ē hiſpania. Iuſſit bella geri.ſ.de oppugnatiōe oppidi maſſiliæ ducib⁹ ſuis.ſ.ut terreſtre bellū gereret Trebo.Maritimum uero Decius Bru. Iuſſit.ſ.ducib⁹ ſuis.ſ.Trebonio & Decio ipſe uero Cæ.ꝓfectus ē in hiſpaniā. Stel.hi duces Trebo.& Decius.ſtatī executi ſūt iuſſa ducis: primū qdē īquit erigiť agger ī cœlū qūo ſignificat altitudinē aggeris ꝑ hypbolē:q ad cœlū uſq; erectus fuiſſet. Erigiť.i.in altū tolliť. Stel.axib⁹:uſq; in cœlū:nā axis polus arcticus appellať. Accipit:agger quidē altiſſimus:& ſuꝑ aggerē duæ turres ſurgebāt:& erectæ ſunt. Aequātes mœ.i.quæ tantæ altitudinis erāt q̄tæ mœnia urbis:iō id fecerūt duces cæſariani:ut ex his turrib⁹ tela in oppidanos īmittere poſſēt. Hæ.ſ. turres. Fixerūt terrā.n.r.i.humi nō ſūt fundatæ:ſed ſubiectis rotis quocūq; uellēt impelli facile poterāt. Repſere:ꝓ runt:quia nō ſunt fūdatæ terræ. Sed piter lōgū.i.ī lōgitudinē ī lōgū ſpaciū & tractū uectæ ſūt ignorātib⁹ oppidanis cām. Cā latenti.i.occulta oppidanis. Repſere.ſ.tres oppidani:cū uiderēt turres moueri crediderūt terremotū eſſe. Iuuentus.ſ.Maſſilienſis:quæ corona circundederat mœnia:& parata erāt ad propugnationē patriæ credidit erūpere uentū. Onus.ſ.molis illius.ſ.turriū. Nutaret:cōcutereť.

Telluris inanes.c.s.cām oſtēdit terræmotus:nā phiſicū ē:phiſici qui latētes rerū cauſas inueſtigāt:dixerūt hāc cām eſſe terræmotus:ut quū uentus per cauernas īgreſſus fuerit uiſcera terræ:& cum exire uoluerit nō repto itinere:per qđ ingreſſus fuerat terrā īpulſu ſuo erūpit:& ita terremotū efficit. Erumpere.ſ.e terra. Inanes ſinus.i.gremiū uacuū terræ. Mirata muros ſtare:mirabātur ergo q; moueręť turres:& ſua mœnia firma ſtarēt. Illinc tela:dicit ad quē effectū ædificata fuerīt tela.ſ.miſſa a Ro.ī arcē Maſſilienſiū: ſed maiore īpetu a maſſilienſib⁹ tela in Ro.torquebanť:qa nō mœnib⁹ tantū:ſed etiam machinamentis ſaxa torquebant. Ferro: ideſt ferratis telis. Vis:impetus. Tenſo turbine:ideſt impetu ſumptum a uento impetuoſo:nam quibudā machinis tanto impetu tela mittuntur:ut cū corpora militū ptrāſiſſent ſpaciū aliqđ ꝓcederēt. Rapta.i.raptī acta. Baliſtæ tēdunť rotis:& ualide iuuenes rotas illas torquēt donec erectæ fuerint:ſuper imponuntur terræ rotæ:quæ ualidis manibus reuolutæ: deinde remittuntur.

Suſtinuit ſe ſylua cadens:gemuere uidentes
Gallo℞ populi:muris:ſed clauſa iuuentus
Exultat quis enim læſos impune putaret
Eſſe deos.ſeruat multos fortuna nocentes
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.
Vtq; ſatis cæſi nemoris:quæſita per agros
Plauſtra ferunt:curuoque ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis
Dux tamē impatiens heſuri ad mœnia martis
Verſus ad hiſpanas acies extremaq; mundi
Iuſſit bella geri.ſtellatis axibus agger
Erigitur:geminaſq; æquantes mœnia turres
Accipit hæ nullo fixerunt robore terram.
Sed pariter longum cauſa repſere latenti
Cum tantum nutaret onus telluris inanes
Concuſſiſſe ſinus.quærentē erumpere uētum
Creditur.& muros mirata eſt ſtare iuuentus
Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces.
Sed maior graio romana in corpora ferro
Vis inerat.nec enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea.ſed tenſo baliſtæ turbine rapta

Haud cõtẽta latus.ſ.lancea:quia cũ unius militis latus tranſiuit nõ cadit:ſed duoꝝ uel triũ militũ latera tranſit:tamen etiam ſpacium aliquod quo ulterius progreditur. Relicta morte:ideſt relictis duobus uel tribus militibus mortuis. Per arma:ideſt per armata corpora. Supereſt curſus:ideſt poſtq̃ uulnerauit hoſtes:progreditur adhuc telum. At ſaxum:torta quidem lancea magnam faciebat ſtragẽ in exercitu cæſaris:ſed ſaxa quæ mittebantur nõ minorem cladem faciebãt. Excutitur:emittitur. Ictu:uerberis.ſ.baliſtæ. Adiuta uetuſtas:quod ſaxum prænimia uetuſtate abſciſſũ uentus impulerat de uertice montis:nam uetuſtas nimia corroſit ſaxum illud.

Haud unũ contenta latus tranſire quieſcit
Sed pandens perq̨ arma uiã:perq̨ oſſa relicta
Morte fugit.ſup eſt telo poſt uulnera curſus.
At ſaxũ quotiens ingenti uerberis ictu
Excutit̃. qualis rupes quam a uertice montis
Abſcidit impulſu uentorũ adiuta uetuſtas
Frangit cũcta ruens:nec tantũ corpora preſſa
Exanimat.totos cũ ſanguine diſſipat artus
Vt tamẽ hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit uirtus:armiſque innexa priores
Arma ferũt:galeãque extẽſus ꝑtegit umbo
Quæ prius ex longo nocuerũt miſſa receſſu
Iam poſt terga cadũt:nec grais flectere iactũ
Haud facilis labor eſt:lõgiqua ad tela parati
Tormenti mutare modũ.ſed pondere ſolo
Contenti nudis euoluunt ſaxa lacertis.
Dũ fuit armorũ ſeries ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant ſic omnia tela
Reſpuit.at poſtq̃ uirtus incenſa uirorũ
Perpetuam cratem defeſſo milite rupit:
Singula continuis ceſſerũt ictibꝰ arma.
Tũc adoperta leui procedit uinea terra
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes

Cuncta:ſcilicet obſtantia & occurrentia. Nec tãtũ:nec ſatis eſt ſaxũ corpora oppreſſiſſe: niſi ẽt oſſa ſimul cum ſanguine diſſipet & diſcutiat. Nec tãtũ exanimat.i.corpora oppreſſa interficit. Vt tamẽ hoſtiles: nũc dicit quod remediũ adhibuerũt Romani aduerſus turbinẽ tormentoꝝ quæ mittebant̃ ab hoſtibus:dicit illos feciſſe teſtudinẽ:eſt ãt teſtudo ſcuta cũ ſcutis innexa: quæ capitibus ſuper imponũtur:ad ſimilitudinẽ animalis: qua animal teſtudo tectũ ẽ:his tegebantur milites ut mœnibus innocui ſuccederent:deinde cum ſucceſſiſſent tela nocere non poterãt:niſi eminus miſſa fuerint ſuccedentibus igitur Romanis ad mœnia Maſſilienſes tela longius mittebant:& milites cæſarianos ꝑtingere non poterant. Tamen:q̃uis tãta ſtrages fieret in exercitu Cæſariano. Virtus tecta.ſ. teſtudie. Teſtudine ſcutorum. Armiſq̨ innexa. teſtudinis diffinitio:quid eſt teſtudo nihil aliud q̃ ſcuta ſcutis innexa. Arma dicunt̃ ꝙ armos tegant. Vbi: pro poſtq̃. Vmbo extenſus:declarat quid dixit arma innexa armis:ne alia arma intelligamus q̃ ſcutum. Vmbo:ẽ ſcuti umbilicus.i.tumor. Quæ prius ex longo:quia niſi ſpacium interpoſitum fuerit inter tela quæ torquebantur:ad quod tela perueniunt: nihil nocere poterunt: ergo iam poſt terga cadunt

Nec grais quia occurrebat illud:quod non flectebant tela maſſilienſes in ipſos Romanos qui ſucceſſerant mœnibus:dicit non poterant: quia tormenta tã grauia ſunt:ubi ſemel poſita ſunt ut non facile poſſint torqueri:nec iaci:ordo eſt haud facilis labor eſt mutare modum tormenti parati ad bella lõginqua:nec is facilis labor eſt grais.i. Maſſilienſibꝰ flectere iactum. Haud facilis labor:quia fundantur mœnibus tormenta. Miſſa.ſ.in Romanos. Parati tor.paratum quidem erat tormentum lõgius tela mittere:non autem uulnerare paratum erat.Sed pon.poſtq̃ maſſilienſes tormentis non ualuerunt cõuoluere tela mœnibus ſaxa euoluere ceperunt in Romanos. Contenti: ſcilicet Maſſilienſes. Solo pondere:quia adeo ponderoſa illa ſaxa erant:ut ſine impulſu tormentorum ingentem ſtragem facere poſſent

Dum fuit armorum ſeries: &c. Nunc dicit dum ſcutorum connexio ſtetit:tela omnia innocua diſceſſerunt:non aliter q̃ grando tecta percutere ſolet. Armorum ſeries: ideſt teſtudo illa & cõnexio ſcutorũ Vt ſicut. Innocua grandine: ideſt non nocenti: quia grando tecta percutit ſed percuſſis tectis nihil nocet. At poſtq̃:ſed ubi ciues Maſſilienſes qui mœnia defendebant grauitate ſaxorum & generis omnium telis teſtudinem ſoluerunt:tunc uulnerare ceperunt:quia antea tecti fuerunt. Defeſſo milite: quia ſub armis illis & ſcutis tecti ſtantes milite defeſſi ſunt:ut diutius ſuſtinere non poſſent : cum tela grauius mitterentur: Perpetuam : ideſt continuam. Cratem: appellauit teſtudinem. Singula: ſeparata. & diſſoluta abiiciebantur:cum antea coniuncta tela contendebant. Ictibus:oppidanorum tunc adoperta:diſcuſſa crate. Succeſſit uinea: eſt autem uinea dicta a ſimilitudine uineæ : quæ ab agricolis ab una parte tenditur:& ſub hac uinea tecti milites ad mœnia proceſſerunt:& poſito ariete mœnia concutere tentant. Terra leui: non ualde craſſa. Procedit ad mœnia. Pluteis: pluteus proprie dicitur crates uelo corio tecta:plutei etiam dicuntur tabulæ:quibus aliquid ſeruatur:ſed proprie ſunt crates uelo corio tectæ ſub quibꝰ latẽtes milites opus faciebãt. Cuius uineæ quæ tecta erat cratibꝰ. Frõte:prima parte.

Molıri nūc ima paranı:& uertere ferro
Mœnia nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus denſi compagem ſoluere muri
Tentat:& impoſitis unū ſubducere ſaxis.
Sed ſup & flammis & magnæ fragmīe molis
Et ſudibus crebris & aduſti roboris ictu
Percuſſæ cedunt crates fruſtraq; labore
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles
Summa fuit grais ſtarent ut mœnia uoti.
Vltro acies inferre parant armiſque coruſcis
Nocturni texere faces:audaxque iuuentus
Erumpit:non haſta uiris non letifer arcus
Telum flāma fuit.rapiēſque incendia uentus
Per romana tulit celeri munimina curſu.
Nec quāuis uiridi luctetur robore lentas
Ignis agit uires:tæda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpacioſa uolumina fumi.
Nec ſolum ſyluas:ſed ſaxa ingentia ſoluit.
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes
Procubuit maiorque iacēs apparuit agger
Spes uictis telluris abit:placuitque profundo
Fortunā tentare mari non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas:
Sed rudis & qualis procūbit mōtibus arbor
Conſeritur ſtabilis naualibus area bellis.
Et iā turrigerā bruti comitata carinam
Venerat in fluctus rhodani de gurgite claſſis
Stechados arua tenēs necnō & graia iuuētus
Omne ſuū fatis uoluit comittere robur.

Moliri:pro demoliri.i.deſtruere fundamēta muri. Nūc aries:deſcribit āries quomodo machinis ſu/
ſpendebatur:aries tigillum grauiſſimi ponderis eſt:in cuius extremitate erat caput arietis:& dictus ē ari/
es a ſimilitudine animalis impetum facientis:qui huius eſt naturæ:ꝙ ſi quis minatur ei & manum obie/
cerit:ut illum incurrat ita &c. Fortior ictu.ſ.armis dolore. Suſpenſo:quia ſuſpēditur machinis & fu/
nibus. Incuſſus:a militibus. Soluere:pro diſſoluere. Compagem:iuncturam. Vnū ſubducere.ideſt
ſaxo quod erat in fundo remoto poſtea ſtrauere cætera. Sed ſuper:ſed ipſis oppidanis: qui tela grauiſſi/
ma mittebant omne tegmē ceſſit:& diſſoluta ē ui/
nea:ſicut & teſtudo:unde milites nudati tegmine
in caſtra redire coacti ſunt. Super.i.deſup. Flā/
mis:quia flammas coniiciebant in uineā. Molis:
ſaxi. Sudibus:Virgilius.Sudibus ue præuſtis.
Cædunt clypeo exhauſto: expenſo labore fruſtra.
Repetit:ideſt ſe recepit in caſtra. Summa uoti fu
it:qa antea optabant & tātūmodo pro uoto habe/
bant ut mœnibus ſe totos continerent: nūc audēt
in hoſtem prorumpere. Nocturni.ſ. ipſi tēpore
noctis. Armis coruſcis.i.ſplendentibus ſcutis:qđ
eſt noctis homini attribuitur. Faces texere: nam
faces ſub armis geſtabant quibus facibus oīa opera
Romanorum incenderunt: Erumpit.ſ.e mœni
bus. Nō haſta non tela conſueta Maſſilienſes ge
ſtabant ſed flammas. Nō arcus: ſed telum flam/
ma fuit. Incendia:tædas: quia igne in munitiōes
Cæſaris iacto uētus ſpirare ceperat:cuius flāma in/
cenſa ſunt fere omnia. Munimina.i. per romanā
munitionem. Nec q̄uis:& tanta uis tædarum fu
it:ut q̄uis uiridis materia eſſet:tamē igne ſtati corre
pta fuit:ignis nō tardas uires agit: qui nō tarde cō/
burit. Luctetur contendit. Robore: ligno uiri
di ponte ante cæſo. Tæda: quā ſub armis geſtaue/
rant Maſſilienſes. Munimina:ideſt munitiōes cæ
ſaris. Nigri fumi:quia uiridis materia: iō fumus
exhalabat. Flexerunt:labefactæ ſunt. Putri.i. ſo
lubili. Procubuit:agger uſtus cecidit: & maior ap
paruit q̄ ante cum erectus erat. Spes uictis:poſtq̄
uicti ſunt milites cæſariani oppugnatiōe terreſtri:
ſpem omnē depoſuerunt poſſe mœnia oppugnare
Spes telluris.i.ſpes pugnæ terreſtris: Placuitque:
quādo terreſtris pugna nō proceſſerat ſtatuerūt tē/
tare pugnā naualē. Nō robore pacto:dicit nō fu/
iſſe naues fabrefactas:ideſt artificioſe fabricatas: ꝑ
tempore celeriter ſtruxerunt naues:ut robora ſicut
cæſa erant nauibꝯ intexerūt. Vt tutela fulgens:qa
non erat pictus in puppe nauis deus in cuius tute/
la eſſet:ut piſtrix:neptunus:cētaurus: quoꝝ tutela
illa nauis eſſet:nam ut teſtatur Virgilius naues de/
nominabāt a tutela dei:qui ī illis pictus erat:ut par
uo diſcrimine pictus centaurus. Picto:ſicut fieri ſolet. Et quare declarat rudis quia dicitur rudis arbor
antequam elaboretur. Ergo rudis non elaborata. Conſeritur:paginatur ad naues appo.area quia non
uidebatur nauis pondere ſuo moueri:ſed fixa planiciem oſtendebat:in qua milites tanquam in area ſtan
tes oppugnarent. Et iam turrigeram: Iam inquit prætoria nauis bruti præceſſerat. nam Brutus claſſis
præfectus erat:Trebonius dux erat pedeſtris exercitus. Turrigeram:ideſt excelſā:ſignificauit illius præ
toriam nauem. Fluctus.r.quia rhodanus fluuius eſt galliæ qui iuxta maſſyliam urbem decurrit:& mari
thyrreno miſcetur. Stœchades: ſtœchades inſulæ tres ſunt digna quidem una ſatis amplitudine:
ſed duæ præexiguæ:eas exercent Maſſilienſes ope ruſtico.inſulæ ſūt ſic dictæ ꝙ in ordinem ſunt poſitæ
nam ſtichim græce per ordinem incedere ſignificat. Necnon:ſicuti ſumma ui claſſem reparauerant
Romani: itidem Maſſilienſes effecerant qui non ſolum iuuenes: ſed ſenes & impuberes armarunt.

Grādæuos:magnæ ætatis. Ephœbis:impuberibus.nō ſolū claſſis quæ ī undis erat uiros accepit:ſed ēt
quæſitæ ſunt naues uetuſtæ & prioribꝰ bellis cōquaſſatæ & illas admiſerūt. Emeritas alnos: naues ni/
mia uetuſtate dimiſſas.Trāſlatio a militibꝰ ſenioribus qui emeriti dicuntur:qui debita ſtipendia pegerūt
Naualibꝰ.i.de. Vt matutinos.hic poeta deſcribit:q̄uo naues utriq; inſtructæ fuerīt:& altera in alterā ue
hi cæpit:ex quo tūc clamor undiq; ſublatus eſt cū magno impetu cōcurrere cæperunt. Vt.i.poſtq̄. Phœ/
bus ſpargens radios.poſtq̄ inq̄t oriēte ſole luxit.Matutinos:ideſt qui mane diē emittūt. Fregit radios q̄a

Grādæuoſque ſenes mixtis armauit ephœbiſ
Accepit non ſola uiros quæ ſtabat in undis
Claſſis:& emeritas repetunt naualibus alnos
Vt matutinos ſpargēs ſup æquora phœbus
Fregit aquis radios:& liber nubibus æther
Et poſito borea paceque tenētibus auſtris
Serua tum bello iacuit mare:mouit ab omni
Q uiſq; ſuā ſtatione ratē:paribuſq; lacertis
Cæſaris hinc puppes hic graio remige claſſis
Tollitur:impulſæ tonſis tremuere carinæ.
Crebraq; ſublimes cōuellūt uerbera puppes
Cornua romanæ claſſis ualidæq; triremes
Q uaſq; quater ſurgēs extructi remigis ordo
Cōmouet:et plures q̄ mergūt æquora pinus
Multiplices cinxere rates:hoc robur aperto
Oppoſitū pelago:lunata claſſe recedunt
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ
Celſior at cunctis bruti pretoria puppis
Verberibus ſenis agitur:molēq; profundo
Inuehit:et ſummis longe petit æquora remis.
Vt tantū medii fuerat maris utraq; claſſis
Q uod ſemel excuſſis poſſet trāſcurrere tōſis
Innumeræ uaſto miſcent̄ ī æthere uoces
Remoꝝq; ſonus premitur clamore:nec ullæ
Audiri potuere tubæ:tunc cærula uerrunt
Atq; inſtrata cadunt: & remis pectore pulſāt.

radii percutientes undā frangunt̄. Liber aether.i.
ſerenus erat. Poſito:pro depoſito borea:ſpēs pro
genere. Auſtris tenentibus pacem:d̄clarat q̄a neq;
a ſeptētrione:neq; a meridie uenti flabant. Serua/
tum bello.ut uideri poſſet ad id pacatū mare:ut in/
ter ſe concluderent claſſes. Ab oī ſtatione:ſcilicet
Romani a ſua Maſſilieſes a ſua:portus ubi ſemper
naues tutæ ꝑmanēt.Statio uero locus eſt ubi na/
ues ad tempus tempeſtate ſe recipiunt. Hinc:ui/
delicet a parte romana. Puppes Cæſaris.ſ. tollun
tur:ideſt mouentut. Hinc:a parte Maſſilienſium.
Paribus lacertis:quia eodem tēpore mouent̄ re/
miges cū naues impellunt: Paribus:ideſt pariter
motis. Graio:græco:nam a ciuitate phocide græ/
ci phocenſes uenerunt: & in galliam tranſalpinam
Maſſiliam condiderūt. Tonſis remis:tōſi remi di
cuntur a tondēdo mari eo ꝙ mare tōdeant. Tre/
muere:deſcribit motū nauis:quæ q̄ſi tremere uide
tur:cū impellitur a remis. Crebra uerbera:ſcilicet
remorum. Conuellunt:e portu cōmouent. Cor/
nua:nunc dicit q̄uo claſſē ſuam Romani inſtruxe/
runt.dicit.n.ualidiſſimis arboribus militū Roma/
norum firmata eſſe cornua aciei:ſiue terreſtris: ſi/
ue maritia pugna eēt: ſtruebāt enī acies in modum
cornu ad ſimilitudinē lunæ nōdū plenæ. Rates ci
xere:ab utroq;. Cornua ro.claſſis.ſ.in medio poſi/
ta. Triremes:q̄ tres ordines remoꝝ hēnt. Quaſq;
q̄ter.i.q̄ triremes. Extructi remigis:ī ordine poſiti.
Et plures pinus: ēt q̄nqueremes. Cīxere: circun
dedere:q̄obrē quia robur ē oppoſitū. Aperto:patē
ti. Oppoſitū.ſ.utrūq; cornibꝰ ut exciperet impetū
hoſtilē:ſi q̄s alicūde īpetus fieret. Liburnæ:ſed in
medio ī modū cornu liburnæ ualidæ naues poſitæ
erant:iō dicit. Lunata claſſe:q̄a ī modū lunæ ſemi/
plenæ erāt. Recedūt.i.medio aciei ſinū faciūt:ſi.n.
claſſis recta ſtetiſſet:cornua nō fuiſſent aciei:ſed cū
dicat in utroq; cornu multas naues circūdatas fuiſ/
ſe a triremibꝰ:dicit in medio fuiſſe liburnas:Liburnæ āt ſunt naues a liburnis populis: q̄ adiācēt adriatico
mari.Vnū ergo ſequit̄ ex reliquo:quia retro cedūt:iō claſſē faciunt ī lunæ modū. Geminato ordīe:q̄a bi/
remes erāt. Prætoria puppis:ſexiremis erat:unde gubernaculū ī terra uel in puppe prætoriū dicebatur:
unde magiſtratus ille poterat imponere noīa tabernaculo:unde impatores qui reliquos dignitate antece
debāt ꝑtores appellabant̄ q̄ſi ꝑitores ꝙ præirent. Puppis.in q̄ claſſis Bruti erat. Agit̄:īpellit̄. Verberi/
bus ſenis.i.cū ſex ordinibꝰ remoꝝ. Molē:magnitudinē nauis. Sūmis remis.i.altis:q̄a ultimi remi & al
tiores ſūt & lōgiores. Vt tātū:nūc dicit q̄uo cōcurrerint:nā utrinq; claſſis appropiquauit ſūmo impetu re
moto:ut altera alterā collidere poſſet:Nūc clamor inq̄t emiſſus ē ingens utrinq;:ut ēt ſuo clamore ſtrepi/
tū remorū ac maris occuparēt. Tātū medii maris.i.tātū ſpaciū fuit ī medio utriuſq; claſſis. Quod:ſpaciū
Semel uno īpetu remoꝝ. Premitur:occultat̄. Nec ullæ tubæ:non modo ſtrepitus remorū: ſed nec
tubarū audiri poterat. Tunc cærula:tunc uero exorto clamore quāto maximo potuerunt: utrinq; na/
ues īpulerint:ut roſtra roſtris colliderent̄. Verrūt: trahunt. Cærula.ſ.maria:nā ceruleus color maris ē
a græco dictum cæratos latine cornu ſignificat: quia cornu colorē habet mare. Atque in trāſtra cadūt.
ſignificat tanto impetu cōcurriſſe:ut cum remos traherent:ſimul pectora pulſarēt & ī tranſtra caderent.

Vt primũ ro.poſtq̃ roſtra roſtris ĩpulſa ſunt ĩpetu ſuo regreſſa ſunt. Rediere: quia recupatæ naues re
trocesſerũt. Aera tex.tãtus teloꝝ numerus fuit:ut q̃ſi nubes ſolẽ tegerẽt. Põtũ uacuũ.ſ.nauibꝫ:ſed telis
tectus erat. Iã deductis pro.ſ.utrinq;.i.in diuerſas ptes ductis id faciebãt:ne aut ipſi circũuenirẽť ab ho/
ſtibꝫ:aut ipſi hoſtes circũuenirẽt. Diuerſæq; ra.qa maſſilienſes a ro.& ecõuerſo recepti ſũt. Laxa.cla.ſ.
cornu. Vt quotiẽs:p ſimilitudinẽ oſtẽdit qũo ĩter ſe naues cõmixtæ fuerãt:quẽadmodũ ĩquit ſæpe eue
nit:q; diuerſis flãtibus uẽtis fluctus maris ĩpelliť:aut repelliť a uẽtis ĩter ſe certãtibꝫ eodẽ mõ ĩpellebantur
& r̃pellebãť aliæ naues ab aliis. Ordo ẽ:ſic æquor re/
pelliť. Aeſtus:fluctus maris. Zephyrus:ab occidẽ
te. Eurus ab oriẽte ſpirat:iõ cõtrarii ſũt. Abeunt
fluctus:unde recedũt ĩpulſæ ab alio uẽto. Tractus:
ſpacia. Sulca. gur.rate qa ĩ ſulci modũ nauis mare
diuidit cũ ipelliť. Tulit.ſ.in claſſẽ redit maſſiliẽſiũ.
Hoc æquor r̃ppulit:qa æquor ĩpulſũ a maſſilien/
ſibꝫ reppulit ad Ro. Sed graiis:ſed diuerſæ erãt na
ues hoſtiũ:qa maſſilienſes hẽbãt naues leues & agi
les:& quocũq; uellẽt ĩpellerent eas. At uero ro. na
ues hẽbãt:q̃ rudes ædificatæ fuerant:quia paulo an
te in ſyluis cæſæ arbores fuerant. Pinus habiles.i.
naues pineæ:poſuit materiã pro forma. Laceſſere
.i.apte ad laceſſẽdã pugnã hoſtiũ. Tẽtare fu. qa cũ
paſſent Ro.claſſẽ: & q̃cũq; excurrere cæpiſſet: ubi
ſe nõ poſſe reſiſtere maſſiliẽſes intelligerẽt ſtatĩ r̃fu
gebãt. Curſũ:nauis ſi põderoſa fuerit:nõ facile fle
cti põt ĩ gyrũ:ſed nauis agilis:ſi ĩ medio curſu fue/
rit facile cõuertiť. Gyro.i.circũuolutiõe. Nec tar/
de:imo cito:qa ſimulac cum p̃ſſiſſet gub̃nator cla/
uũ:uel deſtrorſũ:uel ſiniſtrorſũ ſtatĩ ſentiebãt. Fle
cti.ipas. Certior:firmior. Præber̃:ad p̃bẽdã. Cari
nã ſta.qa naues ro.graues erant:iõ ſtabiles. Bellãti
bus uſũ:qa de maiore re nõ aliter pugnabãt q̃ ſi in
terra fixa & ĩ cõtinenti fuiſſẽt. Tũc in ſigni.Maſſili
enſiũ igiť naues agiles ad pugnã eẽ dixit:& ideo na
ues ro.facile inuadebãt:Brutus igiť in prætoria na
ui reſidentẽ magiſtrũ alloquẽs:& pateris ĩquit ho/
ſtes artibꝫ ſuis:ut nos includãt & mare in ptãte ſua
teneãt? quid nõ opponis nauẽ noſtrã hoſtiũ naui/
bus?ut illas excipiãt & exceptas profũdo mari im/
mergãt. Signifera:p̃toria. Profũdo.i. pro mari.
Artibꝫ:quia nos artibꝫ pelagi includũt. Quacũq;
uelint.i.quæ diſcurrãt. Cõſere manũ.i.pugnã mi/
ſce. Medias cari.ſ.naues:nã naues q̃uis mediæ ſint
tamẽ ualidæ excipiẽt hoſtiũ nauiũ roſtra. Oppone
carinas: ideſt tranſuerſas naues oppone illis maſſi/
lienſiũ. Tũc quoq;: tũc ubi naues oppoſitæ ſunt e
tranſuerſo naues maſſilienſium adẽpta ludẽdi oc/
caſione ſũdatæ ſũt:qa unda.Ro.nauiũ ſuſtinere ro
bora pcutiebat:qa nõ poterãt ui Ro.nauiũ ſuſtine
re in ſeipas redeũtes mergebãt. Percuſſa:dũ pcu/
tiũr pcutiunť. Cohæſit:qa fugere nõ poterat. At
alias:deĩde nauibꝫ ſuis manus ferreas in naues ho/
ſtiũ pjiciebãt:quæ cathenis alligatæ & manicis maſ
ſiliẽſiũ naues retinebant:ut q̃ſi in terra continẽti ſi/
ſterent. Manicæ:uĩcula manuũ: Cathenæ: qbus
manicæ ligatæ erant. Seq; te.re.cum remis ne poſſent ſe in aliquã partẽ trahi. Stetit æquore bellum:
firmatũ eſt tanq̃ ſi nõ in mari:ſed terra pugnareť. Iã nõ iõ quia cõſtiterãt naues nõ hoſtes tela emittebãt
a longe:ſed cominus gladiis pugnabãt. Excuſſis:uibratis. Stat:ſtabilis manet. Pronus:obliquus in inſe
rẽdo ictus aduerſos. Obducti:circũdati:qa maris uortices & fluctus uidebãť ſãguĩe obducti.Et q̃s: dicit
tot iã cadauera cediſſe puppibꝫ q; nõ ſinebãt naues cõiũgi:q̃uis cathenis retinerenť. Cõſerta cad. ĩter duas

Vt primũ roſtris crepuerunt obuia roſtra
In puppim rediere rates:emiſſaque tela
Aera texerũt:uacuũque cadẽtia pontum
Et iam diductis extẽdunt cornua proris
Diuerſæque rates laxata claſſe receptæ.
Vt quotiens æſtus zephyris euriſq; repugnat
Huc abeũt fluctus illuc mare:ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerũt gurgite tractus
Quod tulit illa ratis remis hoc rettulit equor
Sed graiis habiles pugnãq; capeſſere pinus
Et tentare fugam:nec longo frangere gyro
Curſum nec tarde flectenti cedere clauo.
At romana ratis ſtabilẽ prebere carinam
Certior:& ſimilẽ terræ bellantibns uſum
Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait:pateris ne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi?iã conſere bellum.
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit obliquas:& prebuit hoſtibus alnos.
Tũc quæcunq; ratis tentauit robora bruti:
Ictu uicta ſuo:percuſſa & capta cohæſit.
Aſt alias manicæq; ligant tereteſq; cathenæ:
Seq; tenet remis.tecto ſtetit æquore bellum
Iam uero oxcuſſis torquetur tela lacertis.
Nec longinqua cadũt iaculato uulnera ferro.
Miſcenturq; manus:nauali plurima bello
Enſis agit ſtatq; quiſq; ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus:multique pempti
In ratibꝫ cecidere ſuis:cruor altus iu undis
Spumat & obducti cõcreto ſanguĩe fluctus
Et quas immiſi traxerunt uincula ferri.
Has prohibẽt iungi cõſerta cadauera puppes
Semianimes alii uaſtum ſubiere profundum

naues iuncta. Hauſerũt pŏtũ.i.biberũt maris undã ſuo ſanguine pmixtã. Hi luctãtẽ:alii dũ natarent: & reſiſtẽtẽ aĩam remitterẽt:ſubito ruina nauiũ in eos euerſa obruebantur. Trahẽtes.trahere ẽ cũ labor̃ reſpirare. Luctãtẽ:quia aĩa cũ morte certabat:ne exiret. Irrita tela:& tela q̃ pro ictu uana erant:cadentia ipſo ictu uulnerabãt:quia tot erãt cadauera in mari natãtia:ut uana cadere nõ poſſet. Exceptũ a corpe natantis. Inuenit uul. nã uulnus quod inuenerãt in nauibꝰ inuenit in mari. Phocaicis Ro. poſt generalẽ pugnã:ad ſpecialẽ Luca.deſcẽdit dicẽs quõ ſinguli pugnabãt:& loquit̃ de rate una Ro.quã circũdederant Maſſilienſes.

Hauſeruntque ſuo permixtũ ſanguine pŏtũ:
Hi luctantẽ animã lenta cũ morte trahentes
Fractarum ſubita ratium periere ruina.
Irrita tela ſuas peragũt in gurgite cædes
Et quodcũq; cadit fruſtrato pondere ferrum
Exceptũ mediis inuenit uulnus in undis
Phocaicis romana ratis uallata carinis
Robore diducto dextrũ leuumque tuetur
Aequo marte latus:cuius dũ pugnat ab alta
Puppe tagus:graiũq; audax apluſtre retẽtat
Terga ſimul pariter miſſit & pectora teli
Tranſigitur medio cõcurrit pectore ferrum:
Et ſtetit incertus flueret quo uulnere ſanguis
Dõec utraſq; ſimul largꝰ cruor expulit haſtas
Diuiſitque aĩam:ſparſitq; ĩ uulnere letum.
Dirigit huc puppẽ miſeri quoq; dextra telõis.
Qua nullã melius pelago turbãte carinæ
Audiuere manũ::nec lux ẽ notior ulli
Craſtina ſeu phœbũ uideat ſeu cornua lunæ:
Semper uenturis cõponere carbaſa uentis
Hic latiæ roſtro cõpagem ruperat alni
Pila ſed in mediũ uenere tremẽtia pectus
Auertitque ratẽ morientis dextra magiſtri.
Dũ cupit in ſociã gyareus erũpere puppem
Excipit immiſũ ſuſpenſa per ilia ferrum:
Affixusque rati telo retinẽte pependit.
Stant gemini fratres fœcũdæ gloria matris
Quos eadem uariis genuerũt uiſcera fatis

Robore deducto:dicit Ro.nauẽ circũdatã fuiſſe a maſſilienſiũ nauibꝰ illius milites bifariã diuiſi defendebãt utrũq; latus: ſed dexterũ & ſiniſtrũ in medio erãt. Tagus: q pugnabat a tergo tela mittebant̃:& eodẽ tpe pectus & tergũ pcuſſũ. & ita duo⁊ telorũ ictibꝰ uulueratus ẽ utrinq;:perfoſſus Tagus ĩ dubio erat in quã ptẽ caderet ſãguis tãdẽ emiſſus ſanguis loca uulneris docuit. Robore dedu.i.militibꝰ robur poſuit p militibꝰ fortibꝰ Dextrũ leuũ:qa bifariã diuiſi erãt:ps dextrũ: ps ſiniſtrũ latus defẽdebãt cõtra maſſilieſes. Aequo marte:quia quot erant ĩ uno latere:tot in altero. Cuius nauis ro. Tagus:ro.miles. Graiũ apluſtre.i. gubernaculũ græce nauis manibꝰ cepit. Pariter ĩcertus:an pectore:an a tergo ſanguis erũperet. Largus:abundans. Expulit haſtas.ſ.uis ſãguinis. Diuiſitq; aĩam.ſ.in duas ptes: qa ſanguis dr̃ eſſe ſedes aĩæ. Dirigit huc pup.ad hãc nauẽ ubi Tagus uulneratus ceciderat exanimis telõn puenit:hic erat piſſimus nauigãdi:ut nullus magis tẽpora tẽpeſtatis & ſerenitatis futuræ cognoſceret. Huc:ad nauẽ Tagi. Miſeri:iã uno uerbo habitũ fortunæ rei ſignificauit.ſ.ipſũ piturũ eẽ. Melius q̃ iſtius Tagi:quia quo uellet gubernacula uertebat. Turbãte:dũ turbaret̃:pticipiũ p pticipio.i.turbato. Nec lux ẽ notior:nemo erat nauita:q magis cognoſceret futurã ſerenitatẽ aut tẽpeſtatẽ: Seu phœ.i. a ſignis ſolis cognoſcebat:& quando incipiẽt ſigna ſolis & lunæ Lux craſtina.i.qlitas tẽporis futuri. Cõponer̃ car. uẽtis.i.pare uela uẽtis: ſiue ſecũdis: ſiue aduerſis. Hic latiæ:nũc pgit de tolone: is inquit telon roſtro nauẽ ro.infregerat: & eã ictu diſſoluerat:ſed telũ infixũ ad pectus ẽ:& cũ fugere uellet: moriens nauem in ptẽ aliam uoluit. Latiæ alni.i.nauis ro. arborẽ p materia poſuit. Pila:ſed cũ iã uictor exultaret ecce telum immiſũ pectus illius tranſiliuit. Pila: tela Ro. Tremẽtia:uibrãtia. Auertit nauẽ:qa accepto uulnere nauẽ auertit iã moriẽs telon. Dũ cupit in ſociã:Alter Gyraeus in nauẽ Telonis trãſire uoluit ſed dũ toto corpore rectus ĩ illa naui ſtaret: ecce telũ immiſſũ ilia eius trãſfixit. Gyareus ppriũ nomen Maſſilienſis. Cupit:quare ipſe primus cupit erũpere:quia regebat nauem: Suſpenſa:quia toto corpore rectus erat. Affixus:ſcilicet rati. Pependit ex rate. Stãt gemini fratres:nũc deſcribit pugnã duorum gemellorum:qui adeo inter ſe ſimiles erant: ut a parentibus nõ diſcernerentur:ſed alrerum Ro.miles occidit:alter relictus ſemp parentibus amiſſi fratris memoriam reprẽſentabat:ſed quomodo perierit non ſine ſtrage Ro.patet:quia antequam periret Romanam nauem ſubmerſit. Sed miror quõ Lucanus q̃uis poeta ſit hiſtoriam peruertit: non enim græci nauẽ romanam ĩmerſerunt:immo ut eſt apud ualerium hic fuit miles cæſaris:ubi dicit ne Acilium preteriret: qui cum miles decimæ legionis eſſet pro cæſaris partibus pugnauit & amiſſa dextra:quam in puppem Maſſilienſium iniecerat leuem manum ſubiecit:nec prius dimicare deſtitit q̃ captam nauem profũdo mari immergeret miles:ergo cæſaris fuit:ſed excuſari põt Lucanus qa poeta: & quia ſtudioſus partiũ Pompeii erat:ideo hãc gloriã maſſilienſibꝰ tradidit. Variis fatis:ideſt fortunis:qa alterum morte amiſit.

Diſcernit mors ſæ.ui. qui adeo ſimillimi erãt:ut diſcerni nõ poſſet. Sublato er. quia uno tãtũ mõ ſu pſtite iã errare nõ poterant in diſcernẽdis fribus: Aeternis cãm la.ſed ſupſtes ille æternũ dolorẽ ſeruauit parẽtibꝫ. Quoq; alter.i.unus:nũc dicit qũo occiſus fuerit alter qũo ẽ auſus.Ĕmixtis remis ꝓ infixtis: Obliquo pe.ct.expreſſit nauigãtis geſtũ. Ictus.Ro.militis. Hæſit.naui Ro. Viſu quia q̃ manu cõprehenderat nauẽ ea amputata fortior facta ẽ. Diriguit.ſ.cõtractis neruis: Creuit in aduer.uir.ãputata dextra:leua cõprehẽderat nauẽ:qa ipa ãputata ſe ſupiniecit quãta maxĩa ui potuit ĩ nauẽ romanã:nec prius dimicare deſtitit q̃ nauẽ illã ꝓfũdo ĩmergeret:ut ante dictũ nõ Maſſilienſis fuit iſte:ſed Attilius decimæ legiõis pfectus ꝓ Cæ.pte pugnãs. De hoc Attilio ita inquit Plutar. Attilius ex cæſaris cõmilitonibus nauali plio apud Maſſiliã hoſtilẽ ĩgreſſus pupĩ abſciſſa ei dexrra gladio: umbõnẽ ſiniſtra retinuit: eo uſq; uultibꝫ hoſtes obterens:ut ꝓſtratis oĩbꝫ nauem uictor occupauerit. Creuit uirtus:qui maiore iracundia cõtra hoſtes percitus eſt amiſſa manu. Eſt.n.ira q̃ſi cos fortitudinis:nã ſicut cote ferrũ acuitur:ita uirtus ira acuit̃:unde Achademici diſputãtes multas hoĩbus cõmotiones datas: iracundiam ipſam q̃ſi cotem fortitudinis eſſe dixerũt. Truncus.i. amiſſam manũ quã truncũ dixit. Inſtaurat renouat. Dextrã:quæ pẽdebat de naue hoſtili. Lacerto:quia demiſſus ẽ gladius a Ro. qui lacertũ ãputauit. Hæc:ſiniſtra manus. Quoq;:ſimiliter Iã clypeo:& q̃ã q̃ utraq; manu priuatus eſſet ille: nihilominus iſtabat ut puppẽ ꝓderet hoſtilẽ. Clypeo.ſ.amiſſa ſiniſtra q̃ tenet. Telis.ſ.amiſſa dextra Non cõditus:ſed q̃q̃ priuatus eẽt utraq; manu:non ꝓpterea a pugna defecit. Expoſitus: extra poſitus: ut ſe obiiceret telis hoſtiũ. Arma:ſcutũ fris. Nudo pect.oppoſito hoſtibꝫ. Cõfi.cuſpide:q̃uis telis hoſtiũ traſſixus eẽt:tamẽ pſtabat in ꝓpoſito ut nõ in ultus caderet. Emerita morte tenet: pfecta quia corpore ſpectabat tela:quæ mittebant̃ in alios: iõ a morte ſuos corpore ſuo defendebat. Emerita:trãſlatio a militibꝫ:q emeriti dicuntur:cum debita ſtipendia perfecerunt. Cum uulnere multo : poſtq̃ iam toto corpore cæſus ſtare non poterat diutius: collegit uires ſanguine ſuo:& ſe ſaltu deiecit in nauem romanam:quæ cũ grauata eẽt cadauere:& ſãguine repleta: in latus pẽdere cepit & ſubmerſa eſt: ſed peruertit hiſtoriam Lucanus:ut prius dictum: Effugientem:expirantem. Laſſos: ſcilicet ſanguine effuſo. Contendit:intẽdit. Manebãt:& quicunque ſupererat. Defectis: ſcilicet hauſtis ſanguine. Solo pondere: quia manibus nocere non poterat:ſaltem corpore nociturus erat. Strage uirum: nunc dicit merſit nauem. Accepit ictus ſcilicet fluctuum maris quia qua parte iſiluerat hic maſſilienſis ea parte latus nauis ĩclinabat:& fluctus maris accepit illum. Hauſit: accepit. Ruptis: ſcilicet nimio pondere. Ad ſummos foros: ad ſumma tabulata nauium. Deſcendit in undas:modum nauis pereũtis & mergentis expoſuit:quia ſubmerſa naui pontũ inuoluit ĩ uorticis modũ. Merſã:dũ mergit̃ carina. Diducta:ĩ duas ptes ſepata qa diuidũt̃ maria cũ aliq̃d mergit̃. Inq; locũ:ſed naui obruta mare occupauit locũ ſuũ. Fati.i.mortis. Varii fati:qa deſcripſit uaria genera mortis. Ferrea dũ pup.dixit uaria fuiſſe genera mortis.nũc ẽt deſcrbit q̃ de nouo ſupuenere:& quo alii genere mortis pierũt:& unius caſũ deſcribit:q ĩ undas maris pceps caſurus eẽt:cruribꝫ retentus ẽ a ſuis:ſed cum ab altera pte diſtrahitur medius crepuit: & ſanguis aĩa ſimul oĩs effuſus eſt.

Diſcernit mors ſæua uiros:unũq; relictum
Agnorunt miſeri ſublato errore parentes
Aeternis cãm lachrymis:tenet ille dolorẽ
Semper & amiſſũ fratrẽ lugentibus offert
Quorũ alter mixtis obliquo pectine remis
Auſus romanæ graia de puppe carinæ
Iniectare manum:ſed eã grauis inſuper ictus
Amputant.illa tamẽ niſu quẽ prẽderat hæſit
Diriguitq; tenens ſtrictis immortua neruis
Creuit in aduerſis uirtus:plus nobilis iræ
Truncus habet:fortiſq; inſtaurat prælia læua
Rapturuſq; ſuã ꝓcumbit in æquore dextrã
Hæc quoq; cũ toto manus ẽ abſciſſa lacerto
Iam clypeo teliſq; carens nõ conditus ima
Puppe:ſed expoſitus fraternaq; pectore nudo
Arma tegens crebra cõfixus cuſpide perſtat
Telaq; multorũ læto caſura ſuorum
Et merita iam morte tenet:tũ uulnere multo
Effugientẽ animã laſſos collegit in artus
Mẽbraq; cõtendit toto quæcũque manebãt
Sanguine:& hoſtilẽ defectis robore mẽbris
Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.
Strage uirũ cumulata ratis:multoq; cruore
Plena per obliquũ crebros latus accipit ictus.
At poſtq̃ ruptis pelagus cõpagibus hauſit
Ad ſummos repleta foros:deſcẽdit in undas
Vicinum inuoluens contorto uertice põtum
Aequora dtſcedunt merſa diducta carina
Inq; locũ puppis cecidit mare: multaq; põto
Præbuit illa dies uarii miracula fati.
Ferrea dũ puppi rapidos manus inſerit uncos

Ferrea: nam manicis ferreis:quibus aduerſas naues quaſi irretitas teneret:ne e manibꝫ euaderet:cū igit manum ferreā iniecissent:ut nauem compræhenderent:cōpræhenderunt Lycidam quendam:& manus cū ẽtraherentur:hunc in undas traxiſſent:niſi ſocii cum cruribus retinuiſſent:dicit ergo ille trahunt:& illi retinent:medius dilapſus eſt:Ordo eſt. Manus ferrea:quæ iiecta erat nō ut raperet Lycidā ſed compræhenderet nauem. Dum inſerit:dum iacitur ut puppem compræhendat. Merſus foret: quia ſocii illū pedibus retinuerunt. Nec ſicut:nec ſanguis inquit effuſus ē:ſicut e uulnere a quo ſenſim egreditur: ſed uno eodemque tēpore effuſus eſt. Lentus:tardus

Affixit licydam:merſus foret ille profundo
Sed ꝓhibent ſocii:ſuſpenſaqꝫ crura retentāt.
Sciditur auulſus: nec ſicut uulnere ſanguis
Emicuit lentus ruptis cadit undique uenis.
Diſcurſuſque aīæ diuerſa in mēbra meantis
Interceptus aquis:nullius uita perempti
Eſt tāta demiſſa uia: pars ultima trunci
Tradidit in letum uacuos uitalibus artus.
At tumidus qua pulmo iacet.q̃ uiſcera feruēt
Hæſerunt ubi fata diu:luctataque multum
Hac cum parte uiri uix oīa mēbra tulerunt.
Dum nimium pugnax unius turba carinæ
Incūbit prono lateri: uacuamque reliquit
Qua caret hoſte ratē cōgeſto pōdere puppis
Verſa caua texit pelagus. nautaſqꝫ carina
Brachia nec licuit uaſto iactare profundo:
Sed clauſo periere mari:tunc unica diri
Conſpecta eſt leti facies:cum forte natantem
Diuerſæ roſtris iuuenem fixere carinæ
Diſceſſit mediū tam uaſtos pectus ad ictus.
Nec prohibere ualent obtritis oſſibus artus
Quo minus æra ſonent:eliſo uenire per ora
Eiectat ſaniem permixtus uiſcera ſanguis.
Poſtq̃ inhibēt remis puppes ac roſtra recedūt
Deiectum in pelagus ꝓfoſo pectore corpus
Vulneribꝫ trāſmiſit aquas:ps maxīa turbæ
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxiliū ſociæ ſuccurrit:at illi

Sicut:tāquā a uulnere. Nullius uita:nullus unquā inquit mortuus eſt:qui tā lato meatu uitam aperiret: Tanta:tā lata. Pars ultima: pars inferior ab umblico mortua erat:ſed ſuperior ubi uitalia erāt: ut pulmo & cor:diu cum morte luctata eſt. Trūci:pro truncata. Vacuos artus: ideſt membra carentia uitalibus. Tradidit in lætū: ideſt mortua ſunt ea parte qua. Pulmo tumidus:quia aerē reciprocum recipit & remittit:ſed cum aerem recipit inflatur:quia non remittitur. Feruent: ideſt palpitant circa præcordia. Hæſerunt: morata ſunt. Fata pro morte poſuit. Vix membra tulerunt:qa ægre omnia membra extincta ſunt:ubi uitalia erāt

Dum nimium:aliud genus mortis ſcribitur:non unius quidem ſed uniuerſorum: qui in naue conſtiterant dum inquit una naue acrius pugnaƭ:& oēs q in ea erant ad eā partē tantūmodo ſe receperūt ubi pugna erat: fecerunt ut cum intenti ad pugnam in uno latere nauis conſiſterēt:uſque adeo nauem ab illo latere traxerunt:ut eam euerterent ut ipſi cū naue obruerentur ea parte qua. Puppis uerſa: nam qui in naue erant latere ſiniſtro relicto in dextrum uenerūt:eo ꝙ latere dextro aduerſus hoſtes pugnabant. Dum nimium pugnæ:ſed intēta ē. Lateri:ſcilicet unde pugnabant aduerſus hoſtes. Incūbitur:quia omnes ſe in eam partem conuerterunt: qua pugnabant. Caua:concaua:& caſus ablatiui: & in modum uaſis euerſa eſt. Brachia:quia tecti erant:ideo non potuerunt explicare ſe e naui ut nātes euaderent. Clauſo mari.ſ.in naui:ideſt nō patēti. Tūc unica deide ſecutus ē caſus nouæ mortis unius iuuenis:q dum medio nataret pelago: forte duæ naues aduerſæ cōcurrerūt mediū illum roſtris excurrētes corpus illius trāſfixerūt. Vnica:ſingulis roſtris:nam æratis roſtris ſunt naues quibꝫ pugna naualis committitur. Diſceſſit:id diuiſum eſt in medium. Ictus uaſtos.i.immēſos cōcurrentium nauium. Nec artus:cum conſumptis oſſibus retinere potuerunt quo minus roſtra inter ſe colliderētur. Prohibere:ſcilicet curſu duarum ratium. Obtritis:contritis oſſibus. Sonat:reſonat. Aera.ſ. colliſa utriuſqꝫ roſtri. Viſcere:ideſt permixtis interioribus. Poſtquā inhibēt remis puppes:ideſt poſtq̃ anachochim fecerunt:ideſt cum remiges in puppem contrahunt nauem:dicit ergo naues illæ colliſæ roſtris ſe in puppem receperunt:& cadauer illud medium in undas deiecerunt:& ſubmerſum eſt. Deiectum:ſcilicet cadens quod antea ſuſtentatum fuerat a roſtris. Vulneribus trāſmiſit aquas:quia uulnus adeo latum erat ut aqua per medium tranſiret. Pars maxima:alium mortis caſum deſcribit multorū. Iuuenes multi e naui deiecti fuerunt:qui cum natantes ſpem ſalutis habebant:ſi a ſuis recepti eſſent:quoniam & ipſi Maſſilienſes erant. Itaque ad naues Maſſilienſium natantes tendebant:cumqꝫ iam in eo eſſent ut manibus nauem appræhenderent:illæ ne nauem euerterent:manus ſimul cum lacertis obtruncarūt & corpora ipſa euerſa ſunt: Naufragia:quia quaſi nauibus periere. Turba: ſcilicet Maſſilienſium. Obluctata:cum diu contendiſſet cum morte qūo. Puppis ad auxiliū.ſ.ut a ſocia naue recepti ſeruarēƭ.

Robora:ſcilicet nauis. Altius:ideſt manus erigentes altius ut naues comprehenderent. Vlnis ueti/tis: quia uetabantur ne comprehenderent nauem. Peritura:quia ſine dubio ſi recepiſſent eos peritura erat. Impia:contra ſocios:quia maluerunt ſue ſaluti conſulere q̄ aliorum. Brachia linquentes:abſciſſis brachiis. Iamque omni diuerſa genera leti de eadem pugna deſcripſit: nunc autem dicit cum tela iam ferme omnia deeſſent remorum fragmina & nauium fuſis telis extorſerunt. Alius partem remi iaculabatur in hoſtem:alius gubernaculum a naue auulſum in hoſtem iaciebat. Iamque omni: furor oĩa arma inuenit. Fuſis telis: ideſt armis hyppalage eſt ſicut Virgilius. Arma tellurem facit: qui pro telo terra uelatur. Apluſtre: gubernaculum eſt nauis. Auulſaſque: quid dixi remos & apluſtria torquere:cum tranſtra nauium alius in alium conliceret? Sedes: tranſtra nauium & ſedilia. Excuſſo: eiecto. Fregere quia frāgebant rates:ut fragmine earum uterentur pro telis in hoſtem. Sidentia peſſum.i.ſub pedibus ſtantia: unde peſſundo:ideſt ſub pedibus do: & peſſum : ideſt ſub pedibus ſum. Corpora: ſcilicet cæſorum. Spoliantque cadauera:cæſos telis ſpoliabant: & e corporibus eorum tela extracta emittebant in hoſtem: Inopes:carentes telo. Letale: letiferum: quod letale uulnus intulerat uulneribus ſuis. Et uulnera quomodo letale ſi uulnus attulerat poterant in hoſtem telum mittere:quia amoto telo ne ſanguis exiret læuā appoſuerunt & ſanguinē retinebant: ut interea ad iaculandum telum in hoſtem occuparentur. Oppreſſere: pro occulerunt. Validos dum: ut interim ſanguinem retinerent: quo poſſent uires ſuppetere ad uulnerandum hoſtem. Hoſtilem: quam hoſtis contra ſe torſerat. Nulla tamen plures: quāuis diuerſa genera leti ſuperius tractarentur: tamen nulla fuit mortis plurium cā: q̄ ea quæ cōtraria ē pelago.ſ.ignis. Lues:ſtrages. Diuerſa pelago.i.aquæ maris.i.ignis. Nā piguibus qa faces habebāt pice illitas: q̄s incēſas mittebāt in aduerſas naues unde uis tanta ignis erat: ut nō ſolū ſiccas naues corriperet:ſed fragmina nauiū q̄ aquā imbiberant. Ignis affixus:ſcilicet eſt nauibus cum pinguibus tædis. Viuax:ſcilicet ignis :abdito in ipſis nauibus ſulphure: Faciles:qa ſiccæ:ergo faciles ad cōburēdū. Prebet:ſcilicet igni. Pice: quia pice & cæra naues inſperſerunt: ut facile incenderentur. Nec flammas:nec unde inquit extinguere poterant flammam. Fragmenta uendicat: ideſt attrahit:nam ignis nauium fragmina quæ nattabant corripiebat & correpta conſumebat: Hic recipit fluctus:alii hauriebant aquam: ut extingueretur ignis:qui in naue erat. Hic ne mergatur: alii fragmine nauis inhærentes natabāt: quoquomodo poterant:& unuſquiſque timebat mortem : qua afficiebatur:nam alius igne: & alius ferro: alius aqua peribat. Flammas:quæ in naui erant. Aequore:unda. Hi:ideſt alii adhærebant incendiis. Mors una :ratio eīm mortem qua aliquis mori ceperat timebat:ut qui ī igne mori ceperat ignem timebāt:&c.

Robora cum uetitis prenſarēt artius ulnis
Nutaretq̧ ratis populo peritura recepto
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos.
Brachia linquentes graia pendentia puppe
A manibus cecidere ſuis:non amplius undæ
Suſtinuere graues in ſūmo gurgite truncos.
Iamq̧ omni fuſis nudato milite telis
Inuenit arma furor: remum contorſit ī hoſtē
Alter.hic tortū ualidis apluſtre lacertis
Auulſaſq̧ rotat expulſo remige ſedes.
In pugnā fregere rates:fidentia peſſum.
Corpora cæſa tenēt. ſpoliātq̧ cadauera ferro.
Multi inopes teli iaculum letale reuulſū
Vulneribꝫ traxere ſuis:& uulnera læua
Oppreſſere manu ualidos dum præbeat ictus
Sanguis.& hoſtilē cum torſerit exeat haſtā.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades
Quam pelago diuerſa lues:nā piguibꝫ ignis
Affixus tædis:& tecto ſulphure uiuax
Spargitur. at faciles præbere alimenta carinæ
Nunc pice nunc liquida rapuere incēdia cæra
Nec flammas ſuperant ūdæ:ſparſiſq̧ p æquor
Iam ratibus fragmēta ferus ſibi uēdicat ignis
Hic recipit fluctus extīguat ut æquorē flāmaſ
Hi ne mergantur tabulis ardentibꝫ hærent
Mille modos inter leti mors una timori eſt
Qua cœpe mori:nec ceſſat naufraga uirtus
Tela legunt deiecta mari:ratibuſq̧ miniſtrāt
Incertaſq̧ manus ictu languēte per undas
Exercent:nūc rara datur ſi copia ferri

Mille modos: ideſt numeros mortis. Nec ceſſat:illi etiam qui natabāt:non propterea pugnare deſtiterunt:ut ſi non pugnarent:ſaltem tela ſuſciperent collecta ex fluctibus. Virtus naufraga: uidelicet natantiū. Legūt:pro eligūt tela ut ea ſubminiſtrēt ſuis. Incertas errātes in iaculādo:qa natātes cū ſiniſtrorſū uellēt hoſtē ferire:aqua eos impellebāt dextroſū:ideo &c. Virg. Nec dextræ errāti deus affuit.i.dū errat p̄ſſiue ſtat:ut hic. Ictu languente:qa manus nutabat:ut ictū non poſſet ualidū inferre. Nunc rara dat: ſi non poterant ferro hoſtem occidere:ipſi inter ſe obruere certabant:ut ſe undis necarentur. Si:quia.

Vtunt̃ pelago:ut inter ſe alius aliũ necet. Rara.i.ꝓna copia. Cõplectitur.ſ.ad opprimendum hoſtem. Et implicitis:declarat quõ ſe cõplectuntur:qui dũ mergunt alios:ipſi ẽt mori nõ recuſabant: & dũ hoſtes necarent ipſi necabant̃ Subſidere:obruere. Membris:brachiis implicatis. Pugna fuit: ſed præcipuũ quẽdã deſcribit:qui peritiſſimus erat natandi:& retinẽdi ſpiritũ ſub aqua:qui cũ hoſtem ſub aqua obrutũ tenuiſſet:deinde emergebat:ut alium hoſtẽ necaret capite ꝑcuſſit nauis fundũ: ipſe ẽt tandẽ necatus ẽ. Vnus phoceus.ſ.Maſſilienſis: quia de phocide ciuitate græciæ uenerant. Eximius præclarus.

Vtuntur pelago: ſæuus cõplectitur hoſtem
Hoſtis:& ĩplicitis gaudent ſubſidere mẽbris
Mergenteſque mori. pugna fuit unus in illa
Eximius phoceus animam ſeruare ſub undis
Scrutarique fretum ſi quid merſiſſet harenis
Et nimis affixos unci conuellere morſus
Adductũ quotiẽs non ſenſerat anchora finẽ
Hic ubi cupreſſum penitus deduxerat hoſtẽ
Victor : & ĩcolumis ſũmas remeabat i ũdas.
Sed ſe per uacuos credit dum ſurgere fluctus
Puppibus occurit:tandẽq; ſub æquore mãſit.
Hi ſuſper hoſtile iecere brachia remos
Et ratium tenuere fugam: non perdere letum
Maxima cura fuit:multus ſua uulnera pupi
Affixit moriens: & roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi tyrrhenum culmine proræ
Lygdamus excuſſæ balearis tortor habenæ
Glande petit ſolido fregit caua tẽpora plũbo.
Sedibus expulſi poſtquã cruor omnia rupit
Vincula ꝓrumpunt oculi ſtat lumine rapto
Attonitus: mortiſque illas putat eſſe tenebras.

Seruare:ad ſeruandã animã & ſpiritũ ſub aqua. Arenis:ita ſcrutabat̃ arenas: ut qđ ſubmerſũ erat ĩueniret ſub undis tanq̃ in continenti terra. Quid: aliquid. Affixus unci:ſi forte anchora adeo ꝓfũdo eſſet infixa:& ab arenis trahi nõ poſſet:ipſe merſus in undis e fundo trahebat:& nauem e loco moueri faciebat. Morſus unci:ideſt anchoræ.Virgilius.Vnco non alligat anchora morſu. Adductum quotiens:cum finem traheret cui anchora appenſa & anchora tractum non ſentiebat. Hic ubi: hic adeo natandi peritus erat ut retinere ſpiritum facile ſub aqua poſſet: Penitus:interius & ĩfimo maris loco. Remeabat in.u. reuertebatur in ſuperficie maris. Victor:ſcilicet necato hoſte. Incolumis:quia nullum periculum ſenſit tandem. Occurit:ſcilicet capite. Surgere ſe:nota hanc locutionẽ:ideſt ſurſum erigere ſe:quia a ſurſũ & rego cõponitur. Per uacuos fluctus: ut ipſe credebat: nõ ꝙ uacui eſſent:immo erant nauibus tecti. Puppibus:fundo nauis: Sub æquore: ubi multos necauerat. Hi ſuper:ſuperius diuerſorum mortes declarauit:Nunc dicit de his qui necati fuerũt:ut manibus admotis remos caperent:& eos in unum impellerent:interiiſſeque non nullos dicit:qui ubi naues concurrere uidiſſẽt:ſe medios interpoſuiſſe corpore ſuo:ut nauem ſuorum ab hoſtili impetu defẽderent. Hi.i.alii necantes. Super:ho.ſup remos hoſtium iniecerunt manus:ut interimerẽt eos : ne nauem proderent. Non prodere letum:ideſt nõ fruſtra mori:niſi prius nocuiſſent hoſtibus: ille dr̃ prodere letum qui moriens nihil hoſti nocuerit. Moriẽs affixit: pro multi morientes affixerũt. Vir. Plurimus uolitãs pro plurimi uolitantes. Vulnera:uidelicet ex his qui ſe medios interpoſuerũt roſtris concurrentium nauium. Abſtulit ictus:ſcilicet ſe in medium interponens. Stantem ſublimi:more ſuo poſt genus deſcendit ad ſpeciem. deſcribit nonnullos qui hoſtilibus ratibus nocere ſtudentes etiam nocuerunt. Hic ictum intulit mirandum. Nam Lygdamus quidam erat peritus fundæ glande etiam quencũque locum uoluiſſet facile percuciebat:hic ſpeculatus tyrrhenum quẽdam pugnantem egregie in ſumma prora:fundam ter & quater circum caput rotans dimiſit in tempora tyrrheni glãdem:ille fractis temporibus oculos amiſit:& tenebras illas credidit oculorum mortis eſſe: ſed paulo poſt intellexit uirium aliquid ſibi reſiduum eſſe tũc iuſſit ſuis:ut ſe in fronte nauis ponerent: pollicitus ſe recepturum tela hoſtium:& tela ipſa in manibus darent:& ſe pro tormento uterentur dicens:proiiciam tela in hoſtes: & interea aliquis noſtris manibus peribit:ego enim iam mortuus ſum:& ipſo uterentur tanquã baliſta aut tormento quæ ponitur in fronte nauis. Culmine proræ:ideſt in celſitudine nauis: Lygdamus: Maſſilienſis erat. Tyrrhenus:Romanus. Excluſſa glande:quia fundæ habenam ligatam habent:& ter ac quater circa caput rotantur. Baleares:inſulæ ſunt in oceano poſitæ ubi maximus fundæ uſus fuit : dicũt̃ baleares a βαλλω:ideſt iaculor:& torqueo.Has ꝓpius ĩſulas adnauigans Metellus cognomẽto Balearicus.pelles nauium tectis prætendit ut aduerſus fundarum iactus tegmina eſſent:in his enim optimi funditores ſunt a puerilibus hoc pacto ad fundas exercebantur annis ut alioquim ne panis quidẽ pueris exbiberet̃ niſi fũda quicq̃ prius attigerẽt:& ut ſcribit Strabo:hoĩes ad ĩplorandã populi Ro.opẽ cõfugere coacti ſunt cũ arbores & domicilia ex ſubterraneis cuniculis euerterẽt̃. Plũbo:nã glãdibꝰ plũbeis utebãt̃. Solido:firmo. Vincula.i.neruos:qbꝰ oculi fixi ſũt. Prorũpũt:exeũt oculi ex uulneribꝰ. Stat:eie.ocu.

obſtupefactus erat neſciens quid id eſſet:credebat autem tenebras mortis eſſe .At poſtquam: ſed poſtquam in ſe rediit:& rediiſſe uires ſenſit aliud cogitauit. Tormenta: queadmodum baliſta: & machina quibus tela torquentur in fronte nauium ponuntur ita & me ponite & fingite animis ueſtris me eſſe baliſtam:ſicq́ tela imponite manibꝰ meis. Conſtare:cōſiſtere. Rectū:ex oppoſito ad mittēda tela. Egere:emitte:quare quia hoc cadauer ē defunctū ex magna parte. Viuētis ferieř loco.q.d.ſatius ut nihil reliquū uitæ ſit:& ſi ferieris:uiuētē aliū ſeruabis. Caſus:ꝓſperi:uel aduerſi. Hoc:demonſtratiue. Cæca manu:pro ipſe cæcus quidē ē perſonæ rei attribuit: hyppallage eſt. Irrita:quia multos ex hoſtibꝰ uulnerauit. Excipit.h.nā uulnerauit nobilē Maſſilienſē nomine Argū:ſcilicet ea parte qua. Deſcendit ilia uenter.uidelicet cum ad imas coſtas deſcendit.

Adiuuitque: quia cecidit:et ſuo caſu iuuit telum nam cadens altius telum figit. Procūbēs: quia cecidit uulneratus. Stabat diuerſa: Nunc caſum deſcribit miſerabilem:nam pater ī altera parte nauis ſtans ut uidit in telum procubuiſſe filium: accurit quoquomodo potuit:quia ſenior erat.& dū properaret ſæpius ſterit:& lapſus eſt antequam ad illū perueniret.tandem peruenit:cunque ſuperincubuiſſet filio:tanto dolore conſecutus eſt: ut tenebræ oculis obortæ ſint:& iam filium cognoſcere nō poterat:filius qui nondum mortuus erat attollēs oculos:patrem ipſum inuitabat ad amplexum ſuum: & oculos claudendos pater nullo modo pati poterat ut filio ſuperſtes eſſet: ſed cupiebat ante filium mori. dixitq́ ignoſce pr̄i tuo:qui nō uult occupari amplexibus tuis:ſed confoſſo pectore mori properat:ut tua fata præueniat:hæc dicens ſe telo percuſſit:quia nolebat filio ſuperſtes eſſe. Victæ carinæ: quia ferme uicti erant:qui in illa naui conſtiterant

Diuerſa.i.remota ab ea parte ubi filius ceciderat Infœlix: amiſſo filio. Illi iuuentæ:qui cum iuuenis eſſet nulli Maſſilienſium uirtute cedebat armorum. Victum æuo:ſed nunc ſenectutem languidior factus erat & imbecillior. Victum:lapſum. Exemplum:quia occurebat illud ſi imbellis erat & ſenior ætate quid igitur militabat:dicitur exemplo ſui concitaret iuuenes. Effœtus:exhauſtus. Carinæ: pater erat in prora:filius uulneratus fuit in puppe. Sæpe cadens:unum ex reliquo ſequitur: quia ſenior ipſe ſæpe cadebat ad filium properans

Trāſtra:ſedilia. Spirantes:uiuentes. Non lachrymæ cecidere:ſcilicet præ nimio dolore qui latentes lachrymas occludit. Riguit: obſtupefactus eſt. Diriguit: induruit. Diſtentis palmis: ideſt extenſis manibus. Nox ſubit: quia tenebræ ſunt oculis obortæ. Vaſtæ:ingentes. Obduxere: circunuenere oculos. Et miſerum cernens: dum intentis oculis cerneret filium obortis lachrymis non agnoſcebat illum quia ſenſim amittebat lumen oculorum. Cognoſcere:ſcilicet argum tenebris impedientibus oculos. Labens:nā pater nimio dolore deficiebat. Lāguētia:torpētia:qa moriebantur. Vox fauces ſoluta nulla proſequiť: ideo ītelligitur bis negatiua:ideſt fauces non ſolutas ꝓſequitur nulla uox:qui ſolui non poterant in uocem. Tacito uultu quia uidebatur inuitare patrem:ut oſcularetur ora eius & oculos clauderet. Inuitatque dextram patris:qa præhēdebat dextrā pr̄is ut clauderet oculos:quē morē ēt nūc ſeruamus:ut q ꝓpinqores ſūt oculos morieti claudāt:locus hic plenus cōmiſeratiōe. Vt torpore: poſtq̄ ſenex tādē ad ſe rediit & uires cepit hr̄e

Dixit ſenex. Vt poſtq̄.Torpore: langore:qa toto corpore ꝑfuſus erat langor pr̄is. Cruentus:ſæuus dolor. Sæuis deis:ſæuos deos appellat:q ſe uoluerūt filio ſupeſſe:qa æquius erat ut ſenex morireť ante filiū

At poſtquā mēbris ſenſit conſtare uigorem
Vos ait o ſocii ſicut tormenta ſoletis
Me quoq́ mittendis rectū componite telis
Egere qđ ſupereſt animæ tyrrhene per oēs
Bellorū caſus:ingentem militis uſum
Hoc habet ex magna defunctū ꝑte cadauer
Viuentis feriere loco:ſic fatus in hoſtem
Cæca tela manu:ſed non tamen irrita miſit.
Excipit hæc iuuenis generoſi ſāguinis argus:
Q ua iā non medius deſcendit in ilia uenter:
Adiuuitque ſuo ꝓcumbens pondere ferrum
Stabat diuerſa uictæ iam parte carinæ
Infœlix argi genitor:non ille iuuentæ
Tempore phocaicis ulli ceſſurus in armis
Victū æuo robur cecidit feſſuſque ſenecta.
Exemplum nō miles erat:qui funere uiſo
Sæpe cadens longe ſenior ꝑ trāſtra carinæ
Peruenit ad puppim ſpiranteſq́ inuenit artus
Nō lachrime cecidere genis nō pectora tūdit
Diſtentis toto riguit ſed pectore palmis
Nox ſubit atq́ oculos uaſtę obduxere tenebre
Et miſerum cernens cognoſcere deſinit argū
Ille caput labens:& iam languentia colla
Viſo patre leuat:uox fauces nulla ſolutas
Proſequitur: tacito tantū petit oſcula uultu
Inuitatq́ patris claudēda ad lumina dextram
Vt torpore ſenex:caruit uireſq́ cruentus
Cœpit habere dolor:nō perdā tēpora dixit
A ſæuis permiſſa deis:iugulumq́ ſenilem

Veniã cõcede: ignoſce iquit parẽti tuo qui nolit occupari ĩ te ãplectẽdo: hoc iõ facit qa tu uiuis & potes eẽ ſupſtes: ꝑperat ergo ut tu fata ꝑueniat. Supſtes.i.potes uiuer̃. Quãuis capulũ: quãuis iquit uulnus letale ſibi intulerit: tamẽ ut cito morireť: ſe ꝑcipitẽ deiecit ĩ undas. Capulus manicus enſis a capiẽdo dictus Tẽdit.cõtendit. Præcedere ꝑuenire mortẽ filii ꝑcipiti ſaltu: qa ſe ĩ maris undas præcipitauit. Feſtinãtis aĩam: ꝑ aĩam ipſius feſtinãtis mori. Nõ uni morti: duabꝫ ergo cædibꝫ ſe occidit: una cũ ſe uulnerauit: altera cũ ſe in undas ꝑcipitauit. Inclinãt.iã tandẽ fatebãť maſſilienſes ſe uictos eẽ: nã multis amiſſis nauibus & cæteris cõcuſſis nõ poterãt reſiſtere. Fa.du. cũ.ſ.Maſſilienſiũ. Claſſis merge.quia cũ fluctibꝫ obruta erat cũ roſtris hoſtiũ. Aſt aliæ: ſed naues maſſiliẽſiũ: q̃ nõ ſunt obrutæ. Victors: quia Ro.cõſcẽderãt naues illas: q̃ iam mutatis remigibꝫ in pontũ ſubducebãtur. Mutato re.i.occiſis Maſſilienſibꝫ. Victores ſuos.ſ.Ro. Naualia paucæ: ſed paucæ naues: Maſſilienſiũ fuere: q̃ in ſua naualia recepunt. Naualia loca ſunt ubi naues ſeruãť: ut Venetiis uulgo dr̃ la arſena: & hoc uocabulũ ut mihi uideť: naſcitur illic arſena.i.ars nauis: eo ꝙ ibi artificiũ ſit nauis. Quis ĩ urbe: deſcribiť paſſim fletus & cõploratus ſuoꝝ: qui maxius erat ĩ urbe Maſſiliæ. Quis ꝑ q̃lis: nõ interrogãtis: ſed admirãtis. Virg. Quis talia fãdo.&c. Matrũ: q̃ filios ſuos expectãtes ĩplacabiliter lachrymabanť. Cõiunx ſæpe uiri: Cõiunx Ro. militis cadauer amplexa ẽ: cũ cõfuſus eẽt cæde uultus. Vnda: ꝑ undã. Cõfuſis: turpatis: infectis Ro.cadauer: romanũ mortuũ. Miſeri p̃res certauere: ita inter ſe cõtẽdebãt: quia trũci dignoſci nõ poterant auulſo capite. Accẽſis rogis: ut cadauera filiorũ ſup ĩponerent. At brutus: Brutus fuit primus q e ducibꝫ ornamẽtũ addidit: & laudẽ armis Cæſareis. In æquore: quia nauali pugna uictor fuit: Trebonius uero terreſtri pugna uictoriam amiſerat.

Confodiã: ueniã miſero cõcede parenti
Arge: qđ amplexus extrema qđ oſcula fugi.
Nondũ deſtituit calidus tua uulnera ſanguis
Semiaĩmiſq; iaces: & adhuc potes eẽ ſupſtes
Sic fatus quãuis capulũ per uiſcera miſſi
Polluerit gladii: tamẽ alta ſub æquora tendit.
Præceps & letum gaudens præcedere nati
Feſtinãtẽ aĩam morti nõ credidit uni.
Inclinãt iã fata ducũ: nec iã amplius anceps
Belli caſus erat: graiæ ꝑs maxima claſſis
Mergitur: aſt aliæ mutato remige puppes
Victores uexere ſuos: naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga: qs in urbe parentum
Fletus erať: quãtus matrũ ꝑ littora plãctus?
Coniunx ſæpe ſui confuſis uultibus unda
Credidit ora uiri romanũ amplexa cadauer.
Accenſuſq; rogis miſeri de corpore trunco
Certauere patres. at brutus in æquora uictor
Primus cæſareis pelagi decus addidit armis.

Liber quartus Lucani.

T ꝑcul. Hic q̃rtus liber eſt huius opis in quo cõtineť quõ Cæſar hiſpanias ſubegerit: uicto Petreio & afranio: qui cũ exercitu & conſulari impio pro ꝑte Pom. eas tenebãt deĩde quõ Piſo & curio duces cæſaris ĩ africa cæſi fuerĩt: in pricipio ãt đſcribit quõ Petreius & Afra.cõi cõſilio bellũ cõtra cæſarẽ apđ ilerdã ciuitatẽ hiſpaniæ gereř cõſtituerĩt: ꝙ is locus ſibi oportunior eẽ uidereť: & cæſar eodẽ duxit exercitũ cũ ſub noctẽ ueniſſet eqtibꝫ ãte aciẽ locatis: & mãiplis condẽſis ĩ unũ ut hoſtes ꝑſpiceř nõ poſſẽt: caſtra uero foſſa mũiuit: cũ id prius factũ uiderĩt hoſtes q̃ ꝑuidrĩt. At ꝑcul: at maſſiliæ nũc terra: nũc mari pugnabať: tãdẽ uiribꝫ Ro. ipſi ceſſerĩt: at uero ĩ hiſpãia bellũ grauius Cæſar gerebat: qđ & ſi cruenta uictoria cõceſſerat: tamẽ magnũ momẽtũ ſequẽtibꝫ rebꝫ reliq̃t: nã facile appebat eos magnã uictoriæ ꝑtẽ adeptos eẽ q hiſpãias obtinerẽt. In extre.ho.ſ.ĩ occidẽte ĩ quo hiſpania ẽ: ũde heſpia dicta ẽ. Sæ.i.magnus & fortis. Virg. Sæua iouis cõiunx. quis Luca. hoc loco uideať poſuiſſe ꝑ crudeli. Nõ mul.cæde qa ibi pauci admodũ occiſi ſũt. Max.ſed fati: quis ibi adeo nõ multi pierĩt: tamẽ bellũ hoc daturũ ẽ maximũ momẽtũ ducibꝫ: qa uterq; dux hiſpanias obtinebat: & ſpẽ magnã reliq̃ uictoriæ hr̃e cepat. Fati.fortunæ. Momẽta ducibꝫ: uter.n. dux hiſpanias obtinuiſſet: ille magnã ꝑtẽ uictoriæ obtinuiſſe uidebať. Iur pari. nũc deſcribit q nã duces ĩ hiſpania fuerũt: cõtra quos bellũ gerebat Cæſar: nã equitibꝫ auxiliiſq; luſitaniæ Petre. celtiberis: cãtabriſq;: & barbaris oĩbꝫ illius regiõis Afra.impabat: Sed Petreius coactis oĩbꝫ uectonibꝫ ad Afra. ꝑuenit: cõſtituerĩtq; cõi cõſilio bellũ apđ ilerdã urbẽ capta loci oportunitate cõtra Cæ.gereř. Rector Petreius: qa ut dixi ex luſitania Petre. ꝑ uectões popu: coactis oĩbꝫ ſuis quos ſecũ cõtraxit ad afra. ꝑuenit

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER.IIII.

T procul extremis terrarum cæſar in oris
Martem ſæuus agit non multa cæde nocentem:
Maxia ſed fati ducibus monumenta daturũ
Iure pari rector caſtris afranius illis

Ac petreius erat cõcordia duxit in æquas
Imperium cõmune uices:tutelaq; ualli
Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno
His præter latias acies erat impiger haſtur:
Vectõeſque leues.ꝓfugique a gẽte uetuſta
Gallorũ celte miſcentes nomen hyberis.
Colle tumet modico.lenique excreuit in altũ
Pingue ſolũ tumulo:ſup hũc fũdata uetuſta
Surgit ilerda manu:placidis prelabit̃ undis
Heſperios inter ſicoris nõ ultimus amnes:
Saxeus ingenti quẽ pons amplectitur arcu
Hibernas paſſuras aquas:at proxima rupes
Signa tenet magni:nec cæſar colla minori
Caſtra leuat medius dirimit tẽtoria gurges.
Explicat hinc campos tellus effuſa patentes
Vix oculo pendẽte modũ:cãpoſq; coercet
Cinga rapax uetitus fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo:nã gurgite mixto
Qui preſtat terris aufert tibi nomẽ hyberus
Prima dies belli ceſſauit marte cruento
Spectãdaſq; ducũ uires numeroſaque ſigna
Expoſuit:piguit ſceleris pudor arma furẽtum
Continuit patriæq; & ruptis legibus unum
Donauere diem.prono cũ cæſar olympo
In noctẽ ſubita circundedit agmina foſſa

Cõe imp.ſ.Petreii & Afra. In æqs ui.i.pares uiciſſitudĩes:qa alternis diebꝫ impabãt. Cuſtodia.app. tutela. Alter.ſigno:nũc claſſico Petreii nũc Affranii:quia alternis diebꝫ impabant exercitui. Cuſto.pui. quæ i ſtatiõe ꝓ caſtris poſita erat:& declarat.ſ.tutela ualli:q̃ poſita erat ad obſeruãdũ uallũ hoſtiũ. Signo claſſico. His pter.nũc dicit celtiberiæ cãtabris:barbariſq;:q uſq; ad oceanũ ptinent Affraniũ impaſſe. His.ſ.Ro.q cũ Petr.erãt. Latias acies ꝑ.pter Ro.milites. Haſtur:hiſpaniæ po.ab hauſtria flu.nomẽ accepit. Vectõeſq;.po.ſ.erant cũ Ro. Leues:leuis armaturæ.ſ.haſtis tãtũmodo & ſcutis armati. Celtæ gal. qui populi ſũt galliæ:& forte hi errãtes in hiſpaniã uenere:& in ea loca cõſedere:q̃ hiberia celtiberi appellati ſũt. A gẽte ue. unde originẽ habuerũt. His .ſ.Petreii & Afra.& Ro.qui ſecũ erãt. Colle tumet mo.poſtquã dſcripſit duces q cũ impio hiſpanias tenebant:nũc dicit quõ inter ipſos & Cæſarẽ bella geſta fuerĩt:priõ qdẽ dſcribit ubi caſtra poſuerit uterq; exercitus.ſ.Petreii & Afra.& deinde Cæ ſaris:nã haud ꝓcul ab ilerda oppido cõſederãt:ſed planiciẽ priõ deſcribit ilerde:quã dicit in medio quodã tumulo poſitã fuiſſe. Pĩgue ſolũ:ſignificat terrã illã fœcũdã atq; ferãcẽ frugũ. Colle mo.nõ ualde ſublimi. Leui tu.quia ſenſim creſcit:& in altum ſurgit. Manu.ſ.hiſpanoꝝ.Super hũc.ſ.tumulum Placidis aquis:ante urbẽ ilerdã prelabit̃ ſicoris flu. qui nõ ignobile nomẽ tenet ĩter hiſpanos flu. Nõ ulti:nõ ignobilis. Saxeus ingẽ.dicit hũc ãnẽ põte lapideo uinctũ:& addũt rõem qa flu.hic hybernis aquis nimiũ creſcit & oẽs alios pontes facile merſerat:& hunc quoq; ſubmerſiſſet niſi lapideus fuiſſet Arcu.quo totũ flu.uinxit. Paſſurus:ſuſtẽtaturus aqs ẽt ſi nimiũ inflaret̃. Signa.ĩ quibꝫ Petreius & Afra.erãt noĩe Pom. Tẽtoria.i.caſtra Cæ.& Põ. diuidebat ſicoris. Explicat hũc tellus:dicit planiciẽ quãdã lõge lateq; porrectã fuiſſe:ut ad extremũ illius planiciei uiſus hoĩum uix ꝑuenire poſſit. Hinc .ſ.ab hoc ſicori. Tellus effuſa:porrecta in oẽs partes. Explicat:extendit:aperit. Vix oculo.i.quãtũ uix oculi hoĩum capepoſſẽt. Cinga rapax:flu.uelociſſimus & præceps a cingẽdo dictus:q circa hãc planiciẽ labitur cohercet:terminat cãpos. Vetus fluctuſq;.qui flu.cinga nõ ꝓnunciat̃ ſuo noĩe ĩ mare hiſpanũ decurrẽs:quia hibero flu.miſcet̃ qui maiore. Littora ferit:nõ ſuo curſu ſed hiberi. Nã dclarat quia dixit ferit. Impuliſſe:ꝓ impellere pteritũ pro præſenti poſuit. Curſu ſuo:ſui noĩs. Nã gurgite:iõ uetitus es o cĩga fluctus & littora oceani ĩpellere tuo curſu:qa miſceris hibero:q̃ queãdmodum pſtat rgiõi:nã ab hibero hiberia ẽ appellata:ita nomẽ aufert tibi:qa maior flu.ẽ. Pri.dies belli:nũc quõ ſe uterq; exercitus habuerit:poſtq̃ ĩ cõſpectu hoſtiũ cæſar uenit:dicit.n.priõ quidẽ territos eẽ a pugna:cum utriq; ꝓſpicerẽt:alii cognatos:alii affines:alii amicos:nõ poterat aĩus arma ſectari:ergo bellũ unũ bello ciuili donauerũt duces exercituũ:hic a Cæ.hic ab Afra.& Petreio. Dies:quoq; Cæ.in cõſpectũ uenit caſtrorũ Afra.& petreii. Mar.cruẽto.bellũ & pugna differũt:nã bellũ dr̃ cũ inimicitiæ ſunt:ſed pugna dr̃ cum manus cõſerunt̃:hoc loco martẽ ꝓ pugna poſuit. Spectãdaſq; du.ui.quia ĩ eo occupati fuerũt oẽs ut diligẽter uires & exercitus ducũ cõtẽplarent̃:nã Cæ.uires petrei cõtẽplabat̃ e diuerſo. Spec.cõtemplandas. Numeroſaq; ſi.i.multiplicia uexilla. Piguit ſce.cũ uiderent utriq; ſuos cognatos & affines. Dona.diẽ pa. .ſ.ut inter ſe ciues cũ ciuibꝫ bella cõſererẽt. Rup.le.quia cõtra leges pugnabãt. Prono tamẽ:ſed iterea Cæ. nõ pdidit tp̃s.inſtituit.n.milites ſuos circũdari foſſa ſub noctẽ:qđ ſanũ conſiliũ putabat eẽ munire caſtra Iuſſit.n.eqtes in frõte cõſiſtere:manipl os dẽſos atq; cõſertos caſtra circũdare:ne cõſpectu hoſtium uideri poſſet:iter illos uero maniplos dẽſos alios duci iuſſit:nec uallũ fieri uoluit:ne a ſupiore loco hoſtiũ cõſpectu uideri poſſit:ſed tãtũ foſſa ſine uallo ſatis erat ad tuẽdũ exercitũ ab hoſtiũ ĩpetu. Pro.olym.ſole iam occidente. Foſſa non uallo:ne.ſ.uallum erectum conſpici poſſit ab hoſtibus & conſpectum impediret.

Præſtant:ante ſtant a præ & ſto. Fefellit hoſtem:ſcilicet ut ante foſſa cingeret caſtra ſua q̄ hoſtes pro uiderent. Conſertis.i.coniunctis. Obtexit circundedit. Luce noua.i. ſequēti die ubi luxit in medio duorum caſtrorum erat collis:unde apparebat uter duorum exercituum illum occupaſſet ipſumq; ma/gnam oportunitatem habere & nociturus hoſti quotiens uoluiſſet. Cæſar ergo peritiſſimus dux collē uiſum ſtatim occupari uoluit:& ex militibus ſuis quoſdam elegit:qui collem illum aſcenderent:ſed con/ſpecti ſunt ab hoſtibus. Subito:celeri. Medius:inter caſtra. Huc:ad hūc collē. Terror:qa & hoſtes ho/ſtiū terrore concuſſi:ne ſi occupatus eſſet collis a cæ ſarianis plurimū incōmodi ſuſciperent. Pudor: quia pudebat eos cū propinqui eſſēt præueniri ab hoſte. Rapto:raptim & uelociter capto. His: cæ/ſarianis. Virtus: quia fretus uirtute & ferro pro/perabat ut locum illū occupare poſſēt:& licet occu parent collē:tamē ex aduerſo locum illum aſcen/dentes depellere hoſtes poterant. Illis:Petreii & afranii militibus:quia iā illū aſcenderāt. Miles:col lem medium inter caſtra & exercitum uterque ex ercitus occupare uolebat:ſed priores fuere milites Petreii & Afranii:qui tumulo propīquiores eſſent Cæſariani:tamē in aduerſū niti tentauerunt:ſi for/te illos impellere poſſent:ſed de ſuperiore loco faci le extrudebantur ab his:qui iā locū tenebant: & cū in periculo eſſent:ne includerentur Cæſariani:dux peritiſſimus cæſar æquitatū miſit qui inter utrāq; aciē equitaret:& interim auerſis hoſtibꝯ ī alteram partē: ut cū equites pugnarent:facultas daretur pe ditibus recipiendi ſe in locū tutiorē. Oneratus:ar/mis. Nititur.ſ.aſcendere. Supina: expreſſit geſtū aſcendentis in aduerſū:quia Cæſariani in montem ex aduerſo tendebant. Hæret:tarda eſt: neq; enī facile erat ſuperare mōtē. Caſura: ſcilicet illa acies cæſaris. Erigitur propter arduitatē tumuli a ſeqn/tibus umbone ſuſtentatur. Nulli telum:ſed non poterant tela in hoſtes torquerī:quæ ictū ualidū fa cerent:quia inſtabiles erant:& pedibus niti nō po/terant. Vacabat:licebat. Vibrare:torquere. La/bat:īſtabilis ē. Et fixo firmāt.i. tātū aberat:ut pila ī hoſtē mitterī poſſet:qđ neceſſe erat ipis pilis gradū ſtabilire: Scopu.eminētia ſaxa tenebāt ne ruerēt.

Dum primæ preſtant acies:hoſteq; fefellit.
Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis.
Luce noua collem ſubito conſcēdere curſu
Q ui medius tutā caſtris dirimebat hilerdā
Imperat.huc hoſtē pariter terrorque pudorq;
Impulit:& rapto tumulū prior agmīe cœpit.
His uirtus ferrūque locum ꝓmittit ab illis
Ipſe.locus miles rupes oneratus in altas
Nititur:aduerſoq; acies in monte ſupina
Hæret & in tergū caſura umbone ſequētis
Erigitur:nulli telum uibrare uacabat
Dum labat: & fixo firmat ueſtigia pilo
Dū ſcopulos ſtirpeſq; tenēt atq; hoſte relicto
Cædunt enſe uiā: uidit lapſura ruina
Agmina dux:equitūq; iubet ſuccedere bello
Munitūque latus leuo producere gyro
Sic pedes ex facili nulloque urgēte receptus.
Irritus & uictor ſubducto marte pependit.
Hactenus armorū diſcrimina cætera bello:
Fata dedit uariis incertus motibus aer.
Pigro bruma gelu ſicciſq; aqlonibꝯ hærens
Aethere cōſtricto pluuias in nube tenebat.

Stirpes:arborū radices tenebāt ut quoquō poſſent euaderēt in ſūmū. Oblito hoſte: quia q̄ſi obliti erāt hoſtiū q ī ſupiori loco erāt. Cædūt en.uiā:ſatis hēbāt mō gladiis & enſibꝯ uirgulta cedere:ut iter ſibi expe/ditū facerēt. Vidit la.at uero cæ.ubi uidit ꝑiculū ſuorū:ne de ſupiori loco facile detruderent: & inde ab his qui ī urbe erāt:& q ex tumulo deſcēderēt itercluderēt:milites eqtatū ab altera pte mōtis ſuccedere iuſ ſit:ut interea facultas ſuis daret ſe in caſtra recipiēdi. Lap.caſura de loco ſupiore. Equitū : ꝑ equitatū

Bello:ad bellū. Munitū latus.i.dēſū latus hoſtiū:quia dēſū iō munitū:nec facile poterāt uici Produ/cere.i.extēdere porro ducere:auertere a ſuis:quia dū auerſi ſūt cōtra eqtes:iterea facultas daret militibus: ut ſe in caſtra tutos reciperent:qđ ita factū ē. Sic pedes:hoc mō liberati ſūt cæſariani. Pedes:ꝑ peditatū poſuit ſingularis numerus ꝓ plu.Virg.& Armato milite cōplēt. Nullo ur.quia ſublati erāt: dū ab altera pte eqtatus Cæ.equitauit irritus. Rece.cū iā uictor eēt:quia occupauerat collē. Irritus:impos ꝓpoſiti ſui

Pepēdit:in dubio ſtetit. Subducto mar.i.remoto milite:cōtra quē pugnauerāt. Hactenus ar.hucuſq; inquit milites inter ſe pugnauere:ſed quæ deinde ſecuta ſūt:tēperie aeris potius q̄ armis geſta ſunt. Cæte ra fata:reliquā fortunā. Incertus:dubius:quia mō ſerenū:mō pluuioſū ſe oſtēdebat. Pigro:deſcribēs in/undationem aquarum:& effuſos hymbres qui ſecuti ſunt:primo dicit frigore conſtrictas eſſe nubes: ne aquam cælitus emitterent & ſuperueniente uere ubi ſol in aritem uenerit:ſtatim collectos hymbres in occiduum axem cōdenſatos fuiſſe: & hymbrem effuſum plus q̄ credi poſſet emiſiſſe:ut regionem illam omnen hiſpaniæ inundaret. Bruma.i. hyems: bruma ꝓprie dr̄ mēſis ianuarii:& interpetrat̄ q̄ſi uragma .i.breuis dies. Pigro gelu:qa pigros hoīes facit. Sic.aqui.i.frigidis q naturaliter ſiccant̄:nā nō ſolum calore: ſed frigore deſiccātur humores.Vir.Et penetrabile fri.adurit. Cōſtricto.ſ.nimio frigore. Tenebat:conti

Vrebant montana niues:cãpoſque iacentes
Non duraturæ cõſpecto ſole pruinæ.
Atque oĩs propior mergenti ſydera cælo
Aruerat tellus:hiberno dura ſereno.
Sed poſtq̃ uernus calidũ titana recepit
Sydera reſpiciens dilapſæ portitor helles
Atque iterũ æquatis ad iuſtæ pondera libræ
Temporibus uicere dies:tunc ſole relicto
Cynthia quo primũ cornu dubitãda refulſit
Excluſit boream flãmaſq; excepit ab euro.
Ille ſuo nubes quaſcunque inuenit in axe
Torſit in occiduum nabathæis flatibus orbẽ.
Et quas ſentit arabs:& quas gangetica tellus
Exhalat nebulas:quicquid cõcreſcere primus
Sol patitur.quicquid cæli fuſcator eoi
Intulerat corus:quicquid defenderat indos.
Incendere diem nubes oriente remotæ
Nec medio potuere graues incũbere mundo:
Sed nĩbos rapuere fuga:uacat ĩbribus arctos
Et notus in ſolam calpen fluit humidus aer.
Hic ubi iam zephyri fines:& ſũmus olympi

Mõtana:ſcilicet herbas & larbores in montibus urebant. Omnis tellus:ideſt omnis occidens aruerat nimio frigore. Prior cœlo mergenti.i.occidenti:nam in mari ſol mergitur ſecundum uulgariũ opinionem. Aruerat:ſiccata erat.ſ.hyberno ſereno. Sed poſtq̃:ſed ubi inquit hyemi ſucceſſit uer ſtati calor liquefecit nubes:quæ a natura nimio frigore cõſtrictæ pluuias continuerunt. Ordo eſt: ſed tunc cynthia exhauſit boream & accepit flammas ab euro:& refulſit corona: poſtquam uicere: ſcilicet mortem. Portitor helles:ideſt aries:nota quidem hiſtoria de ariete aureum uellus habente: qui poſtea tranſlatus eſt in cœlum:& ſydus cœleſte petiit in zodiaco. Portitor:ideſt uector aries qui p mare Hellẽ uehebat:& quia retroſpexit eam excuſſit a tergo. Calidum titana:cum in ariete ſol excepiſſet.i.tempore ueris:nã liquefactæ ſunt niues & nubes calore ſolis reſolutæ effuſum imbrem emiſere. Vernus:ideſt qui facit tempus uernum:ſole enim exiſtente ĩ ſigno arietis æquinoctium eſt:xi.kal.Martii:& tẽpus ueris ẽ ſic ſol exiſtente in libra æquinoctium eſt autunnale. Dilapſæ quia eam a tergo excuſſit. Sydera reſ.ideſt ꝙ ſol in ariete eſſet. Libræ pondera temporibus:quia bis eſt æquinoctium. Vicere.ſ. noctes. Iterum.i.ſecundo quia ſemel dies uincũt noctem:ſed quando eſt æquinoctium autunnale:dies quoque uincunt noctem. Aequatis tẽporibꝰ: qa tantum ſpacium occupat nox quantum dies. Tũ ſole relicto:ideſt nouilunio quod ſecutum eſt ſtatĩ reſolutis niuibus pluuiæ & hymbres effuſi ciciderunt. Quo:eo tẽpore quo. Dubitãda:cũ luna primum noua ẽ dubitatur quid uideatur:non.n. plena ſatis uidetur:ũt affirmari poſſit lunã eſſe. Boream:frigidiſſimũ uentũ ſeptẽtrionalẽ: cuius frigore ante nubes conſtrictæ fuere. Euro:a uento orientali qui ideo calidus ẽ:quod ab oriente pflat. Illæ ſuo nubes.ſ.eurus flans ab oriente nubes oẽs a regione ſua ĩ occiduum compulit:& illic cõgregatæ nubes:poſtquã ſemel calore ſolis reſolutæ ſunt ingentes inundationes fecere. Torſit:cõpulit. Suo axe orientali. Nabathæis flatibꝰ.i. orientalibus a nabath:qui in regione orientis regnauit: & filius fuit Iapheti:nã Noe genuit Sem Cam & Iaphet: ex quo natus eſt Nabth a quo regio nabathea dicta eſt.Ouidi dius in primo methamorphoſeos.Eurus ad auroram nabathæaque regna receſſit. Quaſcũque nubes: omnes qui ibi fuerant in occidentem plagam compulit eurus. Arabs:populus orẽtis. Gangetica tellus.i. india:nã gãges flu.ẽ ĩ diæ & india pars ẽ extremi orientis. Exhalat:emittit. Primus ſol.i orięs ſicut ultimus occidens. Cõcreſcere:cõdẽſari. Quicquid c.patiꝰ:qa tã in oriente q̃ ĩ occidẽte calor ẽ ut ibi raro nubes uideãꝰ nimio calore:ſolis rarefactus ẽ aer ut raro nubes dẽſatæ uideãꝰ. Quicq̃d chorus ſubaudi torſit a ſupioribꝰ:nam corus ſeptẽtriõlis eſt uẽtus collateralis aquiloni. Fuſcator:tenebrator: nam flante coro pluuioſum & nubiloſum efficitur cœlum in occidente. Eoi:orientalis:qui collateralis eſt euro.
Quicquid.ſ.nubium.ſ.torſit. Defenderat a calore. Indos:populos in extremo oriente poſitos ideo nigri ſunt:quia ibi nimis calor eſt qui uultus hominum exurit. Incendere diem:nam nubes remotæ incendunt diem:unum ſequitur ex reliquo:quia remotis nubibus radii ſolis non impediunt quominus uĩ ſuam exerceant. Diem incendere.ideſt orientem. Nec medio:nec nubes in meridie eſſe poterant: qa illinc ſol nunquam ferme diſcedit. Graues:aquoſæ. Nymbos rapuere fuga. hyppalage p nymbi rapuere nubes. Ea fuga: ideſt uelocitate: nymbi dicuntur uenti cum pluuiis. Vacat: quomodo a ſufficienti numeratione probat in occidentẽ nubes compulſas fuiſſe:non erant in oriente:eſſe non poterant in meridie propter calorem:nec in ſeptentrione flante aquilone:relinquitur ergo ut cõpellerentur in occaſum. Arctos:ſeptemtrio. Vacat:uacuata eſt imbribus. Notus:ẽ uentus inflans a meridie. Solã calpen:ideſt in ſolum occidentem: calpe mons hyſpaniæ eſt quæ eſt in occidente. Calpen & abylicen:ut tradit Strabo:opinati ſunt quidam eſſe colũnas herculis:a radicibus huius montis,ſita eſt eiuſdem nominis urbs calpe uetuſtum:& haud abiectum ſane oppidum.hic mons circuitu quidem non magnus admodum altitudine uero ingens & erectus:adeo ut longinquis inſulæ formam præſtet. Hic ubi: nubes

Vndiqꝫ collectas eurus cõpulerat in occaſũ in eã precipue regionẽ:ubi caſtra cæſaris poſita erãt ex una pte ex altera uero pte Afranii & Petreii:nũc ergo dicit ꝙ zephyrus uẽtus qui pflat ab occidẽte terminũ ſuum ꝓfert uſqꝫ ad Aphrycũ oĩa nubibꝫ plena erãt:ſic.n.ſe hẽnt ſi orbẽ cœli cõſideres hic oriẽs eſt & eurus a pte dextra:Vulturnus a ſiniſtra:deinde ſeptẽtrionẽ uerſus boreas cõtiguus uulturno: deĩde corus contiguus ẽ zephyro a pte occidẽtali:circius cõtiguus ẽ africo & africus deinde collateralẽ hẽt notũ qui alio noĩe ap/pellaᵵ auſter dicit ergo qua pte terminos ſuos porrigit zephyrus uẽtus occidentalis ad africũ oĩa nubibus plena erãt:ut uix ſpaciũ qđ erat a cœlo uſqꝫ ad terrã nubes cape poſſent.

Cardo tenet tethym uetite tranſcurrere dẽſos
Inuoluere globos:cõgeſtũqꝫ aeris atri
Vixqꝫ recipit ſpaciũ:qđ ſeperat æthere terram
Iãqꝫ polo preſſæ largos dẽſanᵵ in imbres
Spiſſatæqꝫ fluunt:nec ſeruãt fulmina flãmas
Quãuis crebra micẽt:extĩguit fulgura nibꝫ
Hinc imperfecto cõplectitur aera gyro
Arcus:uix ulla uariatus luce colorem
Oceanumqꝫ bibit:raptoſqꝫ ad nubila fluctus
Pertulit & cælo diffuſum reddidit æquor
Iamqꝫ pyreneæ quas nunquã ſoluere titan
Eualuit fluxere niues:fractoqꝫ madeſcũt
Saxa gelu:tunc quæ ſolitis e fontibus exit
Non hẽt unda uias tã largas alueus omnis
A ripis accepit aquas:iam naufraga campo
Cæſaris arma natãt:ĩpulſaqꝫ gurgite multo
Caſtra labant:alto reſtagnãt flumina uallo.
Non pecorum raptus faciles nõ pabula merſi

Zephyri:fines inter africũ & ipm zephyrũ: Sũmus.i.ultimus nã ultimus & ſũ/mus ꝓ ſe inuicẽ ponũᵵ. Sũmus car.i.ultimus axis .ſ.occiduus. Tethi.ſ.ubi ẽ mare oceanũ occiduũ. Inuoluere glo.quia uẽti eas glomerauerãt ĩ occaſũ. Vix re.i.uix a toto q̃tũ a cœlo eſt ad terrã ſpacio ca pi poterant. Atri aeris.i.nebuloſi congeſtũ ſubie ctũ eſt.i.cõgeriẽ aeris & cumulũ. Atri quo ad nubi um cõdẽſationẽ. Re.capit. Terrã ſepat: tã ma/gna & immẽſa multitudo nubiũ erat ut ſpaciũ qđ ẽ a cœlo uſqꝫ ad terrã occuparet. Iãqꝫ po.more poe tagꝫ deſcribit hanc multitudinẽ nubiũ ut ſẽp res ex/tollãt p hypbolẽ iã inquit ſolis calore cõpreſſæ nu/bes & reſolutæ ĩ hymbres effuſos iuũdationẽ feceᵵ. Dẽſanᵵ:q̃ raræ erãt a natura ſic.n.aer cũ dẽſari ce perat in nubes cõuertiᵵ:quæ deĩde aquã calore ſo/lis haurientes poſtq̃ altius aſcẽderũt eodẽ calore ſo lis cõpreſſæ hymbres emittũt. Polo.i.calore ſolis. Spiſſatæ cũ altius euectæ fuerĩt. Nec ſeruãt ful. dicit tantã fuiſſe dẽſitatẽ nubiũ ut q̃uis fulgura cre/bra eẽnt:tamẽ ad oculos pueniᵵ nõ poſſe:rtinebãᵵ .n.craſſitudine nubiũ. Flãmas.ſ.ſuas retinere non poterãt. Moriunᵵ ful.declarat.ſ.in ipſis nubibus fulgura extĩgũᵵ. Arcus uix.ſ.apparebat:nã ita of/fuſcatus erat ꝙ uarii colores ĩ ipſo ꝓſpici nõ poſſẽt

Hinc:uidelicet ex ipſis nubibꝫ. Complẽctiᵵ aera:qa magnã cæli partẽ cõplectiᵵ. Gyro impfecto qa nubibꝫ exprimi nõ poterat. Variatus colorẽ.i.hẽns uariatũ colorẽ ulla luce:nã ſolis radii ex oppoſito re pcutientes nubes faciunt arcũ:ſed quia denſæ nubes erãt:id radii ſolis non uſque adeo poterãt penetrare & illuſtrare nubes ut arcũ efficerent. Luce:quia uarios colores arcus repreſẽtat:ut Mille ſecũ trahẽs ad/uerſa luce colores. Oceanũqꝫ bibit:quia una extremitas arcus uideᵵ in extrema pte cœli haurire aq̃s: nã arcus nũquã apparet quĩ ſtatĩ ſequantur pluuiæ:ergo poetæ finxerũt ipſũ ex mari aquas hauriᵵ:quas e nu bibus emittat. Raptos:hauſtos ſecundum uulgarium opinionẽ loquitur. Cælo:ſcilicet de. Diffuſum æquor:primo tractus aeris traxit in undas arcũ:deinde a cælo emiſit in terras. Iamque pyreneæ: dicit py reneos montes cõtiguos tauro mõti:per quẽ Hãnibal in italiam tranſiuit cũ altitudine ſua ſemper niues habuerũt:quia altiores ſunt eo minus calorẽ ſolis ſentire nõ poſſunt.& niues nũquã reſoluebãᵵ: ſed hoc tempore reſolutæ ſunt:ut multitudine hymbrium regionẽ oẽm hiſpaniæ inundarent. Pyreneæ niues ideſt pyrenei montis.Mõtes ſiquidem pyrenei Galliæ partẽ ab occaſu terminare dicunᵵ auctore Strabo/ne lib..iiii.mare ex utroqꝫ latere pertingẽtes & internũ & externũ:ab ortu rhenus q æquali:a pyreneis mõ tibꝫ ſpacio ad lineam ſpectabat:ab Aquilone & meridie ſic iacet ut a ſeptẽtrionalibꝫ promontoriis pyre/nes inchoans oceanus ãbiat uſqꝫ ad rheni eruptiones e regione aũt Maſſilienſe ac Narbonenſe pelagus. Eualuit:altitudĩe ſua. Fracto gelu:ideſt reſoluta glacie. Saxa:pyrenei mõtis. Tunc q̃ fon.unde quæ a fontibus exeunt:uiam inuenire non poterant per alueos ſuos qua fluerent: nam adeo alueos plenos inueniebant:ut rurſus in fontem aquæ recurrere cogerentur. Iam naufraga campis: iam plena omnia aquis erant:ut caſtra caſtris inundata eſſent:& arma militum natarent. Naufraga:ad ſimilitudĩnẽ nau/fragarum queadmodum enim naue fracta remiges & uectores ruunt per undas:ita arma Cæſarianorũ natabãt. Caſtra:uidelicet uallum caſtrorum. Labant quia uis aquarum uallos caſtrorum euellebat. Flu.reſtagnant:redũdãt & retro ſtagnant:ſtagnare ẽ locũ in ſtagnũ facere. Alto uallo:in altũ uallum

Non pecorum:ex hoc diluuio ſecuta eſt inopia commeatuũ:ut iam Cæſaris milites fame oppreſſi:nec ſibi cõmeatũ:nec equis facile ſubiicerẽt. Raptus fa.peco.i.nõ facile milites prædari poterãt pecora qui/bus ueſcerentur. Merſi.ſ.aquis. Nõ pabula:herbas intellexit: quia pabulũ ẽ equoꝝ & iu mentorum.

Vlla ferunt ſulci: tectarum errore uiarum
Fallitur occultis ſparſus populator i agris
Iamq́ comes ſemper magnorū prima maloꝝ
Sæua fames aderat: nulloq́ obſeſſus ab hoſte
Miles eget. toto cenſu non prodigus emit
Exiguam cererem. proh lucri pallida tabes:
Non deeſt prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli colleſq́ latēt: iam flumina cūcta
Condidit una palus: uaſtaq́ uoragine merſit
Abſorſit penitus rupes ac tecta fearum
Detulit: atq́ ipſas hauſit: ſubitiſque frementes
Vorticibus contorſit equos: & reppulit æſtus
Fortior oceani: nec phœbum ſurgere ſenſit
Nox ſubiecta polo: rerum diſcrimina miſcet
Deformis cæli facies: iunctæque tenebræ.
Sic mundi pars una iacet: quam zona niualis
Perpetuæq́ premūt hyemes: nō ſydera cælo
Vlla uidet: ſterili nec quicquā frigore gignit
Sed glacie medios ſignorum temperat ignes.
Sic o ſumme parens mundi ſic forte ſecunda
Aquorei rector facias neptune tridentis:
Et tu perpetuis impendas aera nimbis:
Tu remeare uetes quoſcūq́ emiſeris æſtus:
Non habeāt amnes decliuem ad littora curſū
Sed pelagi referātur aquis: cōcuſſaq́ tellus

Tectaꝫ er. & ēt gregarii milites qui pabulatū mittebāt: ut ex agris fœnū & herbā conueherēt: quibꝫ alerent equos ꝗ aquis oīa tecta erāt uiam diſcernere non poterant & ſæpe ipſis undis merſi aīam effūdebant
Tectaꝫ.ſ.aquis. Ocultis: pro occultatis. Fallitur: decipitur. Iamq́ comes: ex hoc diluuio ſecuta ē fames: & inopia rerum omnium. Comes malorum fa. quia fames peſtilentiæ comes ē: magna mala ſunt. bellū & peſtis: & ſēper fames eſt comes horum duorum malorū: unum nō eſt ſine altero. Obſeſſus miles.ſ.Cæſaris a nullo hoſte obſeſſus: nihilominus laborat inopia cōmeatus: ac ſi undiq́ ab hoſtibꝫ oppreſſus eſſet. Prodigus: quāuis ꝓdigus eēt: nō poterat exiguum panē emere: etiam ſi quæcūq́ poſſidebat pro exiguo pane cōmutare uellet. Proh lucri.p.t. ſed per exclamationem prorumpit in auariciā: quāta inquit ē hominū auaricia: nam in tanta rerum inopia inuentus eſt quidam qui ieiunus eſſe mallet ꝗ pecuniam acciperet: ꝗ neceſſaria ſibi retinere. Pro lato: ideſt proferenti aurum: ideſt paratus erat ipſe ieiunare: ut aliméta magno præcio uenderet. Iam tumuli: dicit inundationē tantam fuiſſe aquarū ut regio illa inſtar paludis eſſe uideretur: diluuiū ergo fuit. Vaſta uoragine.i.fouea quadā merſit oīa. Merſit: obruit. Detulit: de loco in locum. Tecta: cum cubilibꝫ ſuis. Subitiſq́ fre. ipſos ēt equos militum abſorſit. Fremētes. hiātes. Et reppulit æſtus impetus huius inundationis tātus erat: ut fluctus oceani uinceret & repelleret. Nec phœbūm ſurgere: tam denſæ erant tenebræ: ut nox a die nullatenus diſcerni poſſet. Miſcet diſ. Tātæ inquit erāt: & tā denſæ tenebræ: ut res a rebus diſcerni nō poſſent: ſicut illud Virgil. Et rebus nox abſtulit atra colorē: nam color eſt qui facit res a rebus diſcerni. Deformis: tenebroſi. Miſcet: confundit. Iunctæ: ideſt denſatæ tenebræ: ſcilicet miſcent. Sic mūdi pars: per ſimilitudinē oſtendit quantæ erant tenebræ in ea regione: non aliæ inquit erant in oca ſu.ſ. in ea parte hiſpaniæ ꝗ ēt eēnt i frigidiſſima zona: ubi cōtinuæ ſunt nubes & frigora. Zona niualis.i.oppreſſa niuibꝫ: ubi ſemꝑ frigora ſunt & gelu: nec radiis ſolis illuſtrať. Sterili frigore: nā frigus cōtrarius ē generatiōi reꝝ. Sed glacie medios .ſ.t. Ratio hoc facit ſphæræ: cœlū quinq́ teneť zonis: quarū media feruētiſſima ē: quia ab ea nūꝗ ſol ferme diſcedit: ſed duæ temperatæ ſunt: quia ī medio frigidiſſimarum & huius feruentiſſimæ ſūt: iō habitabiles ſūt: recte ergo dicit medios tēpat ignes zona quoq́ in extremo. Sed ignes: calores ſolis qui ꝑ ſigna zodiaci curſū ſuū pagit. Medios.i.mediæ zonæ. Signoꝝ: quia ſol ab ea nūquā ferme diſcedit. Glacie.i.frigore. Sic o ſūme parēs. hic poeta deos implorat: ut uelit hoc ꝑpetuū eſſe diluuiū: potiuſquā inter ſe Ro. bella conferant. Inuocat āt ioué atq́ Neptunū. Ioué ut perpetuos hymbres de cœlo mittat: neptunū ut ipſe miſſis undarū habenis totā hiſpaniā obruat potiuſquā bella ciuilia ꝑmittat. Sūme parēs: ſūmū ioué appellauit: cui prima ſorte cœlum obtigit. Nota ē fabula mortuo Saturno tres filii relicti ſūt: ſcilicet iupiter: Neptunus: & Pluto: qui ſorte īter ſe tria regna diuiſerūt: cœlū pria ſorte obtigit ioui: ſeūcda ſorte mare Neptuno: tertia ſorte terra plutoni cōtigit.

Aequorei tridētis: quia ſceptrum Neptuni tridens eſt: quod alio nomine fuſcina nominatur: hac.n.fuſcina piſcatores utuntur. Impedias aera: ideſt deſuꝑ facias aerē nebuloſum: & pluuias effuſoſq́ hymbres emittentem. Emiſeris: ſcilicet in hiſpaniā. Aeſtus. reme.ſ.in mare tumidū. Non habeant amnes: & ſemper mare tnmidum uetet in ſe ipſum aquas fluuiorum deſcendere. Ad littora curſum: quia naturaliter omnes fluuii decurrunt in mare. Littora maris. Referantur: retro ferantur: ſcilicet in fontem.

Aquis: ſcilicet fluentibus. Concuſſaque tellus: ideſt terræmotus: & ſic re uera contingere ſolet: ut terræmotu qui nūquā fuere ſubito erūpāt e diuerſo amnes: qui uero aliquādo fuere terræmotu ſorbeāť: ut ſemꝑ poſtea appareāt: ut de numico flu. legiť: ubi Aeneas demerſus ē: tamē in rerum natura nō inueniť.

Laxet iter: quia terræmotu flumina erūpunt. Rhenus: germaniæ flu. Hos rhodanus: & ſi nō ſufficeret rhenus rhodanus flu. galliæ inūdet hos cāpos. Obliquēt fōtes. ſ. ut ad hunc locū oēs deriuentur. Huc: ī hiſpaniā. Niues riphæas. i. ſeptētrionales. nā riphæi mōtes ſunt ī ſeptētrione poſiti: q̄ ſēp niuib9 tecti ſunt. Et ut īquit Solinus: dānata hæc ps mūdi: & a reꝝ natura ī nubē æternæ caliginis miſſa: ipſiſq̄ ꝓrſus aqlonis cōceptaculis rigētiſſima: ſola terraꝝ nō nouit uices tēpoꝝ nec de cælo accipit aliud q̄ hyemē ſēpiternā. Et miſeras. b. & cū hoc feceris ut omnē hiſpaniā inundaueris o iupiter atq̄ Neptune bella ciuilia impedi: quæ generi humano deteſtāda ſunt & abhominanda.

Laxet iter fluuiis: hos cāpos rhenus inūdet:
Hos rhodāus. uaſtos obliquēt flumina fōtes:
Riphæas huc ſolue niues huc ſtagna lacuſq̄
Et pigras ubicunque iacent effunde paludes.
Et miſeras bellis ciuilibus eripe terras.
Sed paruo fortuna uiri contēta pauore
Plena redit: ſolitoque magis fauere ſecundi
Et ueniam meruere dei: iam clarior aer
Et par phœbus aquis denſas in uellera nubes
Sparſerat: & noctes uentura luce rubebant:
Seruatoque loco rerum diſceſſit ab aſtris
Humor: & ima petit qcquid pendebat aquaꝝ
Tollere ſylua comas ſtagnis emergere colles
Incipiunt uiſoque die dureſcere ualles.
Vtque habuit ripas ſicoris cāpoſque reliqui
Primū cana ſalix madefacto uimine puam
Texitur in pupim cæſoque induta iuuenco
Vectoris patiens tumidū ſuperenatat amnē
Sic uenetus ſtagnante pado fuſoq̄ britānus
Nauigat oceano: ſic cum tenet omnia nilus

Terras eripere: ideſt ne concedas terram & locum romanis: ubi bella ciuilia facere poſſint. Sed paruo fortuna: poſt inuocationē hanc narrat poeta fortunam quaſi penituiſſe: q̄ nō nihil ab eo tenore quo ire ceperat ſecundum uota Cæſaris declinaſſe uidebatur: & paruo interuallo quod Cæſarē deſeruiſſe uidebatur: deinde multo plenior rediit ut in quo defecerat: id poſtea maiore copia ſuppleret. Contenta pauore: q̄ exiguū timorem inieciſſet Cæſari. Plena: Ideſt uberior & copioſior. Veniam me. quaſi indignatum Cæſarem metuerunt dii ſcilicet ut Cæſar ignoſceret diis qui quaſi quodammodo ſibi aduerſi fuere. Secundi: propicii. Iam rarior aer: nūc oſtendit quomodo dii magis propicii fuere Cæſari q̄ antea. Rarior: quia cū denſatur aer in nubes cogitur & pluuioſum cœlū reddit: at uero cum rarefactus aer erit nubes quæ ante denſatæ fuerāt rerefactæ in ſerenū reducūtur. Rarior. i. tenuiori. ſ. fuit. Par phœbus aqs: quia calore ſui par erat humori: quia antea phœbus ab humore & abūdātia quæ uictus fuerat & radii ſolis aqs. i. humori aquaꝝ. Sparſerat: attenuauerat nubes ī uelleris modū: nō. n. nigræ erāt aqs: ut āte: ſed plucidæ ut uellera q̄dā uidereſ. Noctes rubebāt: nā cū aer ſupueniēte nocte rubeus fuerit ita ducet craſtinā ſerenitatē. Seruato loco reꝝ. i. diffinito loco reb9 aq̄ in ſuū rediit: nā ſicut motus ita qetis triplex ē locus: uidelicet naturalis aialis uioléta: naturalis qes dicit̄ cū corpus ē in ſuo loco ſibi a natura determinato atq̄ cōſtituto: ut terra in centro: ignis: ī alto: aialis qes dr̄ cū aīa ceſſat a motu: ſiue ſuo appetibili cōiūcta: ſiue nō. Violēta āt qes dr̄ cū corpus ē ī loco ſibi adſtricto: & nō ꝓprio: ut e cōtrario diuiſa terra ī ſublimi: ignis uero ī cētro. Ergo ſeruato loco: ut ī cētro ſit qes terræ: ī oceano ſit qes aq̄rū: in cœlo & ſublimi ſit qes ignis. naturaliter poeta dixit hoc ī ſuū locū rediiſſe humorē: q̄ ātea in altiora euectus ē: nūc tādē cepiſſe ſeruare locū a natura cōſtitutū. Pendebat. ſ. ī aere deſcēdit ad ſpam ſuā. ſ. ī oceanū. Tollere ſylua co. ſyluæ obrutæ inūdatiōe aq̄rū: nūc ſenſim ſurgere cæperūt: nā defluētibus aqs ī alueos quodāmodo ſurgere uidebanſ. Emergere: apparere in ūdis.

Dureſcere: areſcere ſiccari. Viſo die. i. ſole: ātecedēs ꝓ cōſequēti. Vtq̄ habuit. r. Nunc dicit quid Cæſar ægerit: poſtq̄ aq̄rū inūdatio cepit declinari: nā ſimul atq̄ ītra ripas & alueū ſuū ſicoris fuit: ſtatī iuſſit militib9 ſuis ītexere naues: & ita uiminib9 ītextis corio cæſoꝝ iumētoꝝ eas texit: deīde his nauib9 milites traiecit. & cū nihil tale timerēt: hoſtes ſubito aufugierūt. Hiſtoria ē: nā ſæpe tētauit Cæſar tranſire alpes: hoſtes ī ulteriore ripa ſe obtulerūt ut Cæſarē ipedirēt: ille cōtextis nauib9 cū diſceſſiſſet: & ꝓcul ab hoſtib9 traiecit amnē prius q̄ ab hoſtibus ſentiretur. Hūit ripas. ſ. ſicoris ātea ſine ripis fuerat: nam īflatus ānis ripas trāſiuerat: nūc declinātib9 aqs ripas habere cæpit. Cana ſalix: qa frōdes ſalicis ex una pte canæ ſūt. i. uimina ſalicis. Madefacto uimine. ſ. ſalicis ut flexibiliores eſſent ī texēdo nauiculas. Cæſoq̄ īduta: cū texiſſent ſibi milites naues: deīde eas texerūt corio ut aquā retinerēt. Patiēs uec. ut ſuſtinere poſſet uectores. Superenatat. i. moueſ ſuper amnem: & exilit: celeriter micare eſt celeriter moueri. Sic uenetus: per ſimilitudinem oſtendit quomodo ſicoris fluuiū milites Cæſaris traiecere non aliter inquit q̄ nauigare ſolent Britanni per oceanum: tunc cum terra illa inundauerit: aut Aegyptii Nilo alueo ſuo decreſcente puppibus per agros ſuos nauigant: nam oceanus certo tempore britanniam inūdat: & nilus idem facit. Stagnante pado: quia aliquando padus ita inflatur: ut regionem omnem illam inūdet: ut per terram ambulare nō poſſint: ſed nauibus de loco ad locū neceſſe ē nauigare. Fuſo oceano. i. cū littora oceani cōtēpſerit.

Conſeritur bibula:i Aegypto naſcunt̃ ſcirpi ſiue iūci ualidiores & robuſtiores qbꝫ ſibi cibas intexerūt Aegyptii:& his utunt̃ cū nilus ægyptū inūdauerit. Mēphitis.i.ægyptiatica:nā Mēphis ciuitas ægypti fuit:unde mēphitici uates dicti ſūt. Ciba:dicitur ꝙ ad ſimilitudinē cubæ figuræ facta ſit: nā figura cuba ē cōcaua:& ab extremitatibꝫ edita. Bibula: arenoſa:qa papyrus i arenoſis naſcit̃ locis. Papyro:ſcirpo iūco

Tenet:obruit:& oīa inūdat. Hic ratibus.nūc dicit qd fecerit Cæſariani miles poſtꝙ pluuias tātas uidiſſēt:dicit hos icidiſſe arbores nemoris:& his arboribus texiſſe crates:qbus ſicori amnē poſſēt nauigare: ut facile trāſirī poſſēt:ſicut rō belli poſceret. Māus:

Conſeritur bibula menphitis cymba papyro.
His ratibus trāſuecta manus feſtinat utrique
Succiſum curuare nemus:fluuiique ferocis
Incrementa timens non primis robora ripis:
Impoſuit:medios pōtem diſtendit in agros.
Ac ne quid ſicoris repetitis audeat undis
Spargitur in ſulcos:& ſciſſo gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ:poſtꝙ omnia fatis
Cæſaris ire uidet:celſam petreius hilerdam
Deſerit:& noti diffiſus uiribus orbis
Indomitos quærit populos.& ſemp in arma
Martis amore feros:& tēdit in ultima mūdi
Nudatos cæſar colles:deſertaque caſtra
Conſpiciēs cape arma iubet:nec quærere pōtē
Nec uada ſed duris fluuiū ſuperare lacertis
Paretur.rapuitq ruens in prœlia miles
Quod fugiēs tiuiſſet iter:mox uda receptis
Mēbra fouent armis:gelidos a gurgite curſu
Reſtituūt artus:donec decreſceret umbra.
In medium ſurgente die:iāque agmina ſūma
Carpit eques:dubiique fugæ: pugnæq tenēt̃.
Attollūt campo geminæ iuga ſaxea rupes
Valle caua media:tellus hinc ardua celſos

multitudo militū. Succiſū nemus: p arbores iciſas:piphraſis ē. Curuare nemus.i.feſtinat texere crates. Fluuiiq ferocis: adhuc mēor priſtinæ inūdatōis miles cæſarianus: nō icepit a ripis flumīs pōtē:ſed lōgius ſpaciū occupat:ne inūdationes flumīs ipedire poſſēt:quo minus quo uolebāt traiicerēt. Incremēta:iflatōes flumīs. Robora: ligna. Primis ri.i pte prima ripaꝝ. Diſtēdit: porrigit. At neqd ſicoris:ꝑterea aliud fecit qd inundatio flumīs occurreret nā duxit alueos qbꝫ fluuius diminueret̃ ſi forte creſceret. Sulcos: meatus. Repetitis ūdis .i. remoratis inūdatiōibꝫ: ne iteꝝ creſcat. Dat pœnā.i.patit̃:qa ātea nimis iflatus fuerat. Poſtꝙ oīa.ſ. nūc dicit quō ſe habuerit hoſtes: uidelicet Petreius & Afranius:q poſtꝙ uiderūt mutatā fortunā:uidelicet res ex uoto fluer̃ Cæſari:ſtatuerūt īde diſcedere. Hiſtoria aūt ē: nā Afranius & Petreius ueriti ne oīa pabula intercluderent̃: qa Cæſar eqtatu multū ualebat:cōſtituerūt capta loci oportunitate inde diſcedere:& i celtiberiā bellū trāſferre: huic cōſilio ſuffragabatur: & illud qd priori bello i luſitania fecerat qd Pōpe. contra Sertoriū geſſerat ciuitates:q cū illo ſēſerāt magni Pōpeii uiribꝫ uictæ ipius abſentis fama uel noīe terrebant̃:q uero i amicitia & officio Pōpeii manſerāt maximis beneficiis affectæ eū diligebāt: ꝑterea pua admodū:aut nulla fama Cæſaris illuc puenerat:ergo inde diſcedere cōſtituerūt: ſed nō ex ſētētia ceſſit:nā Cæſar illoꝝ iter iterpellauit. Fatis.i. ire ſecūdū fortunā & uolūtatē Cæſaris. Noti orbis.i.cognitæ hiſpaniæ. Populos.ſ.celtiberos

Indomitos.i.bellicoſos. Amore:ob amorē belli In ultima mūdi:qa i ultima pte hiſpaniæ poſiti ſūt celtiberi. Nudatos Cæſar colles:ſed cū Cæſar uidit hoſtiū caſtra eſſe deſerta:ſtatī iuſſit militibꝫ tranſire flu.nec p pōtē traiicere:ſed natātes ad ulteriorē ripā ꝑperare:ut fugiētes pſeqrent̃: ūde ſicut ipauit Cæſar: ita milites executi ſūt. Iubet Cæſar.ſ. militibus ut arma capiāt. Nudatos colles:ubi caſtramentati erāt hoſtes: Nec uada. uidelicet loca ubi humilior aqua eſſet:p quæ loca exire poſſēt. Supare: uicere. Duris:fortibꝫ. Paret̃:ſtatī dicto Cæſaris milites fuerūt audiētes: & ſe i iter piculoſū iecere:ut pſequerēt̃ hoſtē:quix fugiētes ſe i tātū diſcrimē cōieciſſēt:q ipſi ſuſceperūt pſequēdo fugiētes Fugiēs: nā q fugit minus cōſiderat picula. Mox uda:humida quoniā mēbra ſua rigida frigidæ aq curſu fouere: uidelicet ipoſitis armis:& i pſequēdo hoſtes. Mox:deide. Curſu:ſubaudi cū. Reſtituūt:calefaciūt. Gelidos:frigefactos a gurgite:nā dū celeritate pſequet̃ hoſtes calefacta ſūt mēbra. In mediū ſur.die:qa deſtiterūt pſequi hoſtē:dū dies ſupuenit:nā magna pte noctis hoſtes ſūt ꝑſecuti. Decreſceret: diminueret̃. Surgēte die .i.cū iā luceſceret. In me.i aptū. Iāq ag.ſū.& iā adepti erāt cæſaris milites fugiētē hoſtē ut extremū eoꝝ exercitū cederēt:terga fugiētiū cedebāt. Eques.i.eqtatus. Carpit:occidit. Sūma ag.i. ultima.ſ.fugientis Petreii & Afrāii. Dubiiq fugæ:qa icerti erāt fugerēt ne:an cōuerſi cōtra Cæſariāos pugnarēt. Attollūt cāpo:deſcribit nūc locū:ad quē fugiētes Petreii & Afranii milites:& pſequētes Cæſariāi puenerūt:dicit uallē cauā fuiſſe i mediaq ualle duos colles ſurrexiſſe:q terra cōtinuabantur:iter colles hos media uia erat: ad quā ſi pueniſſēt fugiētes:tuti etiā inuitis cæſarianis ſe i extremas hiberiæ ptes cōtuliſſēt: ergo Cæſar ut āte caperet locū milites ſuos ꝑpare iuſſit. Cāpo.ſ. ualle caua. Gēinæ ru.duo colles. Tellus.ar.hæc uallis ē i medio.duo colles erāt.ſ.a dextris & a ſiniſtris:deinde uia altior cōiūgebat. Hos:colles: Hic ab una pte.

Continuat:cõiungit. Amfractus:ꝓprie dicit̃ locus ꝓceps:dicit ergo uias illas ũdiq̧ clauſas fuiſſe amfractu colliũ.i. præcipitio ut locus ille inacceſſibilis eſſet. Latuere.i.occultæ fuerũt. Quibus.h.p. dicit ꝙ ſi ad hãc uiã ueniſſet hoſtes tũc ire potuiſſet quo cepant.i.uictis cæſarianis:uidelicet ĩ extrema hiberiæ. Hoſte potito.ſ.illis facibus q̃ erãt iter duos colles. Indeuia.i. remota loca & ultima.i.uſq̧ in celtiberiã. Feras gẽtes.i.bellicoſas:qa bellicoſi ſunt celtiberi. Ite:ergo cũ Cæſar iã mitteret milites:ꝑuenite ĩqt militibꝫ hoſtẽ:& occupato loco fugiẽtibus occurrite:ut nõ a tergo illos:ſed a frõte cedatis. Ite:occurrite ſine ullo ordine.ſ.ĩ ꝑſequẽdo hoſtẽ. Cõuertite.ſ.ĩ uos fugã ſubaudi ad. Raptũ:qa rapti fugere tẽtãt. Faciẽ pugnæ:ocurrite illis a frõte:ut nõ a tergo uos ſẽtiãt. Nec liceat:cũ illi fugiẽt. Ignaua morte.ſ.a tergo:& facite ut milites ignaui moriant̃ fortiter. Pauidis.i.fugiẽtibꝫ:qa mors ignaua ẽ fugiẽtibus. Dixit:hæc ubi dixit Cæſar ſtatĩ milites paruer̃:& iã ad hoſtẽ uenere. Illic:hoſtes ubi iã uiderũt ſe dephẽdi caſtra poſuerũt & Cæſar haud ꝓcul inde caſtra poni iuſſit. Illic:ĩ eo loco ubi Cæſariani adepti erãt hoſtẽ. Locãt:utriq̧.ſ.Cæſar & Petreius. Exiguo uallo:qa nõ erãt ſpaciũ lõgioris ualli iaciẽdi: ergo in orbẽ ãguſtũ caſtra poſuerũt. Poſtq̃: & cũ caſtra nõ ꝓcul uterq̧ exercitus poſuiſſet data ẽ facultas uidẽdi .i.ut ĩter ſe milites cõſpicerẽt de caſtris:& fratres cõſpicerent fratres: patres filios &cætera & primo q̄dem taciti ſe ſalutabant:& enſe quem cuncti tenebant inclinato ſignificabant ſalutem:ſenſim proceſſerunt eo ut intra uallum hoſtium tranſirent:& iã eo res peruenerat :ut pax ſequutura uideretur ſed Petreius & Afranius ubi periculum uiderũt: ne ſui milites moti pietate ſuoꝝ cũ Cæſare iũgerẽtur: armati cũ aliquot cohortibꝫ ueniũt:& hoſtẽ e caſtris trudũt:ſuoſq̧ acriter rephẽdũt ꝙ fidẽ datã Põpeio ſenatui:atq̧ rei pu. ꝑdere uoluerĩt:& ita cõcordia q̄ ꝑpe modũ cõiuncta erat excuſſa ẽ:Nec hic fabuloſe loqt̃ Lucanus ꝙ hæc fere eadẽ ab Apiano referunt̃. ait.n.cum Petreius & Afranius ad iteriora hiberiæ loca receſſiſſẽt:aliũ paraturi exercitũ:ꝙ Cæſar iſecutus:foſſa ꝑpeditos ulterius tranſire prohibuit: eoꝝ quoq̧ ꝑtẽ ad exercitus ſui detẽtionẽ ꝓdeũtẽ circũdedit:hi aũt capita clypeis ſubiiciẽtes: qd deditõis ſignũ haberi ſolet:ſeipſos tradere ſignificabãt:Cæteꝝ cæſar nec ſuſcepit eos:nec ullo genere mortis affecit: ueꝝ ad Afraniũ redire cõceſſit:oĩſariã bladiciaꝝ gener̃ ad hoſtes uſus:q̃ ex cã milites in unũ ſe imiſcẽtes loq̄bãtur:& iã ſermones ĩter eos de cõuẽtiõe agitabant̃:Tãdẽ Afranio cæteriſq̧ ducibꝫ hiſpania excedere uiſũ ẽ:eãq̧ cæſari reliquere & nullo accepto ĩcõmodo ad Põpeiũ redire :his Petreius aduerſabat̃: & ꝑ exercitum hĩc ĩde diſcurrẽs:quoſcũq̧ cæſaris militibꝫ imixtos repiſſet ferro ſeq̄bat̃. Inſurgẽtibꝫ ĩ eũ exercitus primoribus:unũ ex ipſis ẽſe cõfecit:aquatõe tãdẽ a cæſare ĩtercepta:Petreius ĩ arcto cõſtitutus cũ Afranio ad colloquũ cũ cæſare ꝑuenit exercitibꝫ utraq̧ ꝑte ſpectãtibus:cõuenere igit̃ cũ illo hiſpania excedere: eamq̧ ſibi poſſidẽdã tradere:ſi ultra fluuiũ tutos ꝑmiſiſſet:indeq̧ ad Põpeiũ liberos abire ſineret. Lumina lãguẽtia ſpa.i.uiſus oculoꝝ nullo ĩteruallo hebetãtur. Videre.ſ. ĩ cõſpectu ſuo p̄res filios. Dephẽſũ ẽ.c.tũ denique intellectum eſt quantum nefas eſſet ciuile bellum. Metu:ſcilicet ſuorum ducum:quia non audebat hinc Cæſariani milites ſalutare illos e diuerſo. Nutu: capitis. Enſe: quia educto ẽſe e uagina aciem gladii in manu tenebant : & inclinato capite ſe ſalutabant. Mox ut: Scilicet ſed ubi ſenſim appropinquauerunt: & uis pietatis animos utriuſque impulit: primo quidem auſi ſunt Cæſariani milites tranſcẽdere uallum. Amor ardens: Ideſt uis magna amoris: qui legem dat amantibus. Rupit leges:quibus ducibus ſuis adſtricti erant: quia iure iurando affirmauerãt fidem datam ſeruare. Vallum:ſcilicet Petreii & Afranii. Palmas:quia occurrebant milites militibus:& inter ſe non tanquam hoſtis hoſtem : ſed ut amicus amicũ amplectebatur. Hoſpitis ille:nũc cauſas exponit quibus illi in amorẽ ſine ullo ordine ruerũt. Ciet:uocat:noĩatim hoſpes hoſpitẽ appellabat. Propiquũ.i.ſãguie ſibi cõiũctũ. Admonet hũc ſtudiis:& amicus familiarẽ ſuũ aſpiciebat:cũ quo ab ineũte pueritia uſus & cõſuetudo fuerat. Pueribꝫ ætas: quia ſimilitudo ſtudioꝝ maximũ ẽ amoris uinculũ:ut Virgi. Adeo ĩ teneris cõſueſcere multũ eſt.

Continuat colles : tute quos inter opaco
Amfractu latuere uiæ:quibus hoſte potito
Faucibus emitti terrarum in deuia martem
Inq̧ feras gentes cæſar uidet. ite ſine ullo
Ordine ait:raptumque fuga conuertite bellũ.
Et faciem pugnæ uultuſq̧ inferte minaces:
Nec liceat pauidis ignaua occumbere morte
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: & ad mõtes tendentem ꝑuenit hoſtem
Illic exiguo paulum diſtantia uallo
Caſtra locant:poſtquã ſpacio lãguẽtia nullo:
Mutua conſpicuos habuerũt lumina uultus:
Et fratres natoſque ſuos uidere patreſque
Deprenſum eſt ciuile nefas: tenuere parump
Ora metu tantumque manu motoq̧ ſalutant
Enſe ſuos mox ut ſtimulis maioribus ardens
Rupit amor leges audet tranſcẽdere uallum:
Miles in amplexus effuſas tendere palmas:
Hoſpitis ille ciet nomen uocat ille propinqui
Admonet hũc ſtudiis cõſors puerilibus ætas:

Nec ro.erat:ſed pegrinus:ipſi ro:inter ſe cognoſcebant p̄ter quã qui ex hiberia & Celtiberia erant cũ Pe/treio & Afranio:& ex gallia cũ Cæſare erãt:illi ergo nõ cognoſcebãt hoſtem. Arma rigant:.cũ ita inter ſe cõiuncti alloquerẽtur:primo quidẽ lachrymas dabãt & ſingultus uerba impediebat. Singultibus: quia primum uerba exprimere nõ poterãt dulcedine quadã pietatis. Quæ po.feci.quia obſeruabat̃ oculis eorum quãtum mali facere poterãt:uidelicet pater filiũ: filius patrẽ: familiaris familiarẽ occidere potuiſſet.

Maculatus ſãguine:Ideſt nullam cædẽ ꝑpetrauerit. Quid pectora.p.& cũ i notitiã uenit ſceleris quod facere poterat ſibi pectora pulſabat dicens.Hei mihi quo redactus fui ut paululum affuerit: quin patrem occiderem: Reprehenditq; eos poeta dicens: ſtulte quid pectora ꝑcutis: quaſi doleas ꝙ tantũ ſcelus cõmittas:nũquid difficile eſt pacẽ agere quaſi dicat facile eſt:uidelicet ſi uolueris Cæſarem deſerere ergo hanc tibi neceſſitatem inducis:quam ſi uolueris facile uitare poteris: ut quem potentem feciſti: priuatum reddas. Quid.i.cur:quaſi reprehendit ipſum poeta ꝙ huic periculo redactus fuerit. Ve ſane:inſane. Ve dicit priuationẽ ſicut uecors. Inanes:uanos.i.cur inaniter fles:cum poſſis tuis tibiq; conſulere. Sponte:quaſi coactus ſis ad hoc facinus belli te peruenire. Times.ſ.cæſarem cui niſi parere uolueris te cogere non poterit. Claſſica dent: oſtẽdit ſi modo uoluerit miles poſſe a bello deſiſtere.nam ſi Cæſar iubet tubis ſignum belli dari: tu neglige cantum:nec ad cantum tubæ ſumpſeris arma. Claſſica:ideſt tubæ. Bellum:ideſt ſignum belli. Signa ferant:contra hoſtem.ſ. iubẽte Cæſarẽ Ceſſa:deſiſte noli ire. Iam iã ciuilis he. ſi hoc feceris furor d̃ſiſtet: & Cæſar qui perſequit̃ generum ſuum Pompeium ubi ſe priuatum uiderit non parentibus militibus:illum amare incipiet. Concidet:deſinet. Priuatus.ſcilicet non parente milite.

Nec romanus erat: qui nõ cognouerat hoſtẽ
Arma rigãt lachrymis:ſigultib⁹ oſcula rũpũt
Et quãuis nullo maculatus ſanguine miles
Quæ potuit feciſſe timet:qd pectora pulſas?
Quid ueſane gemis? fletus quid fũdis ianes?
Nec te ſpõte tua ſceleri parere fateris?
Vſq; adeo ne times? quẽ tu facis ipſe timẽdũ?
Claſſica dent bellum: ſæuos tu neglgie cãtus
Signa ferat: ceſſa tu iamiam ciuilis herinnys
Cõcidet: & cæſar generum priuatus amabit.
Nunc ades æterno complectens omnia nexu
O rerum mixtique ſalus concordia mundi
Et ſacer orbis amor: magnũ nũc ſæcula nr̃a
Venturi diſcrimen habent: periere latebræ
Tot ſcelerum:populo uenia ẽ erepta nocenti
Agnouere ſuos. proh numine fata ſiniſtro
Exigua requie tantas augentia clades.

Nunc ades æterno:poeta hic concordiam inuocat ut adſit perpetuoque maneat nam periculum dicit̃ inſtare ut ibi charitas appareat ea etiam in futurum quæ eſt inter ſanguine coniunctos uidelicet exẽplo ꝓpoſito ꝙ hi ſe mutuis uulneribus ſcientes occiderunt nulla ſanguis coniunctione deterriti. Ades:pro adſis o rerum ſalus quia niſi concordia eſſet:nec ipſa rerum primordia ſtarent: nam id eſt ex quo ꝓbant philoſophi primam materiam eſſe:uidelicet ꝙ inter ſe concordia quadam cuncta tenent̃: dicunt enim non ſecundũ diuerſas qualitates cõiuncta eſſe inter ſe elementa.i.reꝝ primordia:ſed ſecundũ eas magis diſcerni uel diſſentire frigus a calore:humidũ a ſicco:ſed eſt aliud cõe omnibus.i.cõcordia:qua inter ſe cõiuncta manẽt. Cõcordia mundi:quia ex diuerſis qualitatibus q̃ in mũdo ſunt cõtinent̃. Et ſacer orbis amor:hoc ad humanũ genus ſpectare uidet̃:nã ſi inter ſe amore coniũctum teneret̃ humanũ genus:nec domus:nec urbes:nec ipſe orbis terraꝝ ſtare poſſet:ſed hoc primũ a pietate prouenit:deinde a iuſticia: nã ſicut Cicero ait: Sublata uerſus eos pietate fides tollit̃ hominũ iter ſe ſocietas: & iuſticia quæ eſt hominũ maxima uirtus. Tollat̃ ſacer amor.i.cõiũctio iter amicos & amicitiã:q̃ ſalus ẽ totius orbis.ſ.adſis ꝙ oĩa cõſeruas:& ĩ te oĩa cõſiſtũt. Magnũ nũc.ſ.n.qa nũc in magno ꝑiculo uẽturi ſumus:ne ĩ futuꝝ charitas ꝑeat:& ea q̃ eſt iter ſãguĩe cõiũctos:nã ꝓpoſito hoꝝ exemplo q ſe mutuis uulneribus ſciẽtes occiderũt nullo ſanguinis uinculo deterriti:ꝑiculũ ẽ:ne id poſteri quoq; faciãt. Diſcrimẽ:ꝑiculũ. Vẽturi:ne malo hoꝝ exẽplo arma cõtra ſe ipſos hoĩes ferãt.& filii cõtra ꝑentes. Periere latebræ:declarat qa iã nõ ignorãtiæ poteſt atribui hoc poſtq̃ inter ſe ſemel cognouerũt:pater filium:filius patrẽ:tamẽ mutuis uulneribus ſciẽtes occiderũt: nõ eſt dubiũ qn poſteri malo horum exemplo:idẽ facturi uideant̃ latebræ.i. ignorãtia quia primo neſciebãt cõtra quos arma ſtringerent:ſed nunc non poterunt ſine magno ſcelere conſerere manum. latebra hoc nomen in proſa corripitur: in uerſu uero pro ratione metri modo corripitur: modo longatur. Populo uenia eſt:nunc ipſos cognoſcere ſuos non excuſandi erunt. Proh numine fata: o fata inquit quam aduerſum fuit numen. Romanis: ut uolueritis illos breui tempore eſſe concordes quaſi ſcelus inexpiabile faceret:nã ãte ſi utriq; exercitus cõcordes fuiſſẽt: nõ ignoraſſet ſcelus:ſed bella gerebãt:qa non ſe cognouerũt: ſed hoc fata interuallum diis ꝓſtare aduerſis uoluerunt: ut inter ſe cognoſcerent ꝙ ſcelus magnũ conſeq̃ret̃. Proh:exclamatio. Siniſtro nuĩe:ꝓ ſiniſtri numinis. Exigua re.i.ꝑua:interuallo poſito quo ĩter ſe cognouerũt tãtas clades:cõcordia hoc fecit:ut futura clades maior ſit:& interuallo non dignoſcẽda.

Pax erat:nũc redilt ad ꝓpoſitũ poſt iuocarã cõcordiã quã orabat:ut ꝑpetuo mãeret:ne hoꝝ exẽplo ſequeret q̃dã maior clades apud poſteros. Et miles caſtris:nã cæſariani milites i caſtris Petreii:& Petreii milites i caſtris Cæſaris ꝑmixti erãt. Errabat:quia iter eos iã nouũ fœdus cõpoſitũ erat. Duro cõcor .ceſ.qa tabulata nõ erãt:quibꝫ mẽſas pararẽt:ſed de duro ceſpite mẽſas ſibi ſtruebãt. Libamĩa baccho:qa mos erat ãtiquis ut ãtequã biberẽt exiguũ uini i ignẽ ĩfũderẽt:& id baccho libari dicebãt a græco η λοιβη .i. libamẽnis.απο τοῦ λειβω.i.fundo. ita id uinũ q̃ſi primitias dicebant. Libamĩa.ſ.iſtituũt. Graminei:ex herba ĩcẽſi & i gramine cõſtituti. Luxere.i. fulxerũt.

pax erat & caſtris miles permixtus utriſque
Errabat. duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt: & permixto libamina baccho
Graminei luxere foci: uinctoque cubili
Extrahit inſomnes bellorum fabula noctes:
Q uo primũ ſteterint cãpo: qua lãcea dextra
Exierit. dum quæ geſſerunt fortia iactant.
Et dum multa negãt quod ſolum fata petebãt
Eſt miſeris renouata fides: atq; omne futurũ
Creuit amore nefas. nã poſtquã fœdera pacis
Cognita petreio ſeque & ſua tradita uenum
Caſtra uidet fãulas ſcelerata ad prælia dextras
Excitat: atque hoſtes turba ſtipatus inermes
Præcipitat caſtris: iunctoſq; amplexibus enſe
Separat. & multo diſturbat ſanguine pacem:
Addidit ira ferox moturas prœlia uoces.
Immemor o patriæ ſignorum oblite tuorum
Nõ potes hoc cauſæ miles præſtare ſenatus:
Aſſertor uicto redeas ut cæſare: certe
Vt uincare potes: dum ferrum incertaq; fata
Q uiq; fluat. multo nõ deerit uulnerẽ ſanguis
Ibitis ad dominum: damnataq; ſigna feretis
Vtq; habeat famulos nullo diſcrimine cæſar
Exoradus eritẽ ducibus quoq; uita petẽda eſt

Foci:dicuntẽ loci ubi ignis ſeruatẽ a fouẽdo dicti. Iũctoq; cubili:i eodẽ lecto dormiẽtes iter ſe cõfabulabantẽ de bellis iter ſe geſtis. Fabula.ſ. belloꝝ geſtorũ a ſe. Extrahit.i.ꝓducit.Inſõnes noctes:qa uigilabãt dulcedine amoris cõfabulãtes. Quo. quæ fabulæ illæ erãt dicit. Narabãt.n. Cæſariani milites: q̃ bella i gallia geſſere:dũ ꝑ.x.ãnos ſub cæſare militabãt Exierit.ſ.i hoſtẽ. Quod ſolũ .f.p. ita dii ĩquit uolebãt ut fides reſtitueretẽ & ad ſuos utriq; duces r̃dirẽt r̃nouata fide q̃ obliti uidebantẽ:nã cæſariani milites obligauerãt ſe cæſari:& Petrei Petreio. Reno.r̃ſtituta. Futuꝝ:q futurũ erat. Amore.ſ. uiolato. Nã poſtquã:quõ hoc factũ fuerit declarat.nã petreius ĩquit poſtquã uidet caſtra ſua plena eẽ militibus cæſarianis: uidẽs fore ut ipſe cũ ſuis oĩbꝫ cæſari ꝑpe modũ uẽderetẽ: & ſuæ ſalutiq; ſuoꝝ metuens ſatellites ſuos arma ſumere iuſſit:& cũ i tẽtoriis militũ ĩſediſſet: ubi cũ oĩbꝫ cõuiuia celebrabãt mẽſas diſturbat:quoſdã uulnerat:nõnullos ĩterficit.& ita eiectis e caſtris cæſarianis: ad cõditionẽ in lites ſuos cõuocat:& eos acriter reprehẽdit: q facile obliti libertatis ſe i ſeruitutẽ cæſaris cõferre uoluerit. Nã poſtquã.ſ. ſunt cognita fœdera pacis quã cũ Petreii militibꝫ ſua ſpõte fecerãt:& ne ipſe cũ ſuis uẽdatẽ. Tradita uenũ.i.uenũdata eſſe: unde uenundo dr̃ a uenũ & do:& dare uenũ ẽ uẽdere. Dextras.ſ.ſatellitũ ſuorũ. Ad ſcelerata:quæ uidelicet diſcordiã ꝑturbarẽt: & charitatẽ illã uiolarentẽ. Turba .ſ. ſatellitũ ſuorum. Inermes: qa depoſitis armis iter ſe pacem agebãt. Præcipitat:præcipitando expellit e caſtris. Amplexibus:quia adhuc ſe amplectabantur. Diſturbat:diſſipat. Sanguine:cæſorum & uulneratorum. Addidit ira ferox:non cõtẽtus fuit eieciſſe quoſdam Cæſarianos e caſtris: quoſdam uulneraſſe: niſi concione reuocata milites ſuos acriter reprehenderet. Ira ferox:pro ipſe iratus. Moturas:cõcitaturas animos ad prœlia. Immemor o patriæ:primo meliorem ſuam cauſam oſtendit:quod in principio facere ſolemus:& eſt ratio diſſuaſoria quæ in deliberatiuo genere poſita eſt:quia habet diſſuaſionem:uidelicet ne uelint ſub obtẽtu pacis ſe Cæſari in ſeruitutem tradere:oblitus es ne inquis melioris cauſæ: uidelicet qui partes ſenatus populiq; Ro. ſuſcepiſti:locus eſt a rebus ipſis:uidelicet cum cauſam noſtram extollendo aduerſariorum per cõtemptionem deprimemus. Non potes: occurit ĩ principio:quia dicere poteras non poſſumus uincere:ergo ſatius eſt ut cõcordiam & pacem agamus: Reſpõdet ſi uincere nõ potes mori potes: ergo ſatius eſt ut liber moriaris: q̃ ſeruus uiuas. Cauſæ:ideſt qui meliorem cauſam ſequeris: & pro rep. arma ſumpſeris.

Aſſertor:ideſt uindex libertatis:unde aſſererẽ dicitur ſeruus:qui ſolet ſeruitutem in libertate uendicarẽ. uerbum eſt iuris. Vt uincare:non potes hoc facere dicis:quia inferior es uiribꝫ. Moriare ideſt moriaris pro libertate potius q̃ in ſeruitute uiuere. Incerta fata:ſcilicet nõn deerunt nobis: quia ĩn dubio adhuc ẽ pugna uter uictor futurus ſit. Ibitis:ſcilicet r̃dibitis ad dominũ ut ſeruiatis:cũ liberi eẽ poſſitis. Feretis: ſuſtinebitis. Damnata ſigna:ſcilicet Cæſaris:ideſt quæ ſemel damnaſtis:tunc cum Pompeii ſigna prætuliſtis.q.d.nõ debetis ſeruirẽ. Vtq; habeat ſlu.pulchrũ ẽ inqt exorarẽ Cæſarẽ:ut uos uelit i ſeruitutẽ r̃ciperẽ

Nullo diſcrimine.i.certamine:uidelicet incruento marte. Ducibꝫ quoq; uita.ſi diis placet hoc pacto cũ Cæſare conuenietis:ut uos accipiat:& uobis uitã donet:ſed nõ patietẽ hoc. Ducibꝫ:petreio & afranio

Preciū merces.i. nūq̄ paciſcemur ꝓ libertate ſeruitutē. Nō hoc.c.b.nō intelligitis qđ Cæſar agat:& milites ſui. Nō.n. hoc facit ut uiuamus:ſed ſub obtētu pacis ſeruitutē dabit:ſi ei parere uoluerimus. Preciū merces:arguit a ꝑte honeſti.i.fortitudinis:quia uiri fortis ē glorioſe mori:potius q̄ turpiter uiuere. Nō chalybē gētes:ſēſus ē ſi hoīes ſeruire poſſēt bella nulla gererent:ſed libertatis cupido facit ut hoīes uelīt alii aliis eē ſupiores.ē autē argumentū a cōpatione:nā i locis argumētoꝝ cōtinet a pari:a ſimili:a maiori:& minori:& a cōpatione.i.cū cōpatur res rei:quærit .n.utrū libertas āteponēda ſit paci:an pax libertati

Nunquā noſtra ſalus preciū merceſq̄ neſādæ
Proditionis erit.non hoc ciuilia bella
Vt uiuamus agūt:thraimur ſub noīe pacis.
Nō chalybē gentes penitus fugiente metallo
Eruerent:nulli uallarent oppida muri
Non ſonipes in bella ferox.non iret in æquor
Turrigeras claſſis pelago ſpatſura carinas
Si bene libertas unquam pro pace daretur.
Hoſtes nempe meos ſceleri iurata nephando
Sacramenta tenent.at uobis uilior hoc eſt
Veſtra fides quod pro cauſa pugnātibꝰ æqua
Et ueniam ſperare licet:proh dira pudoris
Fœdera:nunc toto fatorū ignarus in orbe
Magne paras acies: mūdiq̄ extrema tenētes
Sollicitas reges.cum forſan fœdere noſtro
Iam tibi ſit promiſſa ſalus:ſic fatus & omnes
Concuſſit mentes: ſcelerūq̄ reduxit amorem
Sic ubi deſuetæ ſyluis in carcere clauſo
Manſueuere feræ.& uultus poſuere minaces
Atq̄ hominē didicere pati:ſi horrida paruus
Venit in ora cruor:redeunt rabieſq̄ furorq̄

Si bene libertas.i.ſi hoīes æquo aīo ſeruire poſſēt i pace:nulla belloꝝ cā ꝓrſus eēt:ordo:rēdit ad eū locū:ſi bene libertas nūquā daret ꝓ pace. Gētes non er.c.i.nō quærerēt ferrū:quo arma fabricarē. Chalybes: populi ſūt i oriēte apud quos optimū ferꝝ i uenit: Vir.ſecūdo Geor. At chalybes nudi ferrū. Hos.n.ferri copia:ut iqt Strabo:illuſtres fecit: apđ chalybes pharnatia ſita ē i mari habēs pelamydū copiā:i terra uero ſūt metalla:nūc ferri prius etiā argēti iminēt mōtes metallis pleni ac ſyluis. Nulli ual. opi.mu.nec ēt mœnia ædificarent: qbꝰ ſe ab hoſtibus defēderēt. Fugiēte metallo:qa ipſius metallū i terius fuger uidet: & hoīes illud humano labore effodiūt. Nec ſonipes:nec bella terreſtria eſſent:nec maritima. Turrigeras carinas:qa turritæ ſūt carīæ quibꝰ bella gerunt. Pelago:ꝓ pelagus. Nō iret in æquor:nō ſubducent i mare naues triremes & quadriremes. Si bene libertas.i.ſi pax libertati eſſet āteponēda. Hoſtes nēpe meos:ab honeſti ꝑte arguit: a iuſticia:a ꝑtibꝰ iuſticiæ:quē ueritatē Cicero appellat:nā ueritatis fides ē cuſtos: fidē dictam eē uolunt Stoyci ꝙ fiat qđ dictū ē:arguit ergo a iuſticia:uidelicet debere eos ſeruar fidē datam Pōpeio:q̄ deīde ipſis ducibꝰ obligati.arguit etiā a minori ad maius:nā ſi hoſtes cæſariāi q deteriorē cām ſequūtur: ipi quoque arma ſūpſerūt:ut unus cæſar regnet ac domiet tamē milites ſibi fidē ſeruāt:quāto magis uos eā ferre debetis: qui non ꝑ unius impio: ſed ꝓ libertate: ꝓ rep.ꝓ ſenatu populoq̄ Ro.arma ſūpſiſtis? Sacramēta tenēt: tāetſi iuſiurādū ꝓſtiterūt: ut ꝓ unius dominatu pugnarēt:tamē fidē datā ſeruāt. Sceleri nefan.ſ.Cæſaris. Iurata:abſtricta. Quod ꝓ cā.pu.æqua.ꝓ ciuitate:ꝓ libertate:ꝓ legibꝰ:atq̄ iudiciis defēdēdis: Et uenia ſperare licet:Vos tamē meliores eſtis q̄ Cæſaris milites:a quibꝰ ēt ueniā ſperare poteſtis: ut uobis ignoſcāt:& Cæſar ꝙ arma cōtra illū ſūpſeritis:cū uos hōeſtiorē cām defēdatis:imo cæſar a uobis ueniā petere deberet. Proh.dira.pu.fœ. Nūc ꝓ cōqueſtiōe erūpit. Dira.fœ.ſ.ipius Cæſaris. Pudoris:nō aduertitis:quātū dedecus admittatis q pati eſtis cōtra maieſtatē ueſtri ipatoris Pōpeii fidē iūger cum Cæſare:& ab eo ſi diis placet ueniā petatis:qđ idignū ē ætate:fortuna honore:& maximis meritis: quibꝰ uos & rēp.ſibi obligauit. Dira.i.ſæua fœdera:quæ uos iſtituiſtis. Nūc toto fatoꝝ:nūc q̄ſi apſtrophat ad Pōpeiū: o Pōpei quo nā redacti ſūt milites tui uides qui ꝓ dignitate tua totū orbē i bella cōcitas: arma ſūis ꝓ libertate aduerſus Cæſarē:& milites tui parāt turpiter a Cæſare ipetrare ſalutē quod i dignū ē ætate. Fatoꝝ.i.ſuaꝝ reꝝ q̄ iſtic gerunt. Paras acies: paras totū orbem ad arma cōcitar ꝓ libertate. Cū forſan fœ.noſtro:cū iā nos milites tui:ſe cū illis cōmemorat:paciſcamur ſalutē tuā a Cæſare. Sic fatus:cōcludit nūc quō ſe habuerīt miltes audita orōe Petreii. Cōcuſſit:cōmouit. Oēs mētes.ſ.militū. Reduxit.reſtituit. Amorē ſceleꝝ.i.charitatē:quā đpoſuerīt moti pietate ſuoꝝ. Sic ubi deſuetæ:ꝑ ſimilitudinē oſtēdit quomō redierīt i priſtinū furorē:quēadmodū iquit cuſtos & magiſter leonū:q eos i cauea ſeruat.ita plerūq̄ ſubigit:ut icipiāt paulati mānſueſcere & hōis iperia pati:ſed ſi forte ſanguinē guſtauerīt ſtatī naturæ ſuæ recordantur: & in furorem naturalem redeunt:ita & milites. Sic furor:ideſt ira illius feruet. Deſuetæ ſyluis:ideſt relictis ſyluis diu in caueis cuſtoditæ fuerunt. Manſueuere:ideſt manſuetæ factæ ſūt feræ ſcilicet longintudine temporis. Vultus poſuere minaces:qa non ſolum re ipſa manſueuerunt:ſed etiam ſpecie & habitu manſuetudinem quandam induiſſe uidentur. Atq̄ hominem:ideſt pati imperia homīs. Paruus cruor: ſi etiam exiguus ſanguis. In horrida ora:quæ diu ſanguine ſicca fuerunt.

Admonitæ.ſ.guſtato ſãguine. Tũ:iſlatᷓ ira. Feruet:ĩcẽditᷓ. Trepido magiſtro:qa magiſter trepidare ĩcipit ubi uiderit iraſci leonẽ. Itur ĩ oẽ nefas:poſtquã ſemel cõcitati ſũt uerbis & orõe Petreii milites:ruũt in oẽ nefas atq; ſcelus. Et q̃ for. deoꝝ:ſẽſus ẽ uidelicet ſi fortuitu ĩter ſe pugnarẽt ignari tolerabilis illa pugna fuiſſet:& quicqd diſcordiæ geſtũ atq; admiſſũ eẽt:diis ad ſcribẽdũ eẽt:q ĩuidiæ cã fecerũt:hæc mala & ſcelera eẽ mõſtroſa:qa mõſtri ſimillima ſunt:ut pr̃ filiũ:filius patrẽ ĩciẽs occidat. Mõſtra: ſcelera. Tuliſſet:excuſaſſet quodãmõ. Cæca nocte:ignorãtia occulta:qa ignorabãt parẽtes filios ſuos. Inuidia for.de.

Admonitæq; tument guſtato ſanguĩe fauces.
Feruet: & a trepido uix abſtinet ore magiſtro
Itur in omne nefas:& quæ fortuna deorum
Inuidia cæca bellorũ in nocte tuliſſet
Fecit monſtra fides:iter menſaſque toroſque:
Quæ modo cõplexu fouerũt pectora cædũt
Et q̃uis primo ferrũ ſtrinxere gementes:
Vt dextræ iuſti gladius diſſuaſor adhæſit.
Dum feriunt odere ſuos:animoſque labentes
Confirmant dictu:feruẽt iã caſtra tumultu.
Et ſcelerũ turba rapiunt colla parentũ
Ac uelut occultũ pereat ſcelus omnia mõſtra
In faciem poſuere ducũ iuuat eſſe nocentes.
Tu cæſar q̃uis ſpoliatus milite multo
Agnoſcis ſuperos:neq; enim tibi maior ĩ aruis
Aemathiis fortuna fuit: nec phocidos undis
Maſſiliæ phario nec tantũ eſt æquore geſtũ.
Hoc ſiquidem ſolo ciuilis crimine belli
Dux cauſæ melioris eris.polluta nefanda
Agmina cæde duces iunctis cõmittere caſtris
Non audent: altæq; admœnia rurſus hilerdæ
Intendere fugam.cãpos eques obuius omnes

quia oẽ nefas diis adſcribẽdũ eẽt: ꝙ uoluiſſẽt ut manus ĩter ſe cõſererẽt. Fides .i. certitudo: quia certi erãt cõtra ſuos ſũpſiſſe bellũ & ferrũ. Mõſtra:ſcelera mõſtris ſimillima. Inter mẽſas:ĩter ipſas epulas ubi paulo ãte ipſi ĩter ſe cõplexi fuerãt cædes perpetrati ſũt. Cædũt:ꝑ uulnerãt: Fouerũt ãplexauerĩt. Et q̃uis prĩo:& q̃q̃ prĩo qdẽ inuiti uulnerauerunt ſuos:& cũ gemitu: tamẽ poſtq̃ ſemel dextra ſanguine corrupta fuit:id multo ẽt crudelius fecere. Dũ feriũt ĩterpugnãdũ. Primo:ĩ prĩcipio pugnæ. Strĩxere:nudauere. Gemẽtes.i.cũ gemitu. Vt dextræ iuſti:qa ĩter ſtrepitus armoꝝ iuſticia & leges audiũtur. Dum feriũt.ſ. poſtq̃ ſemel cognouere ſuos. Odere ſuos:odiũ cõcepe cõtra ſuos. Aĩoſq; la.quia cõtremiſcebat dextra & uulnerabat:ſed uulnerãdo cõfirmabatᷓ animus & dextra. Labẽtes:cõtremiſcẽtes. Feruẽt tumultu.i.cõtremiſcũt:quia oĩa ꝑturbata erãt. Rap.co.pa.& filii obtrũcabãt parẽtes & capita illoꝝ ante duces ſtatuebãt:ne ſcelus occulatũ fuiſſet:nec ut. Occultũ ꝑeat.i.ſine fructu:quia ſi ignoraretᷓ ſcelus ſine fructu ꝑiret. Monſtra: cædẽ pentum mõſtra appellat. In faciẽ:ãte oculos ducũ. Tu Cæſar q̃uis:dicit poeta ꝓ ſẽtentia ſua:quã ĩ ꝑtẽ Cæſar acceperit hoc:uidelicet ut ex ſuis militibꝫ multi occiſi fuiſſẽt ĩ ꝑtẽ meliorẽ accepit:qa iuſte nũc Cæſar arma ſumere uidebatᷓ:poſtq̃ ſemel milites ĩ ipſa pacis cõpoſitiõe occiſi fuerĩt. Tu Cæſar: nũc demũ agnoſcis fauere tibi deos:ꝙ ẽ data tibi occaſio arma iuſte cõtra hoſtes ſumere. Supos.i.deoꝝ fauorem. Quãuis ſpolia:hoc ipſo ꝙ nõnulli ex militibꝫ tuis ĩ ipſa pacis cõpoſitione occiſi fuerũt. Neq;.n.tibi maior for. qa nec maior fœlicitas fuit tibi: cũ Põpe. ĩ cãpis philippicis ꝓfligaſti.i.nũc demũ data ẽ tibi pugnãdi iuſta cã. Aemathiis armis: ĩ bello pharſalico ubi Põpeiũ ꝓfligaſti. Phocidos maſſiliæ:quã phocẽſes græci ædificarũt:quã quoq; Maſſiliã maritima pugna uiciſti. Phario:uidelicet ĩ æquore ægyptio:nã pharus ĩſula ẽ ægypti:quæ turrim hẽt multis tabulatis:ut refert Strabo excelſã: & albo lapide mirifice ſtructã:eodẽ noĩe quo ĩſula eã Soſtratus Gnidius regũ amicus poſuit ob nauigãtiũ ſalutẽ:ut epigrãma declarat:ut Soſtratus gnidius Dexiphanis filius: diis ſeruatoribꝫ ꝓ nauigãtibꝫ:nã cũ ora ex utraq; ꝑte ĩportuoſa & humilis eẽt & cautes & breuia haberet: ſignũ aliqd̃ neceſſariũ fuit:altũ & claꝝ:quo nauigãtes ad portus ĩgreſſu dirigerentᷓ. Hoc ſi qdẽ: nũc reddit rationẽ q̃re Cæſar plus lætitiæ habuerit ex hac cæde: q̃ ĩ caſtris tacta ẽ Petreii q̃ ex oĩbꝫ uictoriis: quas uel antea uel poſt cõſecutus fuerat:dicit enim hoc ideo illud cõſecutũ eẽ Cæſarẽ:ut iuſte uideatᷓ bellũ gererre quam occaſionẽ nullis antea bellis habuerat. Hoc ſi qdem:uere inq̃ o Cæſar cognoſcis deos tibi eẽ propicios: ex hoc ipſo ꝙ ꝑmiſerũt: ut milites tui ĩ caſtris occiderentᷓ. Cauſæ melioris: ĩ hoc uno uidebis honeſtiorẽ belli cauſã habuiſſe. Polluta nephanda:nũc dicit quomodo ſe habuerint Petreius & Afranius: poſtquã tantã cædem in caſtris cõmiſerunt:& hoſtes q cõcordes eſſe cepant:cũ ſuis e caſtris eieciſſet: non fuiſſe aũſos milites in caſtris tenere:quæ Cæſari cõiuncta eſſent:ergo ſtatuere iterum hilerdam redire unde diſceſſerant. Polluta agmĩa: impia ideſt qui manus commaculauerant ſanguine ſuorum. Iunctis: propinquis caſtris ſcilicet hoſtium metuẽtes ne rurſus de concordia agerent & pace. Intendere:ideſt direxerũt Hilerdæ: unde diſceſſerunt: ut ſuperius dictum: cum in celtiberiam uellent bellum tranſferre. Cãpos eques:ſed Cæſar ubi ſẽſit quid facere pararent hoſtes:equites miſit:q omnes aditus occuparent: ne q̃ hoſtes tranſire poſſent. Eques:pro equitatu poſuit. Obuius:occurens hoſtibus hilerdam petentibus.

Abſtulit:& ſiccis incluſit collibus hoſtem.
Tunc inopes undæ prærupta cingere foſſa
Cæſar auet:nec caſtra pati contingere ripas:
Aut circum largos curuari brachia fontes.
Vt læti uidere uiam conuerſus in iram
Præcipitem timor eſt:miles non utile clauſis
Auxilium mactauit equos: tãdemq̃ coactus
Spe poſita damnare fugam caſurus in hoſtẽ
Fertur.ut effuſo cæſar decurrere paſſu
Vidit:& ad certam deuotos tendere mortem
Tela tene iam miles ait:ferroque ruenti
Subtrahe.nõ ullo cõſtet mihi ſãguine bellũ
Vicitur haud gratis iugulo qui ꝓuocat hoſtẽ
En ſibi uilis adeſt inuiſa luce iuuentus
Iam damno peritura meo: non ſentiet ictus
Incumbens gladiis: gaudebit ſanguine fuſo.
Deſerat hic feruor mẽtes. cadat ĩpetus amẽs:
Perdant uelle mori ſic deflagrare minaces.
Incaſſum & uetito paſſus langueſcere bello.
Subſtinuit merſo dũ nox ſua lumina phœbo
Inde ubi nulla data eſt miſcendi copia martis
Paulatim cadit ira ferox: mẽteſque tepeſcũt.
Saucia maiores animos ut pectora geſtant.
Dum dolor ẽ ictuſque recẽs & mobile neruis:

Siccis collibꝫ:uidelicet ubi nihil oĩo naſceretur quod ad ſuſtentandos equos uel hoĩes ꝑtineret. Tũc inopes:ubi cæſar uidit hoſtes in collem ſe recepiſſe.ubi nec aquæ nec pabuli facultas eſſet:conſtituit eũ ibi obſidere : & oẽs deſcenſus claudere ne ad aquã deſcenderent hoſtes. Prærupta foſſa .i.ingẽti:alta:ſimul & lata. Nec caſtra pati.i.auet prohibere hoſtes.ne uallũ ducãt ad aquas:uel certe brachiũ:ut ab undis ex/ cluſi in deditionem uenire cogantur. Brachia.ſ.caſtrorũ. Circum.l.fon.ideſt omnino pati uult ut uallũ deducãt de mõte in fontes:in brachiorũ modũ. Vt leti uidere: ſed ubi Petreius & Afranius cũ militibus ſuis uidere ſe pati famem:ut ſibi in illis collibꝫ mo riendũ eſſet:tunc ex metu in irã cõuerſi ſũt. Leti: mortis propter famẽ. Miles non uult: primo qui/ dem mactauere iumenta & equos: quibꝫ uti nõ po terant:nã in obſidiõe equi augent inopiam & nullũ ſui uſum præbẽt:ideo mactauere equos:ut eorũ car nibꝫ ueſcerent appo.non utile auxiliũ: quia in obſi diõe inopiã augent. Clauſis: obſeſſis. Tandẽq̃ co actus:tandẽ penituit ſe fugere. Damnare fugã.i.pe nituit fugæ:quã ãtea intenderat ad hilerdam : quia uidelicet uidit hac rõne poſſe ſe ab hoſtibꝫ liberare ergo quod fugiẽdo obtinere nequiuerat: id nũc au/ dẽdo facere tẽtauit. Spe poſita.ſ.ſalutis cõpandæ in fuga. Caſurus in hoſtem:deſperatiõe quadã mo riturus fert in hoſtes. Vt effuſſo: at uero cæſar bel li pitiſſimus:ut uidit illos ipa deſperatiõe fortiores factos eẽiuſſit militibꝫ ſuis:ut iterea arma cõtinerẽt donec furor ille torpeſceret: nec enĩ uidebat cũ ho/ ſtibꝫ poſſe cõferr̃ pugnã ſine maximo militũ ſuorũ dãno.Vnde uir.Vna ſalus uictis nullã ſperar̃ ſalutẽ Decurrere:e collibꝫ. Effuſſo paſſu.inordĩate quẽ admodũ deſperati. Deuotos morti deſtĩatos. Te/ ne tela.i. cõtine ne cũ hoſte pugnaueris ferueuti: nã magna tibi uictoria cõſtabit. Subtrahe .i. ab hoſte currẽti remoue ferrũ. Nõ ullo:id age ne bellũ con/ ſtet ullo uulnere : nolo ĩ ſanguinẽ militũ ſuorũ effũ dere:quo bellũ gerãt: ſed ĩcruẽtã ex his uictoriã par̃ re. Vicit̃ haud gratis.i.is q eo aĩo laceſſer̃ hoſtẽ ad pugnã ut mori uelit nõ ſine magno dãno uicetur. Iugulo.i. morte ipa: qa patus ẽ iugulari & mori. Haut gratis.i.ſine magna iactura & dãno. Enſis ui lis adeſt:hæc dicẽs Cæſar oſtẽdit militibꝫ ſuis furo/ rem hoſtiũ: nũqd uideris quomõ ipſi mortẽ ſuã cõ tẽpſerũt:qs ſperare poſſet uictoriã ſuã cõſequi : ſine magno ſanguine. Enſis uilis:quia ſe hoſtis cõtempſit deſperatione quadam. In uiſa luce : quia uitam quoq̃ oderunt:quia in hac obſidione coacti tenentur. Non ſentiet ictus:quia adeo obſtinata eſt. Incũ bẽs gladiis:ſcilicet noſtris:quia miles nociturus fertur in hoſtem. Gaudebit:ſcilicet cum ſanguinem effũ det:quid ergo faciendum eſt? Deſerat hic feruor:antequã manum cum hoſte conſeratis : ſinite interea ut deferueſcat ira:furor:inſania:cum mori cupiant:uiuere cum deſiderent:tunc manum ſerere poteritis Feruor:quo deſperati ferũtur. Cadat:decidat. Perdant uelle mori : ideſt poſtponant cupiditatem mortis. Sic deflagrare:ſicuti inſtituerat Cæſar:ita etiam fecit:nam abſtinuit a pugna milites ſuos per to tum diẽ &c. Deflagrare.i.deferueſcere & tepeſcere. Incaſſum:quia non eſt data facultas pugnãdi. Phœ bo merſo.i.obruto ſole. Inde ubi nul.ſicuti animo conceperat Cæſar:ita & euenit:nam ſublata pugnã di copia ſenſim calor ille & ira feruens extincta eſt. Miſcendi martis.i.cõferẽdæ pugnæ. Cadit: deficit. Tepeſcũt:deferueſcũt. Saucia ma.p ſimilitudinẽ oſtẽdit quõ ſenſim ira deficit in hoſtibꝫ quemadmodũ inquit alqs ſaucius fuerit:dum adhuc calor ineſt ipſo uulnere fortior eſt:& dolore uehementior.ſed ſi ui/ ctor qui eum uulnerauit telum abſtineret:donec ſanguis exeat : & paulatim exhauſto ſanguine deficiat: tunc ille ſine ullo labore uincitur : eodem modo de hoſte inquit : quia facta inter eos pugna : ſtatim illi fortiore facti ſunt. Maiores: quia dolor ipſe facit eos maiores & fortiores. Dolor eſt: quia cum ſaucius eſt aliquis in principio uulneris dolor incitat illum. Recens: nouus. Mobile neruis : quia dum membra calida ſunt ut facile moueri poſſint : & quo uelint facile gladium & tela uibrare.

Conamur:ꝙa quocūq conati fuerint uibrare tela:facile cedūt mēbra. Stat uictor: īterea dū ille nimio dolore ꝑcitus pugnaturus ē:& ille ſe ab eo cōtinuerit:qui cū uulnerauit facile ſuperabiť. Cōſcius en.ada. .i.ſcit trāſfixiſſe pectus illis:& nō diutius duraturū eē. Tenuitꝗ ma. ſ.a pugna. Frigidus artus:ꝙa paulatī ſāguis egrediť:& frigus ſuccedit:quo mēbra oīa uno tpe frigeſcunt. Subducto:remoto. Rigēs: frigeſcēs Adſtrixit uul.quia uulnera claudūť cū inde ſanguis exierit. Iamꝗ inops:dicit milites cū depoſita ira ī caſtris rediiſſent:cepiſſe nō ſolū raſtris & ligonibꝰ:ſed gladiis ſuis terrā effodere:ut qūo poſſent uenā aquarū

Conamur calidus præbet cruor: oſſaꝗ nōdū
Adduxere cutē:ſi cōſcius enſis adacti
Stat uictor:tenuitꝗ manus tū frigidus artus
Alligat atque aium ſubducto robore torpor.
Poſtꝗ ſicca rigens aſtrinxit uulnera ſanguis:
Iā inopes undæ primum tellure refoſſa
Occultos latices:obſtruſaꝗ flumina quærunt
Nec ſolū raſtris duriſꝗ ligonibus arua:
Sed gladiis fodere ſuis puteuſque cauati
Montis ad irrigui præmitur faſtigia campi.
Non ſe tā penitus tā longe luce relicta
Merſerit aſſyrii ſcrutator pallidus auri
Non tamē aut tectis ſonuerūt curſibꝰ amnes
Haud micuere noui ꝑcuſſo pumice fontes
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore
Haud impulſa leui turbatur glarea uena:
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuētus
Extrahitur duris ſilicū laſſata metallis.
Quoꝗ minus poſſēt ſiccos tolerare uapores
Quæſitæ feciſtis aquæ:nec lāguida feſſi
Corpora ſuſtentat epulis:mēſaſque peroſi
Auxiliū fecere famē ſi mollius aurum
Prodidit humorē pigues māus utraꝗ glebas
Exprimit ora ſuper nigro ſi turbida limo

inuenirēt:ſed cū uſꝗ ad ꝓfundū mōtis deſcēdiſſēt: nec minima ps aquæ inuēta ē:cogebanť glebas cōprimere manibꝰ:ut uel gutta aquæ ī os caderet:rōe ēt colligebāt ex frōdibꝰ:& ſiqua forte aqua putrefacta ē in aliquo loco eo decurre bāt oēs:& tāq̄ ſi ſuauē potū hauſturi eēnt. Inopes undæ:penuria laborantes. Refoſſa:retro foſſa. Occulta tāq̄ in ꝓfundū. Obſtruſa.i.occulta. Raſtris:nā huiuſmōi inſtrumēta ēt milites portabāt preſertim apđ priſcos cū foueā facere uellent:cū ſemp foſſa & uallo caſtra cingebāt:raſtra a radēdo terrā dicta ſūt. Puteuſꝗ caua:dicit feciſſe foueā quādam q̄ uſꝗ ad ꝓfunditatem colliū peruenerat & in planū & uallē deſcendebat:tamē nihil aquæ apparuit. Premiť:fodiť. Faſtigia.i.ꝓfūditatē:faſtigiū ſignificationē hēt cōtrariam:nā ſignificat culmia ut Virgi. Et ſūmi faſtigia tecti:&c.ſignificat ēt ꝓfūditatē: ut hoc in loco: Virg. in Ge. Forſitā & ſcropibꝰ q̄ ſint faſtigia quæris. Nō ſe tā penitus:maiori quidē diligētia & labore mirati ſunt uiſcera terræ: ut aquā inuenirēt q̄ ſi aurū & argētū quæſiuiſſēt. Penitus:interius:i.in ipius terræ uiſcera. Relicta luce:.i.relicto cœlo & die. Tā lōge tā procul a ꝓfūditate terræ ſe demerſit. Aſſyrii ſcrutator pallidus:ꝙa in uiſceribꝰ terræ cum diu multūꝗ uerſať pallorē quēdā cōtrahit. Aſſyrii:ꝙa in oriēte frequētius uenæ oriunť auri. Nā garrei ex auro & argēto multa hēnt uaſa:ut refert Strabo: lectos:tripodas:crateras cū opculis:domoſꝗ ſūptuoſas:nā & portæ & pietes:& tecta ex ebore:auro:argēto:lapidibuſꝗ incruſtatis ſūt diſtincta.Sunt & ꝓpe hos alii:apđ quos aurū effoditur magnitudīe minima ſāſæ:mediana meſpili:maxīa nucis:has auri glebulas pforātes cū lapillis pellucidis alternis poſitis armilis faciūt inſerto filo & collo manibuſꝗ circūponūtur:uendūt id aurū uicinis uili præcio:æris tr^{ip}lo:argēti duplo:tū propter operandi iuſticiam:tum ꝓpter inopiā eorū quæ cōtra accipiunť:quorū uſus magis ē ad uitā.Aſſyria regio in oriente ubi regnauit Nynus quā eſſe auri fertilliſſimā uoluerunt. Nō tamē:q̄uis in profūditate terræ rimati fuerīt:tamē nūq̄ apparuit unda. Noui fōtes:q nūq̄ ātea apparuiſſet. Percuſſo.i.aperto. Pumex lapis ē cauernoſus. Antra nec exiguo:dixi fōtes:ſed nec paruā quidē:aut nullā inde ſtillā emiſerūt. Antra:cauernæ terræ. Stillāt.i.minutatī guttas emittūt. Impulſa.i.ſcaturiēte aqua. Leui.i.tenui uena aquarū. Tūc exhauſta: & cū diu in uiſceribꝰ terræ ſcrutati eēnt undas:nec ullo mō inuenire poſſēt:tādē extracti ſūt ad ſupas auras:q̄ſi ex ipſis inferis emerſerit. Exhauſta:effœta cū mutto labore defatigata. Sup.i.ſupra terrā. Metallis.i.inquiſitionibus:nā metallū dr̄ inquiſitio a græco metalleo.græ.la.inquiro:nā metallū eſt quicquid inquiritur:non enim quæſiueranr metalla:ſed aquas. Laſſata:ſi forte aquas inuenire poſſent. Sudore: ideſt labore a præcedenti id quod ſequitur. Extrahitur:ſupra auras deducitur. Quoque minus: non mō nō ꝓfuit quærere aquā:ꝙa nihil inuenerūt:ſed ēt nocuit:ꝙa dum fatigantur:aucta ē ſitis. Corpora ſuſtentant abſtinebant etiam ſe a cibo quia fames uidebatur quaſi leuamen ſitis:nam cibus inducit ſitim. Si mollius aruum: quærebant ſi alicui eſſet mollior terra:& terrā:& glebam auulſam manibus comprimebant:ſiqua gutta exprimi poſſet. Pingues:humidos. Ora ſuper:ut uel guttam aliquam emitterent.

Nigro ſi turbida:ſi forte piſcina putrida congeſta eſſet in aliquo loco omnes eo ſe conferebant:ut aquā etiam putridam & grauiter olentem haurirent. Nigro limo:ideſt fœtenti: quia fetorem emittit.

Colluuies.i.pmixtio aquæ cū terra. Immota:ſtabilis iō & putrida. Obſcæ.abhominādos deteſtādos Moriēſq; re. & moriendo haurit aquas quas ſi cōditio uitæ fieret nō hauriret: uerbi grā ſi diceret aliqs Tu uiuere potes:ſi hāc aquā bibis:ille uero recuſaſſet: tūc certus mortis eam bibebat: Nollet.ſ.accipere. Rituq; fe.pecudes erant in exercitu. Has ore lactabant uſq; adeo ēt ut cū lac deficeret ſanguinē exprimerent & naurirent. Diſtētas:plenas. Siccāt.ſ.lactētes. Sordi.pollutus. Exhauſto: euacuato. Tunc herbas.oīa inquirebāt unde humorē aliquē haurire poſſēt:nā herbas & frōdes terrebāt: ut inde ſuccū aliquē emitteret:aut ēt matutinū rorem de frōdibus colligebant. Diſtrin.frāgūt. Quos: aliquos accipiūt. Palmite.i.fructicæ arboris:nam fructex eſt arbor tenella:ſicut palmes:quia nondū in duricīe ligni conuerſus ē. Crudo: uiridi. O fortunatī fugiens.nūc per compatiōnē dicit fortunatos eē illos:quib; poteſtas data ē bibendi uenenatos fōtes ut Mitridates quē dum fugiētē pſequit Pompeius quacunq; iret fontes ueneno inficiebat: ideo fortunatū dicit Mitridatē:& illos quib; data eſt poteſtas hauriēdi aqs quāuis ueneno infectas compatione iſtorū qui ſibi mori cogebant. Fortunati.ſ.fuerunt illi qui uenenis infecerunt fontes & Mitridates qui neſcientes hauriebāt. Hos licet in.f.uere inq felices. & apoſtrophat ad Cæſarē:o cæſar inquit: ut ſcias quantū iſti mortē nō timēt.ſi bibentib; ipſis aquas ueneno infeceris illi:quāuis ſciant ſe ueneno morituros:tamē bibere nō dubitabunt. Nō decepta: qa uidētib; ipſis hoc feceris. Flu.ſ.Sicori & cyngā. Tabē: corpa putrida ferarū. Aconitū: herba ē uenenata: quā poetæ fingūt ex ſpuma cerberi natā eſſe:cū illū ab īferis traxit Hercules. Pallida:quia pallida ſunt aconita. Saxis:qa naſcit in cautib;:aconis græ.la. hæc cautes tis.pꝑterea aconitū dicit:quia in cautibus naſcit:cos cautes au uertit in o:ut ſaurex p ſorex ſic caudex pro codex. Torrentur: nec mirum quia diuturna ſiti ardebāt. Decepta: quia hoc clā nō feceris:ſed pa am. Sicca ora.ſ. nimio deſiderio aquæ. Squa.aſ. in.quia arida lingua erat ī ſquamarū modū. Iā marcēt uenæ.ſ.euacuatæ ſanguīe. Nulloq; humore:pulmo ē q reciprocū ſpūm trahit:dicit ergo deficiēte humore pulmonē ſtrinxiſſe meatus:ut iā necarētur nōnulli:& nimia ſiti laborātes: ſemianimes redderentur. Meatus alternos .i.rēciprocos qa accipit ſpūm & reddit pulmo:nihil aliud uita hoīs ē niſi rēciprocus ſpūs aeris: & niſi aerem recipiat ac reddat pulmo uiuere nō pōt hō. Lōga qa nimia ſiti laborātes:ab imo uſq; pectoris anhelitū trahebāt. Reſc.i.ſciſſo unū ē qđ ſupra. Pā.ora ſiti ut uel aere lenirēt caloris & ardoris ſiti. Noctu.aera:qa nocturnus aer humidus ē. Virg.noctis lētus nō deficit humor. Expe.cū deſiderio hymbres optāt. Cūcta na.paulo āte oīa erāt multitudine hymbriū plena aqs:nūc āt deficientib; hymbrib; arida terra facta erat & hymbres quos ātea īuiſos hūerant nūc expectāt. Quoq; ma.mi.aliud addit qđ plurimū ualebat ad augendā ſitis grauitatē:qa.ſ.nō in regiōe poſiti erāt q naturaliter arida eēt:ſed ī medio fluuioꝝ poſiti ſiti ardebāt:nā ſi regio penuria aquæ laboraſſet tolerabilius uideri potuiſſet:nūc cū undiq; aquæ fluerent ipſi ī mediis undis ſitiebāt. Quo:ut. Ieiunia ūdæ.penuria aquæ. Sol.i.cruciāt illos. Meroē:inſulā:merois īſula ē quā nilus ī medio ſui facit:& calidas emittit aqs Influūt.n.ut refert Stra.duo flumīa e lacub; qbuſdā ab oriēte delata & meroē ingentē īſulā cōplectuntur: quoꝝ alterū dr̄ aſtaboras ad oriētale latus fluens:alteꝝ aſtapus qđ nōnulli Aſtoſabā uocāt:ſupra Aſtaboræ & nili cōcurſū:meroē urbē eſſe eodē noīe quo inſulā Sub axe:uidelicet ſub oriēte in ea regiōe:uel pre qua. Nudi garamātes:qa nimio calore ſolis populi Lybici nudi arare cogūtur: Garamātum regio ultra getuliā eſt & pꝑter cū illo progreditur: unde carchedonii lapilli afferuntur. Inter ſtagnātem ſicorim:in undantem regionem illam. Rapidum hiberum:uelocem fluuium unde hibe ria dicta eſt hiſpania:nam hiberus amnis toti hiſpaniæ nomē dedit:ut ait Solinus:Bætis uero prouinciæ:uterque tamen nobilis.

Colluuies immota iacet cadit omnis in aſtus
Certatim obſcenos miles: morienſq; recepit
Quas nollet uicturus aquas: rituque ferarū
Diſtentas ſiccant pecudes & lacte negato
Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſāguis:
Tunc herbas frōdeſq; terunt: & rore madētes
Deſtringunt ramos: & ſi quos palmite crudo
Aarboris aut tenera ſuccos preſſere medulla.
O fortunati fugiens quos barbarus hoſtis
Fontibus immixto ſtrauit per rura ueneno:
Hos licet in fluuios ſaniem tabemq; ferarum
Pallida dictæis cæſar naſcentia ſaxis
Infundas aconita palam romana iuuentus
Non decepta bibet: torrentur uiſcera flama:
Oraq; ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis.
Iam marcēt uenæ nulloque humore rigatus
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora tamen: nocturnūq; aera captāt.
Expectāt hymbres: quoꝝ modū cūcta nata
Impulſu: & ſiccis uultus ī nubib; hærēt bāt
Quoq; magis miſeros undæ ieiunia ſoluat:
Non ſuper arentem merore cancriq; ſub axe
Phytona:iuxta Parnaſum montem. Pean:apollo.peanes proprie dicuntur laudes apollinis. Matris: quam ſerpens a iunone miſſus proſecutus fuerat. Premeret uiſcera:cum in eo eſſet: ut emitteret Latõa mater. Expulſe:a Iunone. Rudilibus ſagittis:quia tum primum natus erat:nec unquã ſagittas exercu/ erat. Explicuit:occidit a præcedenti id quod ſequitur. Cum regna themis teneret: ideſt cum themis oracula daret. Vt uidit pean:ꝙ ſequitur dicere originem oraculi apollinis:quomodo ſedem ſibi delege rit:dicit enim cum ibi natus eſſet & phytonem ſagittis occidiſſet poſtq̃ uidit ex antro illo uentum cum hu mana uoce erumpere iocunditate aſſenſus eſt habi tandi in eo loco:& ut ipſa futura ſiſciantibus prædi ceret:nam ibi templum themidis fuit antequam rſi deret Apollo. Vaſtos hiatus:ſcilicet antrum illud cyrrheum. Fidem diuinam:hoc eſt oracula & re ſponſa dare petẽtibus. Spirare: ideſt emittere. Ventoſq; loquaces: quia ſpiritus ide erumpebat ut humanas uoces & uerba perfecta emitteret. Sacris ſcilicet antris:ideſt in illis penetralibus unde reſpõ ſa darẽtur. Incubuit.s.ibi fatidicus eſſe cepit apol lo. Adyto:in adyto:& eſt nomen græcum: & neu/ tri generis & ſignificat locum ad quem nulli præter/ ſacerdoti ingredi licebat a dyo.is.it.græ.latine ingr/ dios.ris.a priuatiuum eſt:adytum ideſt non ĩgreſſũ quia prohibebat unuſquiſq; locũ illum adire præ/ ter ſacerdotem. Factus uates: diuinator & oraculo rum reſponſor. Ibi.i.penetrali & loco arcano tẽpli Quis latet hic:nunc quaſi cum admiratione qua dam loquitur poeta dicens: quis potuit deoꝝ eſſe: qui primum ibi habitauerit: ubi poſtea locum dele gerit Apollo: & deus ab æthere delatus huic loco ĩ/ cludi uoluerit: & has cauernas colere: eſt ne aliquis deorum qui deſerto cœlo terram inhabitare malit Preſſum:depoſitum:premere deponere. Virgili/ us. Quod ſupereſt quæcũq; premes ueſtigia. Pre mes:ideſt depones. Cæcas obſcuras nõ ꝙ cæcæ ſint ſed obſcuræ uidentur. Aeterni curſus tenens:id/ eſt ſeries fatorum:quia cauſa cauſam generat: nam nihil aliud eſt fatũ niſi ſeries caꝝ. Mundiq; futuri conſcius.i.conſcius eorum quæ ĩ futurum uẽtura ſũt

Matris adhuc rudibus pean phytona ſagittis
Explicuit:cũ regna themis tripodaſq; teneret
Vt uidit pean uaſtos telluris hiatus
Diuinam ſpirare fidem:uentoſq; loquaces
Exhalare ſolum ſacris ſe condidit antris.
Incubuitq; adyto:uates ibi factus apollo
Quis latet hic ſupeꝝ:ꝙ numẽ ab æther preſ
Dignatur cæcas incluſũ habitare cauernas:
Quis terrã cœli patitur deus: omnia curſus
Aeterni ſecreta tenens:mundiq; futuri
Conſcius.ac populis ſeſe proferre paratus
Contactuſq; ferẽs hominũ:magnuſq; potẽſq;
Siue canit fatum: ſeu quod iubet ille canendo
Fit fatum:forſan terris inſerta regendis
Aere libratum uacuo quæ ſuſtinet orbem
Totius pars magna iouis cyrrhea per antra
Exit:& æthereo thraitur cõnexa tonanti.
Hoc ubi uirgineo conceptũ ẽ pectore numẽ
Humanam feriens animam ſonat oraq; uati

Proferre:aperire: Contactuſq; ferens hominũ.i.phœbadẽ afflãs numine ſuo:hoc eſt pati hominũ cõta ctus:qa ut ĩ ſequẽtibꝫ declarabitur pugnabit Apollo ut mẽtẽ & pectus phæbadis ſacerdotis occuparet: & ĩ eã oĩa quæ ſũt:quæ fuerũt:quæ futura ſũt reponere:dico deus qſq; ille fuit:q antrũ habitet:ſiue ea quæ ãte facta ſũt exponit:ſiue ipſe exponẽdo facit ea eſſe fata:nã fatũ nihil aliud ẽ niſi qđ dii tanſ. Magnus po.ſe/ ſus ẽ magnus & potẽs ẽ ille deus:ſiue quæ futura ſũt ipſe prædicit:ſiue predicẽdo facit eſſe futura. Forſã terris: nũc dicit opinionẽ ſuã poſtq̃ cũ admiratiõe ĩterrogauit quis ille deus q relicto cœlo habitet arcanũ ãtrum & ibi ſedẽ delegerit:dicit.n. an fortaſſe illud eſt ꝙ cũ magna aĩa mũdi p oẽs ptes diffuſa ſit: cæli ibi maiorẽ ptẽ ſui eſſe uoluerit:cũ ibi futura oĩa reſpõderet:ſi qd ſcir uoluerit: qa Stoici dicebãt unã tantũmõ eẽ animã:& eã p oẽs mũdi ptes eſſe diffuſã:quã ſniam Vir.quoq; expſſit ĩ.vi.Prĩcipio cœlũ ac terras cãpos li quẽtes: Lucẽteq; globũ lunæ titanaq; aſtra Spiritus ĩ tus alit. Pars iouis: uidelicet aĩa mũdi nã reſpicit ad illud qđ Stoici diffiniebãt ꝙ deus eſt ignis ſẽſibilis:ideo iuſſerit hũc ſẽſibilẽ ignem an ea quæ mũdi ma gna dicitur aĩa ĩſertãq; dicit oĩbus elementis:ĩ hũc errorẽ cõtraxere Stoici ꝙ uidebãt oĩa ſũma rõne regi at ꝙ gubernari ut ꝑpterea uiderent hẽre aĩam ĩtelligibilẽ & rõalem:& ſine ratõe putabãt hũc ordinẽ ſeruar cœleſtia & terrena corpora:ideo cœlũ terrã mare deniq; elementa oĩa deus eſſe putabãt &c. Libratũ orbẽ .i.ſuſtentatũ terrã ſphericã hoc loco ſignificat. Aere uacuo.i. in centro uacui aeris:nã ſuo põdere erat ĩ me dio orbis:in cœli centro eſt poſita:ideo in nullã ptem moueri poteſt:cum terra grauius ſit elementum cæ teris ſuum propriũ ac naturalem locum deſinentem habet centrum dimidiũ totius orbis:& circũferẽtiæ cæli a quo poncto diſcedere nõ poteſt. Tonanti:cum æthereo Ioue:nam æthyr græ.ſignificat ignem cœ leſtem reſpicit ad illud ſecundum ſtoicos qui dicunt Iouem ignem eſſe ſenſibilem. Hoc ubi: & cum hoc nomen ꝙ in eo loco magis habitat q̃ alibi inſederit & occupauerit uirgineum pectus tũc uero ora mouẽs qcqd dixerit uerũ ẽ:ſiue de pſentibꝫ ſiue de pteritis:ſiue de futuris:quæſitũ fuerit. Virgini:nõ licebat ad y tũ illđ ĩgrẽdi niſi uirgini ĩcorruptæ. Feriẽs aĩam:exiẽs aĩam corpis ſui qđ occupauerat. Sonat.i.ſonitũ dat

Soluit ceu ſiculus flammis urgentibus ætnã
Vndat apex:cãpana fremẽs ceu ſaxa uaporat
Conditus inarimes æterna mole tiphœus
Hoc tamen expoſitum cũctis: nulliqꝫ negatũ
Nomen:ab humani ſolum ſe labe furoris
Vindicat:haud illic tacito mala uota ſuſurro
Concipiunt.nam fixa canens:mutãdaqꝫ nulli
Mortales optare uetat:iuſtiſqꝫ benignis
Sæpe dedit ſedem totas mutantibus urbes
Vt tyriis:dedit ille minas impellere belli
Vt ſalaminiacum meminit mare:ſuſtulit iras
Telluris ſterilis monſtrato fine.reſoluit

Soluit:aperit ora ut futura prædicat.Reſpondens ad ea quæ interrogantur:dico ſoluit ora uatis tãto tumultu & impetu:ut uideatur ætna mons qui globos flammarum emittit & euomit. Siculus apex.cacumen ſiculi montis & declarat. Aetna:mons eſt Siciliæ qui ſemper euomit globos flammarum aliquando maiores:aliquando minores:non nunquam maiores adeo ut regionem illam totam depopuletur ac uaſtet: ipſi quoqꝫ urbi periculum iminebat. Loca ſuperiora montis tum nuda:tum cineroſa ſunt:& per hyemen niuibusreferta: ut Strabo refert libro.vi. Cæterum inferiora ſyluis & uariis arborum conſitõnibus partita:ipſa uero montis cacumia multas ſuſcipiunt mutationes:ueſcentibus incendiis:nunc qdem unum in craterem collabente igne:nunc diuiſo effluente:nunc igniti emittũtur riui:nunc flãmæ fumoſæue fuligines: nunc exardentes exhalat lapides:neceſſe eſt meatus ipſos ſubterraneos: cum his pariter accedentibus uariari: & ora ipſa quandoqꝫ ſecundum circunſtatem ſuperficiem plura eẽ. Vrgentibus: pellentibus montem illum. Inarimes: mons eſt in Campania.qui & ipſe flammas emittit unde poetæ finxerũt typhœum unum ex gigãtibus qui Ioui bella intulere ſub eo monte poſitum:græce declinatur inarimi inarmis: nos uero hic iarime inarimes. Aeterna:ideſt perpetua: quia perpetuum emittit ignem. Vaporat:calefacit & exurit. Saxa campana:ideſt campaniæ montis. Hoc tamen expoſitum:& quanquam reſpondeat omnibꝰ qui aliquid conſulere uoluerint: tamẽ ſciret qui ab eo malum aliquod cupit:neque enim nocẽtibus reſpondet:ſed bonis & honeſte aliquid ſcire cupientibus: ſeruat ergo dignitatẽ numinis. Expoſitum:ideſt paratum omnibus aliquid ſcire cupientibus. Vindicat:liberat. Humana labe:ideſt uicio flagitioſorum hominum. Haud illic mala:ꝙ tantũmodo audiat bonos:malos uero repellat probat exemplis

Iuſtisque benignis:ideſt his:qui patriam & regionem ſuam deſeruere:& aliquem ſibi locum elegere cõſilio numinis:ſibi propitius fuit. Vrbes:diuerſas patrias. Vt:pro ſicut. Tyriis:ideſt cadmo cum ſuis:de quo ſupra dictum cum Cadmus iuſſu patris agenoris Europam quæſiuit. Minas impellere belli hoc fuit tempore Xerſis:cum rumor exiſſet Xerſem cum uniuerſa Aſia in Europam impetum facere: nã multa milia hominum ſecum duxerat:& terræ marique bella atque perniciem minitari. Athenienſes miſerunt qui peterent ex oraculo quomodo hanc perniciem effugere poſſent:reſpondit oraculum: ita illos reſiſtere poſſe hoſtibus ſi equis ligneis pugnarent:concilio habito cum alii alia dicerent:Themiſtocles qui prudentiſſimus erat intellexit quid nam id ſibi uellet oraculi uidelicet ut claſſe parata occurrerẽt hoſtibus & ſuaſu Themiſtoclis quantam claſſem cõſtruere potuerunt Athenienſes eam præpararunt: & eã conſcendere relictis mœnibus patriæ: quo factum eſt ut apud Salaminam Xerſes conſilio Themiſtoclis ſit ſuperatus. Impellere:refellere. Vt:ſicut. Salaminicum:ideſt mare:ſalamines inſulæ:Nam auctore Strabone libro quartodecimo iuxta lepathum ci.quæ ſtationem habet & naualia:eſt Aphrodiſium ad quod inſula perangusta eſt:ſeptuaginta enim ſtadiorum interuallo Salamina tranſitur: poſtea Achiuorũ acta quo primum Teucer applicuit:qui in Cypro ſalaminam condidit a patre:ut fertur pulſus:& ut libro nono refert: Quum a Nyſea in Atticam nauigans quinque perexiguæ ꝓcumbunt inſulæ:dehinc Salamiſta.lxx.in longum porrecta.uel ut alii aſſerunt:lxxx.habet autem eiuſdem nominis urbem in ſalaminico littore: Attici & megarici confinia ſunt ſoli. Telluris ſterilis:exemplum eſt Calabriæ:nam cum Calabria ſubita telluris ſterelitate laboret:nec ullus finis inueniret iram deorum ad oraculum miſerunt ibi reſponſum eſt ita fertilitatem reparare poſſe ſi palinuri manes placarent: quo facto ſtatim ſterilitas rediit. Mõſtrato fine:& ipſa conſilio ſuo peſtilentia impulit.nam & Ro.cum nullum remedium inuenirent patriæ peſtilentia laboranti libros ſibyllinos inſpexerunt:qui & ipſi ab Apolline originem habuerunt:nam ipſe Cumeam ſibyllam docuit uaticinari:quæ deinde hos ſcripſit libros:inſpectis igitur libris ſibyllinis intellexerunt Romani ita peſtilentiam poſſe ſedari: ſi æſculapium ab Epidauro Romam adducerent. Decem igitur legatos miſerunt principe Qu.Volũnio qui cum eo ueniſſet & ſimulacrum ingens mirarentur anguis e ſedibus eius elapſus uenerabilis & non horribilis per mediam urbem cum admiratione omniũ ad nauem Romanam conceſſit: & ſe in Volumnii tabernaculo conſpiraut: legati deum uehentes Antium prouecti ſunt: ubi per molliciem maris anguis proximum æſculapii templum petiit: & poſt paucos dies ad nauem rediit: & cum aduerſo Tybri ſubueheretur: in proximam inſulam deſiliit: ubi templum ei conſtitutum & peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Aera tabificum: peſtilentem. Nõ ulla ſæcula.

Aera tabſicum:non ullo ſæcula dono
Noſtra carẽt maiora deũ:quã delphica ſedes
Quod ſiluit.poſtquã reges timuere futura
Et ſuperos uetuere loqui:nec uoce negata
Cirrheæ mœrent uates:tẽplique fruuntur
Iuſtitio:nã ſiqua deus ſub pectora uenit
Numinis aut pena eſt mors ĩmatura recepti.
Aut præciũ:quippe ſtimulo:fluctuq; furoris
Compages humana labat:pulſuſque deorũ
Concutiunt fragiles animas:ſic tẽpore longo
Immotos tripodas:uaſtæque ſilentia rupis
Appius heſperii ſcrutator ad ultima fati
Sollicitat.iuſſus ſedes laxare uerendas
Antiſtes pauidãque deis immittere uatem:
Caſtalios circum latices nemorũq; receſſus
Phemonoen errore uagam:curiſq; uocantẽ
Corripuit cogitque fores irrumpere templi
Limine terrifico metuẽs cõſiſtere phœbas:
Abſterrere ducem noſcendi ardore futura
Caſſa fraude parat:quid ſpes ait ĩproba ueri
Te romane trahit muto parnaſus hiatu
Conticuit:preſſitque deum ſeu ſpiritus iſtas
Deſtituit fauces mundique indeuia uerſum
Duxit iter ſeu barbarica cũ lampade phiton
Arſit in immenſas cineres abiere cauernas

ætas noſtra inquit nullo maiorũ munere deorũ priuata ẽ q̃ ꝙ ſibi apollo:nec multa hoĩbus ſciſcitantibus reſponſa dare uoluit:uoluit ſed non potuit. Poſtq̃ reges:cãm huius ſilentii ignarus poeta regibus attribuit:& principibus qui maluerunt nõ ſcire futura q̃ ſcientes mala ſua in cõcilio prædicerentur: ſatius enĩ putauerunt eẽ reges ut oracula ſilerent q̃ futura ſcirent:qa ſi nõ ſcirent mala futura non timerẽt:ſed ſi ſcirent regno ſuo prouidere nõ poterãt:neceſſe ergo erat ut in metu cõtinuo uerſarẽtur. Timere futura.i. petere reſpõſa. Vates cyrrheæ.i.placet phœbadibꝫ. Mœrent:qa magno ſibi cõſtabat hoc:nã quotiẽs oraculũ peteretur aut moriebaẽ:aut ſemiuiua iacebat: poſtq̃ numẽ a pectore diſceſſerat nõ mœrẽt immo gaudent. Iuſtitio tẽpli.i.ſilentio ad ſimilitudinem cũ ius in foro taceẽ. Nam ſi qua:reddit nunc cãm cur frueret̃ hoc ſilentio phœbas:nã cũ ſemel inflata numine phœbi eſſet non prius dimittebat q̃ aut moreret̃:aut parũ deerat:quin mortua eẽt. Siqua deos:ſub alicuius uirgis pectora. Immatura:acerbã & ante tẽpus ad ſimilirudinẽ fructus q ante tempus colligiẽ. Mors:pœna:ſi mala ẽ mors pœna:ſi bona præciũ ẽ ſecundũ diuerſas opiniones dicit bonã & malam eſſe mortem ſecũdum Iunonis ſentẽtiã bona uiſa ẽ mors cũ ſacerdos argiua petiit a Iunone ut filiis ſuis pro beneficio daret quicqd bonũ eẽ ſciret: poſtera die inuenti ſunt mortui &c. Stimulo irritamento furoris:qa deus tãq̃ ſtimulus pectori uirginis inſidens incitabat. Fluctu:abundantia quia uſq; adeo furore r̃plebatur:ut eũ capere nõ poſſet. Com.hu.la.humani corpis cõpoſitio diſſoluitur. Pulſus:impulſiones deorũ: quæ pectora ſacerdotũ cõcutiũt. Fragiles aĩas.i.fragilis corporis aĩas:quæ uim tãtã ſuſtinere nõ poſſunt. Sic ut ſupra diximus. Lõgo tẽpore:ideſt poſt lõgũ ſilẽtium. Tripodes:erant tabulæ Apollinis quibꝫ ſuper impoſitũ erat coriũ phytonis:ad quos tripodas cũ ueniſſet ſacerdos ſtati dei numine replebatur. Immotas:qa nemo ad ipſas peruenerat. Silẽtia:qa diu ſiluerãt. Vaſtæ rupis.i.magni & profũdi illius antri. Fati:ideſt fatorũ quæ ita dicebãt. Ad ultĩa uſq; ad ultimũ. Antiſtes iuſſus:antiſtes tẽpli phœbi iuſſus ab Appio ut aperiret antrũ & phœbadem uirginẽ immteret:ſed ãtiſtes diu quæſiuit phoebadẽ:quæ per montẽ parnaſũ circa caſtalium fontem uagabatur ſecura. nõ dubitabat enĩ poſt diuturnũ tempus fore aliquẽ qui reſponſa dei peteret. Antiſtes templi cuſtos qui alio nomine æditiuus appellatur ab æde:ubi tẽplum ſtare cõſueuerat. Phoemonoẽ:uirginẽ phoebadẽ:nã quæ tũc temporis præerat ſacerdos templi ſic appellabatur phemonoe prima diuinatrix phythia fuit:ſic & uates ipſa uocata ẽ ut refert Strabo libro.ix. Vrbis quoq; uocabulũ ab pytheſche ideſt interrogare:audire:diſcere inclinatũ eſſe: priore producta ſyllaba:ut immortalis:& indefeſſa miniſtra foret. Circum latices:circa fontem caſtalium in monte parnaſſo. Receſſus.i.circum ſecreta nemorum. Cogit:inuitã ut accepto numine reſpõſa det. Lumine terrifico:phœbas quæ didicerat diſcrimine ſalutis ſuæ deum pectore accipere conata ẽ diſſuadere Appio ne uellet ab apolline reſponſa accipere ꝙ uidelicet iam diu deſierant dare reſpõſa & cæteras rationes afferebat:cur iam deus in antro ſileret:ſed nihil ſuis rationibus apud Appium ualuit. Phœbas nomẽ græcum. Limine: in antro Apollinis. Terrifico:terrorem incutienti. Abſterrere:remouere Caſſa:irrita & uana. Improba:proterua ſpes: quia ſperas ſupra quam obtinere poſſis. Veri:ut uerũ ex oraculo cognoſcere poſſis. Parnaſſus:ideſt cyrrha totũ pro pte. Hiatu muto:nullã uocem reddẽdo. Præſſitque deum:ideſt clauſit ut nullam uocem emittere uelit. Spiritus:obmutuit inquit oraculum: nam ex antro erupit:& alio migrauit. Verſum:conuerſum. Deuia: extrema mundi. Seu barbarica cum lampade phiton:ſecunda ratio:ſeu inquit cum templum combuſtum eſt: & a Xerſe & Breno Rege Gallorum & cinere clauſere ſpiracula templi:unde uox illa erumpebat;ut poſtea exire nequiuerit.

Et phœbi tenuere uiam: ſeu ſponte deorum
Cyrra tacet: fatique ſat ē arcana futuri
Carmine longeuæ uobis commiſſa ſibyllæ:
Seu pean ſolitus templis arcere nocentes
Ora quibus ſoluat noſtro non inuenit æuo
Virginei patuere doli: fecitque negatis
Numinibꝫ metus ipſe fidē: tūc torta priores
Stringit uitta comas: crineſq; in terga ſolutos
Candida phocaica cōplectitur infula lauro
Hærentē dubiamq; premens ī tēpla ſacerdos
Impulit illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum: prima templorū in pte reſiſtit
Atque deū ſimulans: ſub pectore ficta quieto
Verba refert nullo confuſæ murmure uocis
Inſtinctam ſacro mentem teſtata furore.
Haud æque læſura ducem cui falſa canebat
Quā tripodas phœbiq; fidē: nō rupta tremē
Verba ſono: nec uox ātri cōplere capacis
Sufficiens ſpaciū. nulloque horrore comarū
Excuſſæ laurus. immotaque culmina templi.

Tenuere uiā: ideſt ſpiracula illa unde uox phœbi emittebatur. Seu ſponte deorum: tertia ratio: ſeu ēt ita dii uoluerunt ut poſt hac reſponſa nulla daret: quia ſufficit uobis o Ro. libros ſibyllinos habere: unde poſſitis fata ueſtra cognoſcere. Arcana: ſcilicet carmina. Longeuæ ſibyllæ: quia cū Apollo captus eēt amore ſibyllæ: & illa Apollini conſentire nollet ille ut eam præmio duceret dedit liberam optionem petēdi quicquid uellet: illa manu grana comprenhendit arenæ: ideſt quātum utraq; manus cōprehēdere poteſt & petiit ab Apolline ut ſibi daret uitam tot annorum quot grana arenæ manibus comprehendiſſet: ille conſenſit: quæ ad ultimam ſenectutem redacta cū nec quidem oculos attollere poſſet: ſi quid uidere uolebat neceſſe erat ui tolleretur a manibus ancillaꝝ: & cū iam uitæ ſuæ ipſam tederet: & ciues cō miſeratione eius commoti: quia ſub hac conditiōe uitam longam ac diuturnam ſicuti petierat cōceſſerat Apollo: ſcilicet ut nunq̄ moriretur: donec patriam ſuam uideret: ciues epiſtolam fecere quam Creta ſuæ terræ ſigillarunt ſibylla accepta epiſtola illa terram ſuam uidit: uidelicet Cretam: & ſtatim mortua eſt. Seu pean: alia ratio ſeu ideo tacuit Apollo: cum mos eius fuerit nemini reſpōſa dare niſi piis: omnes autem nunc nocentes ſunt: & neminem inuenit cui reſpondere poſſit. Aeuo: ætate ueſtra

Soluat: aperiat cum iam ad hanc fecem ætatis ꝑuenerit hoīes: ut nemo niſi nocēs inueniatur: ideo Apolinis oraculum tacuit. Virginei patuere doli: his rationibus uſa eſt ſacerdos quæ non uidebātur contemnēdæ: ſed tum in hoc ipſo ꝙ metuebat uirgo intellexit fraudē eſſe illius Appius. Doli: inſidiæ quibus Appium a petendo oraculo abſterrere parabat: uirgo manifeſte fuere: q̄obrem: quia metuebat ingredi templum. Negatis ui. nam ꝙ negabat reſponſa dari: ſignificabat metum. Tunc tota igitur quia non potuit deterrere Appium a propoſito: uirgo coacta eſt inſignia ſacerdotis accipere: ut in antrum ingrederetur ſecundum ſacerdotis ritum. Priores a fronte. Stringit comas: more mulierū: quæ crines uitta cōprehenſos capiti ītorquēt: & inuolūt. Phocaica infu. ideſt phœbea ubi colitur phœbus: nam ut refert Strabo ad occiduos uſq; Phocidis montes locatus eſt Parnaſus muſis: & Apollini dedicatus. Hærentem: tardantem: quia ingredi nolebat ad periculum manifeſtum: ſciebat enim non inde ſe exituram non ſine magno uitæ ſuæ diſcrimine. Premens: urgens cauſa illa. Illa pauens: necdum a fraude & dolo deſtitit: nam cum paulo proceſſiſſet: ſimulauit ſe accepiſſe numen & uerba neſcio quæ incerta & ambigua dicere: quæ quaſi reſponſa uideri uolebat: ſed Appius etiam fraudem cognouit & minatus eſt grauiter: niſi ad tripodas Apollinis ueniret. Penetrale: quia niſi ad interiorem templi partem deſcendiſſet: non recipiebat numen quod penetrale facit ſacerdotem. Fatidicam: ideſt fata dicētem. Prima parte: in ipſo adytu. Simulans quaſi deus in ſe inſediſſet. Quiete: quia quietum erat pectus: ideo manifeſtum erat nondum afflatam eſſe. Confuſæ uocis: non enim prius fata & reſponſa dabat ſacerdos q̄ in inſaniam conuerteretur. Intactum: inſtigatum incitatum: quia murmur uocis cōcuſſum non erat: ideo teſtatur mentem ſuam nullo furore perculſam: quia bis intelligitur nullo in nullo furore fertur. Teſtata: oſtendens nullo murmure. Haud æque læſura: dico uerba ficta dicebat: quibus non magis læſura erat Appium q̄ fidem oraculi: unde cum uerba ipſa ſponte ſua loqueretur dicebat: dū falſa diceret fidem oraculi offendebat: quia poſtea mendacium Appius & cæteri attribuiſſe Apollini. Canebat: dicebat. q̄: pro quantum. Fidem: ideſt promiſſa quia mendacium illud deo aſcriptum fuiſſet. Non rupta: quia uerba non emittebat interrupta: ſed ſemiplena. Nec uox: emiſſa exaudiri pene poterat: quia humana non diuina erat: nam cum diuina erat adeo reſonabat: ut uniuerſum templum cōpleret. Sufficiens ſpacium: nulloque horrore comarum: ideſt ſpecus ātri: quia cum deum accepiſſet uirgo rigebant crines adeo ut erectione crinium eiicerentur ſerta laurea de capite: nunc uero ita non euenit: ideo intellexit: &c. Horrore: ideſt rigore quia comæ non rigebant ut excuterentur ſerta laurea. Immotaque culmina templi: quia cum tremere omnia uiſa repēte: ut Virg. ait: tamē nihil hic mouebat.

Securũ.ſ.nulla trepidatione cõcuſſũ ſicut antea cõſueuerat.i.quietũ. Credere.i.cõmittere ſe phœbo. Senſit tripodas:illa quidẽ ſimulabat ſe accepiſſe deũ:ſed Appius ira plenus minari cœpit niſi adytũ tẽpli ingrederet̃ & deſineret ipſa per ſe loqui daret pœnas:cũ præſertim tãtis de reb9 cõſuleret ita correpta uirgo tãdẽ deſcendit ad tripodas:ergo ĩ furorẽ cõuerſa ẽ. Ceſſare.i.a uerbis alienos ẽẽ & ocioſos:quia nõ ab adyto & penetrali loco numẽ acceperat. Furens indignabũdus. Impia:cõtra deos:nã ſicut pietas & ĩ patriã & in deos & in parentes debet̃ ita impietas:ẽ autẽ pietas hoc loco ſcientia colẽdorũ deorũ:impietas e cõtrario.

Securũq; nemus uerită ſe credere phœbo
Prodiderat:ſẽſit tripodas ceſſare furenſque
Appius:& nobis meritas dabis impia pœnas
Et ſuperis quos fingis ait:niſi mergeris antris
Deq; orbis trepidi tanto conſulta tumultu
Deſinis ipſa loqui:tãdem conterrita uirgo
Cõfugit ad tripodas:uaſtiſq; adducta cauernis
Hæſit & ĩſueto cõcepit pectore numẽ.
Quod nõ exhauſtæ per tot iã ſæcula rupis
Spiritus ingeſſit uati:tandemque potitus
Pectore cyrrheo non unquã plenior artus
Phœbados irrupit pean:mẽteq; priorem
Expulit.atque hominẽ toto ſibi cedere iuſſit.
Pectore bacchatur demẽs aliena per antrum
Colla ferens uittaſque dei phœbeaque ſerta
Erectis diſcuſſa comis per inania templi
Ancipiti ceruice rotat.ſpargitque uaganti
Obſtantes tripodas:magnoq; exæſtuat igne.
Iratũ te phœbe ferens:nec uerbere ſolo
Vteris & ſtimulos flãmaſq; in uiſcera mergis
Accipit & frenos nec tãtũ prodere uati
Quantũ ſcire licet:uenit ætas omnis ĩ unam
Cõgeriẽ:miſerũq; præmũt tot ſæcula pectus.
Tanta patet rerũ ſeries atque omne futurum
Nititur in lucẽ:uocemque petẽtia fata
Luctantur.nõ prima dies nõ ultima mundi
Nõ modus oceani:nũerus nõ deerat harenæ
Talis in euboico uates cumana receſſu
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus ex tanta fatorũ ſtrage ſuperba
Excerpſit romana manu:ſic plena laborat
Phœmonoe phœbo dum te cõſultor operti
Caſtalia tellure dei uix inuenit appi

Et ſupis quos fingis:qa nõ recte colis deum:imo mẽtiris:iõ ſupis dabis pœnas. Mergeris: ingreſſa fueris antrũ. Ipſa.i.per te ipſã loqueris. Inſueto:inſolito qđ nunq̃ antea acceperat:quia numen illud diu reſpõſa non dederat:plenius erat antrũ numine:ideo maiore quãtitate numinis pectus puellæ repletũ eſt. Nõ exhauſtæ.i.plenæ. Ingeſſit inculcauit. Tandẽq; potito: pectore puellæ totũ ſibi uẽdicauit:ut oẽm humanitatẽ expelleret. Pectore cyrrheo:uirgineo quæ cyrrhei antri cuſtos atq; ſacerdos erat. Irrupit:ĩgreſſus ẽ pean. Phœbados:ſacerdotis pectus. Plenior:maior Mẽtẽ priorẽ:humanitatẽ cũ pectore uirginis extruxit. Demens:inſana more bacchantiũ. Aliena.i.dementia ſua remota. Rotat:ipſa colla. Serta redimicula capitis quib9 ſacerdos religabat̃ ſignificat ĩfulam.

Phœbea:ſignificat laurũ:quæ apollini ẽ conſecrata. Per inania:uacuum & conuexitatem templi.

Spargitque:& illa cum uagaretur ĩſana ſæpe offẽdebatur tripodibus:quos in medio templi euertebat. Spargit euertit. Igne:ſcilicet furore & uehementia irarum. Nec uerbere ſolo:nec ſolũ inquit ſtimulas & irritas uirginem:ut futura prædicat:ſed reprimis atq; refrenas ut multa taceat. Flãmas:aperiendi res occultas cupiditatem. Prodere:nam omnia ſciebat ſed niſi qđ cõcederet phœbus dicere poterat. Omnis ætas:præſens:præterita:& futura:ideſt omne ſæculum quod a conſtitutione mundi fuerat ſciebat. Congeriem:cumulũ ſcilicet mentis illius. Tot ſæcula:ſcilicet:quot preterierãt. Premunt:occupant. Series:tantus ordo. Patet.ſ.mẽti puellæ. Nitit̃ in lu.in apertũ:qa q̃ mẽte cõceperat uolebãt ut cognoſcerent̃:ſed Apollo ꝓhibebat. Luctant̃.ſ.exire. Petẽtia:appetentia uocẽ puellæ ut declararent̃. Deerat.ſ.ſciẽtiæ illius.

Pria dies.i.ſciebat a pria conſtitutiõe mũdi uſq; ad finẽ:quæ facta præterita & futura erãt. Nõ modus.i.menſura:qa exprimere potuiſſet numerũ arenaꝝ:ſi deus ꝑmiſiſſet. Talis: nũc ꝑ ſimilitudinem oſtẽdit q̃lis erat puella:talis inq̇t q̃lis Cumea ſibylla quæ oĩa quæcũq; fuerãt & erãt futura đlegit unũ impium Ro.qđ cæteris præſtabat:ubi futura prædiceret:nã libros ſibyllinos ſcripſit qb9 Ro.fata cõtinet̃:ita hæc puella:licet oĩa ſciret:tamẽ nõ oĩa dicere uoluit:nec potuit. Eubo.re.i.in antro cumarũ:q̃s Euboenſes ut referr Soli.cõdiderũt:& ibi ſacellũ & antrũ:& illud famoſũ ſibyllæ nõ q; ĩ euboea ſit:ſed ĩ antro cumaꝝ. Mul.gẽ.i.ẽt infimis. Strage: cumulo fatoꝝ. Supba:generoſa. Sic eodẽ mõ laborat:ſicut illa laborat:tũc diligẽter exq̇rit mente ſua:ut ea oĩa excipiat quæ ad te ꝑtineant o Appi. Operti:neq;.n.licebat alia aperire:ſed ea tantũ de quib9 cõſulret̃: Cõſultor dr̃ q cõſulit & reſpõſũ petit. Vir. Incõſulti abeũt. Caſt.tel.i.ĩ cyrra:iuxta qu ĩ ẽ caſtalius muſis ſacer. Vix inue.qa ĩter reꝝ oĩum ſciẽtiã lãtebat:quod ſcire uolebat Appius:iõ cum difficultate inueniebat.

Inter fata:iter|tacita deorũ fata. Diu quærens:& cũ tandẽ inueniſſet qđ ſcire cupiebat Appius: q̃ſi renouatus eſſet furor maiorẽ q̃ſi rabiẽ præ ſe ferens ſpumas ex ore uomebat. Rabies ueſana:rabies inſaniã oſtẽdens. Effluit.ſ.e pectore. Anhelo meatu.quia nimio ſpũ trahebat̃. Domita.i.iã ſubacta impio Apollinis. Effugis ĩgẽtes:phœmonoes poſtq̃ diu quæſiuit fata rerũ oium quæ mẽte cõceperat:& ex his tãdẽ elegit:ꝙ ad Appiũ pertinebat:ita uaticinata ẽ:hoc aũt factũ ẽ ꝙ Appio reſpõdeat phœmonoe. Effugis ut ingt o Romane euadis. Soluſq; quietẽ:hẽbis in uallẽ euboici ſinus maris cõſtitutus. In uaſta cõualle nã ibi ſepultus ẽ: & ita bellũ ciuile morte preuẽtus effugit. Cætera ſuppſſit:q̃ nõ ptinebãt ad appiũ. Cuſtodes:nũc ad Appiũ apoſtrophat:& eũ q̃ſi interrogat:cur nõ oĩa dicat quæ populo Ro.imminebãt pericula:nõ.n.oẽs clades exprimebat ut po.ro puidere poſſet:deĩde cãs dicit:cur ea uoluerit eẽ occulta Apollo. Tripodes.i.Apollo cuius tripodes in tẽplo delphico poſiti ſunt. Fatorũ arcana:idẽ eſt nã fata ſunt ſecreta totius mũdi. Futuri.i.q cognoſcis futura tãq̃ præſentia. Suprema:finẽ ultimũ. Duces:qui tot occiſi fuerũt. Regũ:q ſimul cũ Ro. cecidere. An nondũ:reſpõdet tacitæ qõi an fortaſſe ideo taces:qa nõdũ dii ſtatuere quid futurũ ſit:& nõdũ ſatis planũ ſit moriturũ eſſe Põpeiũ. Decreuere:diffiniuere. Dubitantibꝯ aſtris:ſecũdum opinionẽ eoꝶ:qui dicũt oia fieri infuſiõe ſtellaꝶ. Tot fata.i.tot uentura. Impii:po.ro.ſilent̃. Vindicis: alia rõ ẽ ne ſi oia dixeris phibeat̃ Brutus ulciſci patriam a Cæſare oppreſſã:nã ſi hoc preſciuerit Cæſar phibebit ne ſibi inſtruãtur inſidiæ:iõ &c. Facinus .ſ.præclarũ hoc loco:nã laudat hoc factũ Bruti q patriã a tyrãnide liberauit. Vindicis:bruti ultoris patriæ. Furore:Cæſaris quia furore potius q̃ rõe ductus libertatem occupauit. Ad ultores bru.i.ad cõſulatum:ſicut prius ille Brutus pulſis regibus ad cõſulatũ redegit impiũ:ita nũc quoq; futurũ ẽ ut occiſo cæſare iterũ cõſulatus in urbe imperiũ teneat. Tũc pectore:nũc pſequit̃ dicere qũo ſe habuerit ſacerdos poſtq̃ reſponſa dedit Appio. Ceſſere fores: quia eas furibunda impulit. Impactæ:impulſæ. Expulſa:eiecta impetu numinis. Perſtat rabies:adhuc furor ĩ inſania pmãſit in pectore. Quẽ nõ emiſit.i.expreſſit loquẽdo.ſ. fata quæ a phœmonoe retinebant̃ in pectore luctabãtur exire:iõ furoris adhuc reliquiæ permanebant. Vagãtia:errantia. Lumina:qa ſuſpiciebãt huc & illuc ferẽs uultũ. Stat nunq̃ facies:quia mõ læta mõ triſtis uidebat̃. Rubor igneus:quia modo quaſi irata rubeſcebat facies

Pallor:furoris non qui ſolet eſſe:ſed terrorẽ ſignificabat. Nec feſſa quieſcũt:qa uix feſſa erãt:iõ quieſcebant uel phyſionomice:q̃uis feſſa:tamẽ nõ quieſcebãt. Sed ut timidus:dicit emiſiſſe ſuſpiria e pectore ſacerdotẽ:q̃ ſolet emittere murmure ſuo boreas:tũc cũ flare deſit:& q̃uis flare boreas deſinat tamẽ adhuc murmur quoddã facit pari rõe phœmonoe:q̃q̃ ſẽſim dimiſiſſet furorẽ:tamẽ aliqd furoris cogebat eã ſuſpiria emittere:& effũdendo ſuſpiria quodãmõ pectora leuari uidebãt. Pontus ge.qa poſtq̃ mare boreas turbauerit:& uiolẽtus ille ſpũs diſcedeꝛ icipiat:tamẽ adhuc mare priorẽ pturbationẽ ſẽtit:& murmur emittit. Flamĩa.ſpũm. Rauca:p rauce. Suſpi.le.ſic ſolet fieri ꝙ ſi crebra ſuſpiria mittimus:leuari quodãmõ uidet̃ grauitas cordis. Dũq; a luce:dũ ab illa cognitione diuina & dum a templo exiret dicit diuinam quidem mentem relinquere:humanam autem recipere: inter hæc duo extrema tenebræ oculis obortæ ſunt: & exanguis cecidit:Lucem uero appellauit:eo ꝙ in ea uiderat omnia atque cognouerat.

Inter fata diu quærens tã magnã latentem
Spumea tunc primum rabies ueſana per ora
Effluit & gemitus:& anhelo clara meatu
Murmura tũc mœſtus uaſtis ululatus ĩ ãtris
Extremæq; ſonãt domita iam uirgine uoces
Effugis in gẽtes tanti diſcriminis expers
Bellorũ romane minas:ſoluſq; quietem
Euboici uaſta lateris conualle tenebris
Cætera ſuppreſſit:fauceſq; obſtruxit apollo
Cuſtodes tripodes fatorũ arcanaque mũdi
Tuque potens ueri pean nullũque futuri.
A ſuperis celate diem:ſuprema ruentis
Imperii:ceſoſque duces:& funera regum
Et tot in heſperio collapſas ſanguine gentes
Cur aperire times? an nundũ numina tãtum
Decreuere nephas? et adhuc dubitãtibꝯ aſtris
Pompeii damnare caput tot fata tenentur?
Vindicis an gladii facinus pœnaſq; furoris
Regnaq; adultores iterũ redeuntia brutos
Vt peragat fortuna taces:tũc pectore uatis
Impactæ ceſſere fores:expulſaque templis.
Proſiluit:perſtat rabies:nec cũcta locuta eſt
Quẽ non emiſit ſupereſt:deus ille feroces
Torquet adhuc oculos:totoq; uagantia cælo
Lumina.nũc uultu pauido nũc torua minaci
Stat nunq̃ facies.rubor igneus inficit ora
Liuenteſque genas:nec qui ſolet eſſe timenti
Terribilis:ſed pallor ineſt:nec feſſa quieſcunt
Corda:ſed ut tũidus boreæ poſt flamĩa põtus
Rauca gemit:ſic multa leuãt ſuſpiria uatem.
Nunq; a luce ſacra quã uidit fata refertur

Ad uulgare iubar.i.ad coēm ſenſum & humanā mētē:nā humana mens ē lux cōmunis & intellectus: ille uero diuinus erat. Mediæ tenebræ:inter diſceſſū diuinæ mētis:& redditū humanæ. Immiſit ſtygiā:apollo.ſ.in obliuionē rerū oīum ſimilē ſtygiæ paludi:nā ſtyx appellatur palus inferni:de qua cū bibe/rint aīæ maloꝝ.oīum obliuiſcuntur:quæ perpeſſæ ſunt apud inferos.Strabo libro octauo dicit in argiua ora apd pheneū cāpum ſtare ſtygis aquas:ſic eni uocatur lætalis aquæ ſtillicidiū quā ſacrā hoīum facit opi/nio. Raperet:auferret. Futura:quæ in pectore illius conſtiterant. Refecta.i.quæ uix refici potuit a tā/to furore.

Ad uulgare iubar mediæ uenere tenebræ
Immiſit ſtygiam pean in uiſcera lethen
Q uæ raperet ſecreta deum:tūc pectore uerū
Fugit & ad phœbi tripodas rediere futura
Vixque refecta cadit:nec te uicinia læti
Terrıtat ambiguis fruſtratū ſortibus appi
Iure ſed incerto mundi ſub ſydere regnum
Calcidos euboicæ uana ſpe rapte parabas
Heu demens nullū belli ſentire fragorem
Tot mundi caruiſſe malis præſtare deorum
Excepta quis morte poteſt:ſecreta tenebis.
Littoris euboici memorando cōdite buſto
Q ua maris anguſtat fauces ſaxoſa cariſtos:
Et tumidis infeſta colit quā numia rhamnis
Arctatus trepido feruet qua gurgite portus
Euripuſqꝫ trahit curſū mutantibus undis
Chalcidicas pupes ad iniquam claſſibꝰ aulim
Interea domitis cæſar remeabat hiberis

Nec te:nūc reddit ad Appiū:dicēs quō Appius fefellit oraculum Apollinis:ſicut ipſe credebat:quia dixerat ipſū ſolū effugere minas bellorum ciuiliū:& ſoli licere in euboico littore in pace conſi/ſtere. Vicinia.i.uicinitas mortis. Sortibꝰ:oraculis: Subſidere.i.tibi ſubiicere. Incerto iure:incerta ptāte:uidelicet uter mundi teneret imperiū:an Cæſar:an Pompeius. Rapte:ſublate. Chalcidos euboicæ:Chalcis euboicæ metropolis ꝑdicaꝰ:& ꝑcul dubio dignitatis pricipatū reportat euboicæ dicit: quia ut inquit Strabo libro.x.Chalcis eiuſdē appellationis in etolia quoqꝫ dicitur. Heu.d.quia ea tibi perſuades:quæ uix deus cuiquā preſtare pōt: ut in toto orbe terraꝝ perturbato nihil ꝑturbationis ex te ſentiatur. Excepta morte:ideſt non intelli/gis deū minari tibi mortē:cū dicat te quieſcere poſſe. Secreta tenebis:o demens inquit Appi tu cre/dis te ſolum immunē fore belli ciuilis:ſed te multū fallit opinio nā mors erit quæ te premet:& hāc tibi quietē dixit apollo: nā ī euboea ſepultus iacebis: & hic Lucanus dſcribit ubi ſepulchrū habuerit Appius:qui ꝑpetuo nomē illius mare tenet uſqꝫ ad tem/pora nr̄a. Secreta.i.ſepata loca.i.ſeceſſum illum. Memorādo:quia memoriam illius maris ſepul/chrum tenebit. Cariſtos:ciuitas ē: Cariſtos ut re/fert Strabo libro.x.ſub montē Salomin in Atticam proſpectātem cōſiſtit:ad Caryſtū lapis naſciꝰ: quē pectunt:nent:texūt:īde mātilia cōficiuntur ægregie cōtexta:ea ubi ſordeſcūt in flammā proiecta:non ſecus mundantur:q̄ ſi maculas elueris.Solinus cap.xvii.dicit ꝙ ibi fiunt carbaſa quæ īter ignes ualent: & ꝙ chalcis eadē hīta ē apud priſcos:Vt Chalydeus autor ē:ære ibi primū reperto. Anguſtat fauces:nā collis imminet mari:& in eo colle poſita ē Cariſtos ciuitas quā ideo ſaxoſā appellauit. Rhamnis ciuitas Atticæ eſt:de qua Rhamnuſia fortuna ē appellata eo ꝙ præcipue in hac ciuitate colirur dea fortuna.Rhamnis ut inquit Strabo libro.ix.Nemeſeos tēplū hēt& ſtatuā quod Diodori opus pleriqꝫ dicūt:aliqui uero agora/criti parii:quæ ex magnitudine & pulchritudine ꝑfecta:magis ac magis & cū phidiæ opibus æmulatione contendit. Tumidis infeſta:irata ſuperbis:nam ut plurimum qui in ſummo dignitatis gradu conſtituti fuerint ſæpe ruunt præcipites. Portus arctatur:ſcilicet inter ſaxa montis: ſuper quo impoſita eſt aulis. Aulis autore Strabone libro nono lapidoſa ſane ora & Tanagræcorū uicus eſt:portus ſane eſt quinquagita capiens naues:quo circa græcorū claſſē magno in portu cōſcendiſſe ſimile ueri eſt:prope conſiſtit chalcidis euripus. Rapido:unū ſequiꝰ ex altero:ubi mare anguſtum eſt ibi ſolet eſſe maior æſtus maris. Eu/ripuſque:quia locus ille ſic appellatur ab eu bene rupi impetus:quia ibi impetus maris maior ē q̄ uſquam ideo per excellentiā appellatur Euripus: qui ægri maris ſinus ē: inter euboeam inſulam & Boetiam:ſiue phocidem in longum arctumque productus & ſepties inter diem & noctem reciprocas agit undas ideo inſidus dicitur eſſe carinis. de huius Euripi natura legitur: ꝙ quidam philoſophus eiuſdem nominis .ſ.Euripus cū eam diu multumque cōſiderans inuenire nō poſſet:quia reciprocas ageret uices:poſtq̄ ſcire non potuit naturā fluminis ſe præcipitē dedit in medios fluctus:dicens epidois euripos:quandoquidem euripus euripum nō habet:euripus euripum habeat.i.quia Euripus philoſophus non poteſt ītelligere euripum fluuium.ergo euripus fluuius euripum phūm habeat. Chalcidicās: ideſt illius loci quo ad auli/dem iniquā. Claſſibꝰ.ſ.græcorum:nā cum in aulidem græci uenirent:& mare perturbatum eēt: ibi ali/quādiu retēti eēnt:nec prius mare pacatū fuit q̄ de ſāguine regio placareꝰ diana:cuius ſerpētē Agamēnon occiderat:q̄uis fabulæ dicāt:quū ephigeniā imolaturus eēt pater: diana cōmiſeratiōe cōmota ſtati ceruā ſubiecit. Ad uſque:uſque ad:tantus ē impetus Euripi ſinus maris ut uſque ad aulidem naues impellat.

Claſſibꝫ.ſ.agamēnonis ibi tēpeſtate maris diu retētis. Interea Cæſar:dū hæc gerūt̃ Cæſar ſubactis Petreio & Afranio in hiſpaniā cū exercitu uictore redibat ut Pōpeium ſequeret̃:Sed hic fortuna quæ ſemper cæſari ſecūda fuerat neſcio quid dubitaſſe uidet̃:an ſequeretur cæſaris uoluntatē: nā milites diſſēſionē fecere:ita ut iā plane ꝑ oēm exercitū dicerēt ſe poſt hac Cæſarē ſequi nolle: poſtq̄ nullū ex tot laboribꝫ atq̄ periculis præmiū cōſequerent̃:& q̄q̄ ſeditio illa ferme illuc ꝑuenerit:ut cæſarē deſererēt: tamē Cæſar ſicuti ſemꝑ in rebꝫ difficilimis maior apparebat:ita hoc tꝑe oppreſſit hāc ſeditionē militū ut multo q̄ atea obſequētiores facti ſint.

Victrices aquilas alium laturus in orbem
Cum prope fatorum tātos ꝑ proſpera curſus
Auertere dei nullo nam marte ſubactus
Intra caſtrorum timuit tentoria ductor:
Perdere ſucceſſus ſcelerum:cum pene fideles
Per tot bella manus ſaciatæ ſanguine tandem
Deſtituere ducem:ſeu mœſto claſſica paulū
Intermiſſa ſono clauſuſq̄ & frigidus enſis
Compulerat belli furias ſeu præmia miles
Dum maiora petit.dānat cauſamq̄ ducemq̄
Et ſcelere imbutos etiam nunc uendicat enſes
Haud magis exptus diſcrimine cæſar ī ullo
Quā nō e ſtabili tremulo:ſed culmīe cūcta
Deſpiceret:ſtaretque ſup titubantia fultus
Tot raptis truncus manibꝫ gladioq̄ relictus
Pene ſuo:qui tot gentes in bella trahebat.
Scit non eſſe ducis ſtrictos ſed militis enſes
Nō pauidū iā murmur erat:nec pectoꝛ tecto
Ira latens:namq̄ dubias cōſtrigere mentes
Cauſa ſolet:dū quiſq̄ pauet qbꝫ ipſe timori ē

Nonā ſiquidē tumultuantē legionē apud placētiā:q̄q̄ adhuc ī armis Pōpeius eēt:ut refert Suetonius:tutā cū ignominia miſſā fecit:ægreq̄ poſt multas & ſuplices ꝑces: nec nō exacta de ſōtibꝫ pœna reſtituit minatus fuerat auctore Apiano decimū quēq̄ morte mulctare:ſed gemitu ab uniuerſa legiōe edito:& ꝑtoribꝫ genibꝫ affuſis q neruā depoſcebāt: cæſar poſt modicū uix tādē ab ira liberatus hoc ſolū cōceſſiſſe uiſus:ut cētū dūtaxat &.xx.ſeditionis pricipes ab oībus eligeret duodeciq̄ ex his a cæteris ſelectos ſuplicio afficeret. Decimanos aūt romæ autore Suetonio cū ingentibꝫ minis ſūmoq̄ ēt urbis ꝑiculo miſſionē & præmia flagitātes ardent tūc Aphricā bello neque adire cōctatus ē:q̄q̄ deterentibꝫ amicis & una uoce q̄ Quirites eos pro militibꝫ appellauit flexit ita : ut ei milites eē confeſti reſponderit. Hiberis:Petreio q cū impio hiſpaniā tenebāt. Remeabat:redibat. Laturus uictrices aqlas.i.exercitū uictorē ducturus. In aliū orbē.ſ.i Europā cōtra Pōpeiū:nā hoc aīo ſdibat:ut in græciā ſequeret̃ Pōpeiū. Per ꝓſpera: qa fortuna oīa ex uoto & uoluntate Cæſaris regebat. Tātos cur.ſeditiōe.ſ.orta in exercitu quā deſcribit. Nullo iā marte ſe.cū ſemꝑ aduerſus hoſtes cæſar uictor extitiſſet in ſuis caſtris uici timuit.ſ.ne ſeditiōe militū deſertus uinceret̃. Perdere ſucceſſus amittere fœlicitates. Scelere : ꝙ cōtra patriā arma ſumpſiſſet.Cum pene interpetrat̃ ipſe id autē fuit: cū haud ꝓcul abfuit:quin milites cæſarē deſererēt q̄uis per tot bella ſemꝑ fideliſſimi fuerit. Pene:ꝓpe modū. Fideles:ꝑ tot bella quæ ī gallia:britānia:germania nouiſſime geſſerāt. Satiati ſan.qa faſtidire cepant tātum ſāguinis & cruoris. Seu mœſto:ratiōes nō nullas affert q̄obrē aī fortaſſe militū mutati fuerit:q̄ de cā orta fuerit ſeditio in milites & cæſarē incertum ē:qa fortaſſe potuit cōtingere:quia nō intermiſerāt bella.ſ.ꝙ incruēto marte Petreiū & Afraniū uicerant:& quia nō redibant in in Italiā:& quia deſueti erāt a pugna: ideo hebetiores facti incipiebāt nunc bonū pacis cognoſcere. Seu premia:alia cā ē:ſeu ꝙ laboribꝫ ſuis haud digna premia cōſequebant̃. Mœſto ſono:minus ē:qa ſonus claſſicorū nō eſt mœſtus uel ꝓ claſſica mœſti ſoni paulo ante intermiſſa:& nō nihil intermorata. Clauſuſq̄ & fri.en.quia clauſus erat:nō tepidus.i.ſuo ſpū tepefactus. Expulerat.ſ.e m ēte militū furias inſaniā belli. Premia nōdū cōſecutus. Dānat cām:q̄ſi inhoneſtā. Ducēq̄: q̄ſi ingratū. Scelere imbu.qa ēt poſtq̄ ſcelus cōmiſerat a ſcelere enſes liberare nolebant:qđ ē nimis tardū. Haud magis exptus.ſ.cæſar:& ſi oīa ex uoto cedebant:tamē non intellexit ſtatū ſuū eſſe tā debilē ſicuti nunc:cū pene deſtitutus ab oī exercitu ipſe ſolus ſtaret. Deſpiceret:tāq̄ deorſū aſpiceret trāſlatio ab eo q̄ in ſūmo gradu cōſtitutus ipſe ſupſtes alios inferiores deſpicit. Culmine:ex altitudīe gradus incerti. Trūcus:nā cæſarē q̄ſi corpus appellauit exercitus & milites corpis manus. Titubātia:inſtabilia. Raptis manibꝫ: amiſſis militibꝫ ſuis. Gladio ſuo:deficiētibus armis militū. Strictos:nudatos. Nō pauidū:iā inqt nō clam murmurabāt in ſuū ducē milites:ſed palā uerba cōtumelioſa iactabāt:ut appareret eos a duce ſuo penitus alienos eē. Tecto:ſimulato. Nec quæ:dicit unā uel potiſſimā cām eē cur populi metuāt tyrānū:nec ſe ab illius iniuria ulciſcuntur.ſ.ꝙ unuſquiſq̄ credit ſibi ſoli iniuſte impare:nō cæteris:nā ſi crederet ita ab uniuerſis odio haberi:ſicut a ſe nō dubitaret apte inuadere tyrānū:ſed hæc cā non erat in ipſis:nā milites Cæſaris cōſcii erāt ſibi inuicē ꝙ oēs odio Cæſarē hērent ꝙ.ſ.ſibi igratus fuerat poſtq̄ tot labores & ꝑicula perpeſſi fuere & ſanguinē ſuū pro gloria & laude cæſa effuderūt.Dū qſq̄ pauet:tyrānus uult timeri:& tamen timet populū ſuū ut in officiis Ci.ait:Qui timeri uult timet eos a qbꝫ uult timeri. Iniuſta grauari:ſi nec/

doche eſt ut grauatus mẽtẽ.i.ꝓpter mẽtẽ.i.exiſtimat ſibi ſoli iniuſte impare potẽtẽ. Abſoluerat liberauerat:quia oẽs ſciebãt ſibi iniuſtũ eẽ cæſarẽ. Quicqd mul.pec.nã ſi unus uel decẽ auderẽt aliquid cõtra tyrãnũ ulciſci tamẽ nõ poſſent: at ſi uniuerſa ciuitas conſentit ulciſci audet iniuriã.Effudere:euomere iras q̃s ſimul in pectore tenebant. Liceat diſcedere Cæſ.ẽ diſſuaſio ne cæſari militẽt:nã ſub eo militia dura ẽ & laborioſa argumẽtũ ẽ a difficili. Liceat:apoſtrophat ad Cæ.& ẽ cõſtitutio cõiecturalis:licet diſcedere non licet quæſtio ẽ. Diſceditis uos a militia:diſcedimus ſed iuſte:nã ingratus es:attamẽ non licet uobis iuratis ab imꝑatore ueſtro diſcedere concedendũ ẽ: ſed refellit oĩa:primo qa magna ꝑicula & labores perpeſſi ſunt:& patiunt̃:tamẽ nullũ premiũ accepere:

Seque putat ſolũ regnorũ iniuſta grauari
Haut r̃tinẽt qppe ipſa metus exoluerat audax
Turba ſuos.qcq̃d multis peccatur iultum eſt
Effudere minas:liceat diſcedere cæſar
A rabie ſcelerum:quæris terraque marique
His ferrum iugulis animaſque effũdere uiles
Quolibet hoſte paras:ꝑtem tibi gallia noſtri
Eripuit partem duris hiſpania bellis
Pars iacet heſperia:totoque exercitus orbe
Te uincente perit:terris fudiſſe cruorem
Quid iuuat arctois? rhodão rẽoq; ſubactis?
Tot mihi pro bellis bellum ciuile dediſti
Cæpimus expulſo patriæ cum tecta ſenatu.
Quos hoĩum uel quos licuit ſpoliare deoꝝ?
Imus in omne nefas:manibus ferroq; nocẽtes
Paupertate pii finis quis quæritur armis?
Quid ſatis ẽ ſi roma parum? iã reſpice canos
Inualidaſque manus:& inanes cerne lacertos
Vſus abit uitæ bellis cõſumpſimus æuum
Ad mortem dimitte ſenes:en improba uota
Non duro liceat morientia ceſpite membra
Ponere non anima galeam fugiente ferire:
Atque oculos morti clauſurã quærer̃ dextrã
Coniugis illabi lachrymis unique paratum
Scire rogum:liceat morbis finire ſenectam
Sit præter gladios aliquod ſub cæſare fatum
Quid uelit ignaros ad quæ portẽta paremur
Spe trahis? uſq; adeo ſoli in ciuilibus armis:
Neſcimus cuius ſceleris ſit maxima merces:
Nil actum eſt bellis ſi nondum compit iſtas

Rurſus arguit a neceſſario qa ẽt diutius ſub eo militare uoluerint nõ poſſent:cũ ad decrepitã ætatẽ peruenerint:rurſus ab utili.ſ.qa uictoriæ premia ſolus poſſidet. A rabie:a furore diſcedere. Quæris a difficili arguit quia laborioſa ẽ militia:licet diſceder̃ nã quæris ferrũ iugulis nr̃is:qui terra mariq; occidimur. Viles.ſ.tibi. Partẽ duris hi.bellis.ſ.fame cũ diluuiũ illud hiſpaniã oẽm inundauit:adeo ut extrema inopia laborarẽt multi perierũt:nã armis pene nullus cõſumptus ẽ. Iacet apud Maſſiliã in Italia. Totoq; exercitus orbe:nos quidẽ occidimur: tu uero uictor appellaris. Fudiſſe cruorẽ: tot labores ſunt tot pericula:ut ubiq; ſanguinẽ noſtrũ ꝓ uictoria tua effuderimus:& ſine ꝓmio aliquo. Terris arctois.ſ.in gallia:germania:& Britãnia:quæ ſũt in ſeptẽtrione. Rhodano rhenoq; ſub.i.ſubactis populis:qui iuxta rhenum & rhodanum hĩtant Rhodanus galliæ:rhenus germaiæ fluuius eſt. Tot mihi: qa belloꝝ quæ per tot annos ſuſtinuimus in diuerſo orbe terraꝝ:nihil niſi ciuile bellũ ſupereſt. Cæpimus expulſo:cũ inquit urbẽ romã ingreſſi ſumus nec diuina nec humana licuit nobiſ diripere quãdo nil prædæ cõſecuti ſumus:& oĩa ĩ ꝓtãte tua fuerit o Cæſar:quid inde utilitatis cõſecuti fuimus in urbe quæ ẽ opulentiſſima?quid ex aliis ſupereſt qd̃ ſperare poſſimus? Quos hoĩum:uel deoꝝ uel tẽploꝝ nobis diripere licuit ĩ illã. Imus in omne nefas:ergo ſcelus noſtrũ ẽ utilitas uero tua:nã oĩa ſcelera cõmittimus ꝓpter diuitias:ſed tamẽ nos pauperes ſumus tãq̃ pii & innocẽtes. Finis quis armis erat:quãdo nec capta Roma tibi ſufficere potuit. Iã reſpice canos:ẽt ſi nihil aliud cogit nos ab armis diſcedere:ſaltẽ hoc:iã eni ſenectus & mors ipſa iminet nobis:inde inquit mẽbra noſtra exhauſta ſanguine & corpora noſtra ſenectute effœta. Inanes:ibecilles ꝓpter ſenectutẽ. Vſus abit uitæ:ille eni ex uita abit:cuius uita nullius fructus ẽ. En ĩproba.ſ. petitio ut non in caſtris:ſed domi nr̃æ moriamur. Ceſpite ut nõ nuda terra moriamur. Non duro li.i.mori liceat nobis ĩ cubiculis noſtris:ne dũ apd̃ uxores & liberos:ut ſaltẽ ſint q moriẽtib9 nobis oculos claudãt. Nõ aĩa galeã.i.liceat nobis non armatis interire ſecũdũ eos loquitur qui dicũt aĩam eſſe aerẽ:cũ aĩa corpore exiret nõ pereat. Aĩa:ſpũ & ſpũs exire nõ poſſit niſi ꝑ galeã. Dextrã:uel filiorũ uel uxoris uel parẽtũ:quia ſic mos erat ut propinquiores moriẽtibus oculos clauderent. Cõiugis illabi lachrymis:infudere. Rogũ:quia ĩ caſtris rogus cõis extruit̃:& multorũ cadauera uno rogo ſupimpoſita cremãtur:liceat ergo ſingulis nr̃is rogũ hr̃e. Sit ꝓter gla.ſit aliqua mors ꝓter quã q̃ ẽ illata ferro. Quid uelut:rurſus ab inutili diſſuadet:dicit eni nunq̃d neſcimus quæ utilitas ſit ĩ bello cĩli.q.d.nos ualde amẽtes eſſemus niſi ĩtelligereꝰs eoꝝ q bella cĩlia gerũt ſolũ labores eẽ præmia uero unius tãtũmõ ducis. Spe:falſa. Portẽta bene appellauit portẽta.ſ.cædes ꝓmiſcuas ut parẽtũ

filiorũ fratrum inter ſe. Nil actum. Cæſar intelligit poſſe nos illius iniuriam uindicare. Nec fas: arguit a facili: facile ẽ a militia diſcedere: qui ſi alios populos uindicauimus: facile poterimus nos quoq; ab iniuria Cæſaris uindicare. Nec uincula uetant. ut uidicemus nos ab eo: uidelicet diſcedamus: nec diuino: nec humano iure ꝓhibemur. Nec fas: nec. ſ. ut uindicemus nos a cæſare & ideo deſeramus: quia piũ eſt deſerere eum qui contra patriã arma ſumpſit a lege ius ẽ ut priuatus ceteris æqualibus nil plus iuris habeat qui priuatus eſt q̄ nos ipſi. Rheni mõ cæſar: quoad militauimus ſub cæſare in gallia ille noſter dux fuit nã prouincia gallia Cæſari ſenatus populiq; ro. decreto demandata erat: at uero poſtq̄ in Italiã uenit: & urbẽ ingreſſus ẽ cepit eſſe priuatus: ergo cũ nullũ ius habeat magiſtratus nihil illi obligati ſumus. Socius: quia ita priuatus ẽ ſicuti nos. Facinus: ſicuti nos arma cõtra patriã ſumpſimus: ita & cæſar: ergo cõe facinus ẽ bonũ ẽt æquale eſſe debet. Adde quod ingratus. Arguit a parte iuris: quæ ẽ gratia ut bene mœrentibꝰ grã reddatur: ſed argumẽtũ intendit: non ſolũ cæſar nullã nobis gratiam: ſed nec gratias quidẽ agit: quicquid enĩ gerimus nõ nobis: ſed fortunæ attribuit. Iudice. ſ. Cæſare ingrato. Nos fatũ: intelliget tũc deniq; Cæſar nos illã eẽ fortunã cum attribuit oĩa cũ ab eo diſceſſerimus. Obſequium. i. licet deos tibi ſecũdos ſperes fore: tamẽ cũ diſceſſerimus: intelliges nõ ita eſſe: nã neceſſario cũ aduerſariis tuis pacẽ iungere coegeras. Infeſto: irato. Depoſcere ducẽ: paratus ẽt mortẽ inferre duci: ſi forte eos inuitos retinere uoluiſſet. Sic erat: eos poeta præcatur hoc loco ut agant: ſicuti cepunt nã ſi alio mõ bellũ ciuile diminui nõ põt: ſaltem diſcordia militũ hoc fiat. Pietas: quæ debetur charitati. Fides: quæ patriæ debetur. Quẽ non ille. d. cũ ita diſſenſio tãta orta eſt in caſtris cæſaris nullus dux tãti animi fuiſſet ꝑter Cæſarẽ: qn timuiſſet hãc militũ ꝑturbationẽ: ſed ĩ arduis atq; dificillimis rebus ſemꝑ fortior efficiebaſ. Quis ducẽ: quãtũ libet magnũ. Tumultus: ꝑturbatio. Fata ſed in præceps: ſed cæſar q ardua oĩa & periculoſa magno aĩo aggrediebatur: uenit ĩ cõſpectum militũ ſi forte aliquid cõtra ſe facere uoluiſſent: & minabũdo uultu cepit eos & qui huius ſeditionis auctores fuerant: ſecuri percuti iuſſit: quo facto perterriti cæteri multo plus q̄ antea obſequẽtiores illi facti ſunt: Alii quoque ueniam petiere ſi quid contra eum minus clementer dixiſſet: Conſtituerat Cæſar: ut refert Apianus: decimũ quẽque mortẽ mulctare: queadmodũ ſuperius diximus: ſed gemitu ab uniuerſa legione edito: & prætoribus genibꝰ qui ueniã depoſcebãt poſt modicum uix tandẽ ab ira liberatus: hoc ſolũ conceſſiſſe uiſus ut centum dũtaxat & uigĩti ſeditiõis principes ab omnibus eligeret quos ſupplicio afficeret. Fata dimittere: ideſt augere occaſionem fatorum: qa nõ expectabat fata Cæſar ut ſibi ſecũda eſſent: ſed ea preueniebat. Per ſũma ꝑicula: ſe exponẽs quãto magis fortuna ſecunda erat. Deſæuiat ira: ideſt non expectauit donec ira multum deferueſcit: ſed dum incenſi ſunt. Tẽtare furores: ſcilicet uidere nunquid imperio ſuo cedant an non. Non illis urbes. Hic Lucanus ſicuti in multis locis inuehitur in Cæſarem: dicit autem illũ nihilo magis timuiſſe milites q̄ ne deſereretur ab eis: quos ſciebat iam diu bellis ac facinoribus aſſuetoſ eſſe: & nihil eſſe quod non facile eis cõcederet: dummodo eos retineret. Non illis: modo cupiditatem eorum Cæſar expleret: niſi militibꝰ negaſſet. Vrbes: ſcilicet ſpoliandas: quicquid ſceleris: quicquid prædæ ab eo petiiſſent: id facile impetrare potuiſſent modo ne ab eo diſcederent. Tarpeiamque ſedem: ideſt Iouis capitolini templa non negaſſet diripienda. Matreſque ſenatus: matronas primicias eis conceſſiſſet. Paſſuraſque infanda nurus: adulteria & ſtupra. Vult omnia Cæſar: ideſt placeat ut inducti ſceleribus milites quaſi inuiti ab ipſo ſeparari non poſſint. Premia: ſcilicet prædam quæ premium martis ẽ. Militis indomiti: tantum mens ſæua timetur: id unũ erat quod timebat Cæſar: ne ad ſaniorem mentem milites redirent: & inciperent ſcelus cognoſcere. Non pudet ad ipſũ apoſtrophat: & q̄ſi eũ repræhendit ꝙ ſolus ipẽ ſit cui bella cĩlia placeant.

Omnia poſſe manus: nec fas nec uincula iuris
Hoc audire uetant: rheni mihi cæſar in undis
Dux erat hic ſocius: facinus quos inquinat equat
Adde quod ingrato meritorum iudice uirtus
Noſtra ꝑit quicquid gerimus fortuna uocatur.
Nos fatum ſciat eſſe ſuum: licet omne deorũ
Obſequium ſperes irato milite cæſar
Pax erit: hæc fatus totis diſcurrere caſtris
Cœperat: infeſtoq; ducem depoſcere uultu
Sic eat o ſuperi quando pietaſque fideſque
Deſtituunt. moreſq; malos ſpare relictum ẽ:
Finem ciuili faciat diſcordia bello
Quem nõ ille ducẽ potuit terrere tumultus
Fata ſed in preceps ſolitus dimittere cæſar:
Fortunamq; ſuam ꝑ ſumma pericula gaudẽs
Exercere uenit: nec dum deſæuiat ira
Expectat: medios properat tentare furores
Non illis urbes ſpoliandaque tẽpla negaſſet
Tarpeiãque iouis ſedem matreſque ſenatus:
Paſſuraſq; infanda nurus: uult omnia cæſar
A ſe ſæua peti uult premia martis amari
Militis indomiti tantum mens ſana timetur
Non pudet heu cæſar: ſoli tibi bella placere

Manibus:ideſt a tuis militibus damnata:manus Imperatoris milites appellat. Hos:milites tuos pri/us pigebat ſanguinis q̄ te. Vis ferri:licentia armorū illis diſplicebit:tibi uero nō. Laſſare: defatigeris ipe/ratiuus modus ē. Sine armis.ſ.uiuere. Finē:rebꝫ bellicis. Sæue quid:non p̄terea ē quod appeteř poſſis nolentibus:militibꝫ tuis & cogis eos ībella ruere. Bellum ciuile:nō ne uides ꝙ bellū ciuile te fugit:& tu illd̄ ſequeris. Stetit aggeř fulti:poſt īuentionē ṙddit ad ꝓpoſitū:dicens:quō Cæſ.magno aīo ſe militibus obtulerit. Intrepidus uultu.i.uultus talis erat ut metui potius poſſet q̄ metuere. Aggere nā aſcēdit ag

Iam manibus damnata tuis: hos ante pigebit
Sanguinis his ferri graue ius erit:ipſe ꝑ omne
Faſq; nefaſq; ruis:laſſare & diſce ſine armis
Poſſe pati:liceat ſcelerum tibi ponere finem
Sæue quid īſequeris? quid iam nolentibꝫ iſtas
Bellum te ciuile fugit:ſtetit aggere fulti
Ceſpitis intrepidus uultu:meruitq; timeri
Non metuens atque hæc ira dictante profat̄
Qui modo ī abſente uultu dextraq; furebas
Miles:hēs nodū ꝓptūq; ad uulnera pectus
Hinc fuge ſi belli finis placet:enſe relicto
Detegit imbelles animos nil fortiter auſa
Seditio:tantūque fugam meditata iuuentus
Ac ducis inuicti rebus laſſata ſecundis
Vadite:meque meis ad bella relinquite fatis
Inuenient hæc arma manus:uobiſque ṙpulſis
Tot reddet fortuna uiros:quot tela uacabunt
An ne fugam magni tāta cū claſſe ſequentur
Heſperiæ gentes:nobis uictoria turbam
Non dabit: impulſi tantum quæ præmia belli
Auferat:& ueſtri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur uulnere currus?
Vos deſecta ſenes exhauſtaque ſāguie turba
Cernetis noſtros iam plebs romana triūphos.
Cæſaris an curſus ueſtræ ſentire putatis
Damnum poſſe fuge:ueluti ſi cūcta minent̄
Flumina quos miſcēt pelago ſubducere fōtes
Non magis ablatis unquā decreſceret æquor
Quā nūc creſcit aqs:an nō momēta putatis
Vlla dediſſe mihi:nunquam ſic cura deoꝝ

gerē de ceſpite erectum ut ab oībus poſſet audiri & uideri. Qui mō in ab. Redarguit milites ſuos: & ꝓbat ipſos eē dimittēdos: oſtendit ab utili ꝙ utile ſit eos dimittere q̄ ſeipſos oſtēdūt ībelles:ex eo ꝙ ni hil auſi fuerūt q̄ uerba ī īperatorē:& prīo captat bēi uolentiā ab ipſoꝝ ꝑſona uidelicet q̄ Cæſarē amant aduerſi fiāt:his qui ſeditionem concitarunt. i. odi um ducimus aduerſariū:cū oſtendimus aliqd ſpur ce:ſuperbe factum.oſtēdit eos pro īpatore ſuo ī primo cōſidēter facere uoluiſſe : deinde fidem ſibi non ſeruaſſe uidelicet ꝙ ſibi minitabātur. Miles hēs: tu qui pauloante audebas confidenter contra me pectus meum aptū uide accede. Modo:paulo ante. Hic fuge:deliberat dimittendum eſſe:qa in/belles & ignaui ſunt probat:nam ſi fortes eſſent:nō uerbis contra īpatorem exacerbati eſſent:ſed re. Si bellis:finis.ꝑ.iuſta cā ē cur te dimittam:qa non es dignus ſub Cæſare militari. Nil fortior auſa.ſ.iſta ſeditio tua p̄ter q̄ uerbis cōtumelioſis. Tantūq; fu gā.ſ.meditata ē. Ac ducis inuicti: qa ſecūda fortūa mea faſtidio uobis eē cæpit:iō īdignati eſtis q̄ mecū poſt hac uīcatis. Fatis:fælicitate mea. Vadite:ꝓba uit dimttēdos eē qa ībelles & ignaui: rurſus ab utili ꝙ meliores īuēiet. Viros.ſ.fortes. Repulſis:dimiſ ſis. Quot tel.ua.i.quot arma mihi ſuperūt:tot mi hi fortuna uiros fortes dabit. An ne fugā:probat a minori ad maius. Si pōpeius fugiens milites īuēit q̄ ipſū ſequerenť:q̄to magis Cæſ.milites īueniet q̄ ſep uicit & fugiētē Pōpeiū pſeqť. Nō dabit īpulſi:a fa cili ꝓbat.nō.n.īuitabunť milites ut me ſeq uelīt:qa nō ad bella:ſed ad p̄mia ueniēt: iā bello ꝓpēodū pa cto & laboꝝ uřoꝝ p̄mia ipſi accipiēt. Premia belli ꝓpēodū cōfecti:trāſlatio ſūpta a colūna:q̄ cū ſemel cōcuſſa fuerit facile euertiť. Rapta mercede.ſ.labo ris uři. Lauriferos.i. uictrices. Vos deſpecta: pp ſeniū & inter ī uos relicta militia:& facti plebei ōs ui debitiſ uřos triūphos ab aliis uſurpatos eē. Exahu ſta ſāg.uulneribꝫ acceptis. Plebs ro.i plebē ro.trā ſibitis. Vřos triūphos:q uřī fuiſſēt ſi mecū uſq; ad finē militare uoluiſſetis. Cæſ.an curſus:cōfutat mi litū ſuoꝝ rōnes a ſimili:dixerāt.n.qcqd gerimus for tūa uocať:& nūc ſciat Cæſ. nos ſuū fatū eē. Reſpō/det Cæſ.& dicet licet ipi diſceſſerīt tamē fortunā ſuam nō diſceſſurā. Curſus.fortūa ſecūda q̄ ipſum co/mitať. Veluti:a ſimili:queādmodū inqt mare oceanū ēt ſi oēs fluuii auerterenť nō tamē decreſceret: eo dē mō ſi uos diſceſſeritis:nec mea fortūa minueť:ſe cōpat mari oceano:ipſos uero fluuiis q̄obrē nō decre ſcit æquor:qa oēs flu.a mari deriuanť:et ī eo redeūt ēt ſi fluuii negarēt ṙdire ī fōtes:tamē nō ſērit diſceſſū eorū ita Cæ.nullū detrimētū uřa abſentia ſētire cogeť. Curſus c.i. ſucceſſus:felicitatē:nā nihilomīus res mihi ꝓcedēt uobis abſētibꝫ q̄ ātea. Subdu.remouere fōtes. An uos mo.nūqd creditis me dū mecū mili taſtis ſuſtinuiſſe aliquam inclinationem uictoriæ meæ nam non uos uictoriæ cauſa fuiſtis: ſed ego fui cā ut uos uinceretis.perſiſtet in ſimilitudine quemadmodū oceanus eſt origo fluuioꝝ:ita a me uictoria ꝑfe cta ē. Nūq̄ ſic cura d.qd creditis deos curař huiuſmōi cō ditiōis hoīes:ſed curæ diis ſūt tātūmō pricipes

Premit:ſubmittit. Morti ſalutiq;:nullā hēnt curā dii uiuatis ne:an moriāini. Vacēt.i.uacua ſit & itēta. Humanū p. ui.ge.i.uiuit ad īpiū paucorū:q̄do dii curāt:niſi pricipes:ſeqt̄ ut multi uiuāt ad īpiū paucoꝝ: & rōnē ſuā confirmat. Orbis hiberi:nūc ꝓbat exēplo id ita eē ꝙ dii tantūmodo magna curāt: & ideo humanū genus arbitrio paucorū uiuit:unū enī ex reliquo ſequit̄:qa dii pricipū ſolūmō curā habent:a principibus igitur reliq pendent:dicit āt cū me ſequimini uictores eſtis; ꝙ ſi pōpeium ſequeremini fugeretis. Hiberi:hiſpani. Fugeres pōpeio duce: ſicut ille fugit ita & tu fugeres cū illo. Fortis ī armis:& ne forte me oſtentare credatis.exēplū capite a Labieno: q ubi me ſecutus ē ſēp uictor fuit: mutato uero duce uictus ē:hic Labienus legatus erat Cæſaris: & ſolus ad pōpeiū tranſiit:& hoc legato Cæſar Galliā uicerat:& ut refert Plutarchus: Labienus a Cæſare miſſus tegerrimos Galliæ populos penes Arari fluuiū ꝓfligatos attriuit:& īterēpto Pōpeio cui adhæſerat ſecutus ē in Libyā Scipionē & Catonē: dū Cæſaris militibꝫ occureret equo per ilia confoſſo humi deiectus eſt auctore Apiano libro.ii. Nunc trāſfuga duce:ꝑ totū orbem fugit cum duce quem mihi prepoſuit. Nec melior mihi.u.f.tranſit ad cōfutatōnē qa illi dixerant Cæſarem ſibi ducem fuiſſe ī Germania:nūc uero cum priuatus redierit nō ducē ſed ſocium eſſe: ſed ꝙ inquit Cæſar: dicitis nolle neutrū ſequi:non ideo fides ueſtra probatur: nam quicūq; diſcedit e caſtris meis:& non tranſit in caſtra Pōpeii hic oſtendit animum ſuum alienū a me magis. neutrum nolentes ſequi damnatiq̄ ſi ſequerētur pōpeium:quia ſequēdo neutrū oſtenditis meos eſſe nolle.quia nec uincentes mecum præmio: nec cum Pōpeio uicti uenia mei eſſe nō recuſatis: ergo ſequitur ꝙ nec mei eſtis p̄mio:nec beneficio ueniæ. Quiſqſ mea ſigna:q̄obrē non eſt melior fides:q̄ ex hac oſtēdatis meos eſſe aliter uelle uel premio uictores: uel uenia uicti. Eſſe meus:uincēs mecum premio: uel ut uictus cum Pompeio ueniā poſtulet. Sunt iſta profecto: nunc oſtēdit ex eo curam ſui habuiſſe deos.ꝙ uoluerint uos milites infidos a caſtris ſuis diſcedere. Oratorie quod illi in detrimentum Cæſa. dixerunt ipſe idem in ſuam utilitatem conuertit. Vos dicitis metū demun mea fata cognoſcere: cū a me diſceſſeritis:recte dicitis:qa cognoui mihi deos ꝓpitios:et mihi milites īfidos ꝓpterea me liberaſt acri onere. Mutato milite:ne ipſius perfidia mihi noceret. Heu quantū:exonerarūt medii magno onere:quia ſpes ueſtras præmium nullū quantūlibet magnū implere potuiſſet. Fortūa: fatum.

Se premit:ut noſtræ morti:ueſtræq; ſaluti
Fata uacēt:procerū motus hæc cūcta ſequūt
Humauum paucis uiuit genus:orbis hiberi
Horror:& arctoi noſtro ſub nomine miles
Pompeio certe fugeres duce fortis in armis
Cæſareis labienus erat:nunc tranſfuga uilis
Cum duce prælato terras atq; æquora luſtrat
Nec melior mihi ur̄a fides:ſi bella nec hoſte
Nec duce me geritis:qſquis mea ſigna r̄liquet
Non pompeianis tradet ſua partibus arma:
Hic nunq̄ uult eſſe meus:ſunt iſta profecto
Curæ caſtra deis:qui me committere tantis
Non niſi mutato uoluerunt milite bellis.
Heu quantū fortuna humeris iā pōdere feſſis
Amolitur onus:ſperantes omnia dextras
Exarmare datur: quibꝫ hic non ſufficit orbis
Iam certe mihi bella geram diſcedite caſtris.
Tradite noſtra uiris ignaui ſigna quirites.
At paucos quibus:hæc rabies auctoribꝫ arſit
Non cæſar:ſed pœna tenet:procumbite terra
Infidumq; caput ferienda tendite colla.
Et tu quo ſolo ſtabunt iam robore caſtra
Tyro rudis ſpecta pœnas:& diſce ferire
Diſce mori:tremuit ſæua ſub uoce minantis
Vulgus iners:unūq; caput tā magna iuuētus
Priuatū factura timet:uelut enſibus ipſis
Imperet inuito moturus milite ferrum

Amolitur:remouet̄. Datur:conceditur. Sperante omnia:qui cum adhuc mecum uiciſſent nō credebant premia ulla ſibi ſatiſfactura eſſe. Non ſufficit orbis:quia quanto maiora premia caperent:tanto maiora ſibi deberi exiſtimabant. Mihi bella geram:ideſt ad utilitatem meam:nec uobis obligatus ero: ergo diſcedite. Viris:fortibus. At paucos:poſt confutationem ſuorum:nunc exequitur ſententiā ſuam:uidelicet ut ſecuri percuterentur pauci huius ſeditionis auctores:his dictis ſimul etiam impletis:oēs terrore perculſi obedienter paruerunt imperio Cæſaris. Paucorum: qui non amore meo timent: ſed metu pœnæ:ergo dabunt pœnas. Non cæ.ideſt amor Cæſaris. Sed pœna:ideſt pœnæ metus. Caput:ſeditionis. Procumbite terræ:ut nō auderet erumpere in ſeditionem. Tradite:dicticos eſt. Specta pœnas o tyro:& horum exemplo diſce fidelis eſſe. Diſce mori:ſi aliquid perpetraueris ſicut iſte. Tremuit ſæua ſub uoce. Nūc milites Cæ.repræhēdit Lucanus:dicēs tantā multitudinē iuuenū timuiſſe unū hoiem:cū facile illū tollere poſſet:& nec recuſarūt:ſed īpio illius puerūt:ut inuiti illos occiderēt:quorū auctoritate ſeditio orta fuerat. Iners:ignauū. Priuatū fa.q ſi nolebat interficere Cæ. ſaltē diſceſſciſſet ab eo ꝙ priuatus fuiſſet. Priuatū.i.q ſine impio eēt:nā ſi diſceſſiſſet nō habuiſſet qbꝫ imparet:ergo priua

tus reliq̃baſ. Enſib ip.i.ut uidelic& ipi milites:niſi ipio cæſ.eſes mouere nõ poſſint. Ipe pau&:at ipſe Cæſ.metubat id qđ milites pati erãt exequi:ne illi recuſarẽt:uidelic& ne occiderẽ uellẽt huius ſeditiõis au ctores. Scelus:ad pũiendũ ſeditioſos. Vicit patiẽtia:patiẽtiores fuere milites q̃ cæſ.ſpabat. Iugulo nõ tã tũ:qa dixerat infida tẽdite colla illi exhibuere colla & iugulũ interficiẽtib ſe. Timet mẽtes:militũ ſuoꝝ licet ſimular& nõ magnifacere milites ueteranos:tamẽ nihil erat qđ magis timer&:ſciebat.n.illos aſſue tos militiæ:& nõ facile inueniri poſſe tales uiros. Tã diri fœderis:ſed cũ paucos ſeditiõis autores cecidiſ ſ&:ita aĩos militũ cõfirmauit:ut nũq̃ antea fuerint obſequẽtiores.

Ipſe pauet ne tela ſibi dextræq́ negentur
Ad ſcelus hoc cæſar:uincit patiẽtia ſæui
Spem ducis:& iugulos nõ tãtũ præſtitit ẽſes
Nil magis aſſuetas ſceleri q̃ perdere mentes
Atque perire timet:tam diri fœderis ictu
Parta quies:pœnaq́ redit placata iuuẽtus.
Brunduſiũ decimis iub& hãc attigere caſtris
Et cũctas reuocare rates:quas auius hydrus:
Antiquusq́ taras:ſecretaq́ littora leucæ:
Quas recipit ſalpina palus:& ſubdita ſipõti
Mõtibus auſoniam qua torquẽs frugifer orã
Dalmatico boreæ:calabroq́ obnoxius auſtro
Appulus adriacas exit garganus in undas
Ipſe petit trepidam tutus ſine milite romam.
Iam doctam ſeruire togæ:populoq́ precanti
Scilic& indulgens ſummũ dictator honorẽ

Diri fœd.pp execrationẽ:nã porca ĩmolari ſolebat et cædi:cũ fœdera iũgerẽt:nũc mi lites cæſi ſũt:nõ porca:qđ genus ẽ fœderis. Vir. Ex preſſit:& cæſa iũgebãt fœdera porca. Parta qes:nã metu pœnæ placat ẽ miles. Redit:ĩ fidẽ ĩpatoris. Brũduſiũ decimus:nũc Luca.ꝑſequiſ dicere qũo Cæſ.ſũpta de paucis pœna ꝑ lege cõſtituit:ut qđ re liquũ belli ſuperat ꝑſeq̃reſ:primũ igiſ brũduſium iuſſit ire milites ſuos:& reuocarẽ rates õs:q̃ brũduſi um uenerãt:& loca noĩat ubi claſſis cæſ. cõſtiterat. Hãc.ſ.iuuẽtutẽ:quæ ſedata ſeditione obſeq̃ntiſſi ma facta erat ſibi. Decimis caſtris.i.x.die.nã cũ ſi cut dies noĩanſ ĩ re militari:q ſingulis dieb caſtra metari ſolebãt ãtiq:& quocũq̃ iter facerẽt:ubi mox eos dep̃hẽdiſſ&:ibi caſtra ponebãt:iõ quotiẽs legi mus.ii.uel.iii.uel.iiii.caſtris:ſignificat.ii.uel.iii. uel iiii.diẽ. Attigere:p̃uenire brũduſiũ. Hydrus:hy drus urbecula ẽ apuliæ:ex qua ad leuca. ea enim ur bs nõ grãdis ẽ ſtad.cl.ad brũduſiũ uero.xl.ſtad.ſũt autore Stra.li.vi.dr̃ & hydrõs. Bares:uel ut nũc uo cãt baretũ.urbs exigua ẽ iacet ĩ ſalẽtinoꝝ finib ad quã pedeſtri magis q̃ maritimo itinere a tarẽto faci le ꝑuenit:e tarẽto ad brũduſiũ nauigatiõis circuitõ ẽ. Salpina palus:q̃ ẽ a ſalpia.Salapia ciuitate dicta amore pœni hãnibalis ĩclita.hæc ciuitas.n.apuliæ pri ma fuit:q̃ ad hãnibalẽ defecerat:& ab hac ciuitate palus dcã ẽ. Sipus:apuliæ cĩtas:crediſ Diomedis fuiſſe ædificiũ:dr̃ alio noĩe ſipõs diſtat a ſalpia ſtad.c.&.l. Greci uero eã ſipiũtẽ nũcupãt ab eiectis e fluctu ſepiis ut li.vi.a Stra.referſ. Subdita.m.qa ſita ĩ cãpo & ĩ plano eẽt:& declarat ea pte qua. Garganus flugifer.i. fertilis.nã mõs ẽ apuliæ fœcũdiſſimus ad ſtad.ccc.ꝓtẽdiſ ĩ pelago:ut inq̃t Stra. Torq̃t auſoniã o.qa ĩ an guſtũ orbẽ uoluiſ:& ibi iuxta adrianũ mare liguã facit.ubi ſitũ ẽ brũdiſiũ. Dalmatico b.qa obnoxi bo reæ:qa a ſeptẽtriõe ĩ dalmatiã ꝓflat:&obnoxius calabro auſtro:qa a ſeptẽtriõe boreã:a meridie auſtrũ hẽt calabria. Exit ĩ undas cũ ambitu adriatici:nã ibi linguã facit:ubi ſitũ ẽ brunduſiũ:per hos amnes & hæc loca claſſis cæſaris trãſitura erat. Ipſe petit:hiſtoria hæc habet:deuictis Petreio & Afranio:& cõpoſitis ꝑ uinciæ rebus:Caeſar primũ uenit ĩ teracõnẽ:& eo legatiões undiq́ ad Cæſarẽ cõuenerũt:quibus expedi tis:deinde rediit maſſiliã:q̃ iam deuicta erat:ut ſupra dictũ ẽ.Nam fatebaſ ſe nõ poſſe uirib Cæſaris reſi ſtere.hanc tamẽ in deditiõem accepit:deinde impoſito duarũ legionũ p̃ſidio:reliquas copias ĩ italiã miſit Ipſe uero cũ ibi eſſet audita lege lata de dictatura a M.Lepido pretore factũ ſe eſſe dictatorẽ reliquas copi as in italiam miſit:ipe uero romã ꝓficiſciſ:& ipo dictatore habẽte comitia creati ſunt cõſules:primus ipe dictator:deinde Sulpitius collega illius:& hoc ẽ q poeta breuiter tãgit. Tutus ſine mili.qa iã nullus erat ĩ italia exercitus:quẽ metuer&:imo oĩa ipio Cæſ.ĩ italia parebãt. Iã doct.ſ.t.i.togatis:nã ex quo pom.di ſceſſerat:oĩa cæſ.occupauerat:iõ qĩ oblita erat libertatis. Dictator:cæſar:q ante a M.Lepido lege lata di ctator factus erat. Sũmũ h.i.cõſulatũ:qa ex dictatore cõſul factus ẽ Cæſ.dictator aũt erat magiſtratus ex ordinarius & ſemeſtris.Apianus aũt dicit q Cæſar ſeditiõe apud placẽtiã ſedata romã reuerſus ẽ:trepidã te adhuc populo:neq́ ſenatu aut cõſule illũ eligẽte:ſe ipſũ dictatorẽ noĩauit:ueꝝ ſiue ut iuidiã dilueret:ſi ue ꝑ magiſtratu minime ĩdiger&:per.xi.ſolũ dies illi p̃fuit:ſe cõſulẽ in futuꝝ deſignauit:Pom. quoq́ Iſa uricũ collegã ſibi aſſũpſit.M.Lepidũ in Iberia.In ſicilia Aulũ Alpinũ.In ſardinia Sextũ pduceũ delegauit: Galliæ nup adeptæ Decimũ Brutum preſidere iuſſit. Deniq́ ut idem refert Apianus ciuilibus confectis omnibus romam regreſſus Cæſar appellatus eſt pater patriæ:& dictator in omnem uitã electus conſulq́ ad decennium:corpus eius ſacrum & intemeratum habitum.Cæſar dignitates cæteras conſulatu per de cennium excepto ſibi aſſumens:conſules in futurum ſe & Antonium equitum magiſtrum eius decla rauit.Suetonius uero dicit continuum conſulatum recepiſſe:præfecturam morum:inſuper prænomen

Imperatoris ſtatuam inter leges eminẽtiorem locum in orcheſtra & alia ampliora etiam humano faſti/gio decerni ſibi paſſus eſt ſedem auream in curia templa & aras & ſimulacra iuxta deos. Indnlgens po/pulo:reſponde& ad illud quod dixerat:Iam doctũ ſeruare togæ:quia Cæſar quaſi ſimulabat ſe nolle acci/pere conſulatum. Precanti:quia populus precabatur conſulatum ſibi. Indulgens:id eſt faciens hanc grãm populo. Lætos faſtos:quia faſti libri erãt in q̃bus magiſtratus oẽs ſcribebantur p̃cipue conſulum.

Nãq; õs uoces:hoc tp̃s quo Cæſ.cõſulatũ accepit fuit prĩcipiũ:ut falſis nõibus ĩpatores Ro.appellarẽt: cũ reges ſint imo uero tyrãni appellãdi:nõ cõſules: nõ p̃tores:nõ ĩpatores:cũ leuis eſſe uideaẽ:tamẽ gra/uis atq; moleſta res eſt. Ipſi.n.tyrãni oĩa libidĩe ſũa faciebãt:tũc primũ inq̃t huiuſmodi noĩa ĩuẽta ſũt: quibus dominos atq; tyrannos falſo appellamus.

Qua ſibi ue.quia imperatoriæ dignitati miſcuit conſulatum & omnes dignitates. Gladiis:uideli/c& armis:quæ propria ſunt imperatorum:nã im/peratores proprie dicuntur qui exercitibus præſũt quanq̃ corrupto uocabulo imperatores dicantur q̃ uniuerſo terrarũ orbi imperent. Repetit ætas ex eo tempore primum inceperunt appellari domini

Ferri:magiſtratuum arma : quæ ſunt ſecures. Ferri:militum quæ ſunt arma imperatorum. Au/ſonias ſecures:italas:quæ propria ſunt magiſtratuũ Gladiis:id eſt armis militum:quæ ſub imperatore conſtituuntur. Addit & faſces oculis : uidelic& militaribus inſignibus addit faſces:quæ ſunt conſu/laria inſignia. Aquilæ:inſignia romana. Nomẽ inane:quia non legitime factus erat imperator:qui non ſecundum leges factus erat conſul imperii:nõ legitimum imperium. Digna nota:ſcilic& conſu/latus.Notam temporum:Cæſaris conſulatum ap/pellat:id eſt maculam:& declarat. Non quo me/lius conſule:uidelicet quo talem conſulem popu/lus romanus accepit:ut exercitũ ſimul cũ libertate amitter&. Pharſalicus ãnus:uidelic& quo ĩ phar/ſalia pugna ciuilis geſta ẽ:ut ſimul cũ exercitu roma/no libertas p̃iit. Notus erat:dignus cõſulatu Cæſ. erat:quo cõſule tãta clades ĩglueret & cognoſceret.

Fingit ſolẽnia : incipit oſtẽdere q̃uo nõ ſecũdum leges factus erat cõſul. Solẽnia.i.comitia ſolẽniter indita. Suffragia:uidelicet eq̃tũ & ſenatoꝝ. De/cãtatq; tribus.i.p p̃conẽ iub& citari tribus:nã p̃cones quodãmodo decãtarẽ uidẽẽ:cũ noĩatim tribus cita/bant. Vana urna:q̃a populus infreq̃ues erat:q̃a ĩ urna cõtinebãtur ſortes .xxxv.tribuũ:& p̃miſtis ĩ urnã ſortibus:deinde ſingulæ excipiebantur:& cuius prima ſors educeretur:illa primum citabatur cælum ſer/uare:id eſt aues & ſigna cæli.i.nõ lic& auſpiciũ capere:quia mos erat romanoꝝ:ut nec publice:nec priua/te quid facerẽt niſi prius captis auſpiciis. Ergo nõ licet.i.cape auſpiciũ:q̃a nõ erãt augures qui auſpicia ca/perẽt. Augure ſurdo:quia ẽt ſi augur aliq̃s eẽt diſſimulabat ſe audire tonitrũ aduerſa ſignificãtẽ:& q̃uis aduerſæ aues eſſent:iurabat tamẽ bonas aues apparuiſſe:q̃ cõſulẽ Cæſarem admitterẽt. Lætae:felices. Bubone ſiniſtro:mala ſignificãte ſiue uolatu:ſiue cantu auguriũ dabat. Inde p̃it p.& ex eo tp̃e perire cæ/pit cõſulatus. Inde:ex eo q̃ cõtra leges occupaſſet magiſtratũ Cæſar. Iuris inops:poteſtate:cũ Cæſar oĩa for&. Noĩe tẽpus:q̃a tẽpus denominabaẽ a cõſulibus:ut dignoſci poſſent tẽpora. Noĩa:uidelic& in faſtis ſcripti cõſules:quũ ſolũ tẽpora denotẽt. Menſtruus conſul.i.qui uno mẽſe tãtũ durar&:q̃a ex/tremo anni mẽſe creabaẽ. Nec non iliacæ:dicit populũ feciſſe latiali ioui ſacra:tã & ſi nõ mereretur:red/dit cauſã q̃a p̃miſerat:ut latiũ ſubigereẽ a Cæſare:hæc ſacrificia latialia dicebãtur:ex eo q̃ ex omni latio ad hæc ſacra conueniebãt. Nec non:ſimiliter. Solẽnia ſacra:uidelicet latinas. Numen niliacæ albæ.s. latialis iouis:iõ latialis iupiter dr̃ qui præſit albæ.nã albã primus cõdidit Aſcanius Aeneæ & Lauinæ fili/us:ubi latialis iouis ĩ medio tẽplũ cõdidit:ubi latinæ ſolẽnia ſacra ioui inſtituta ſũt.Latinæ feriæ:ut refert Varro a latinis populis dictæ:quibus ex albano mõte ex ſacris carmen petere fuit ius cum romanis. Sub/acto latio:nec hæc ſacrificia fiebant ioui ut defender& latiũ. Flammifera nocte:q̃a nocte ſacra fiebant:

Co ıtigit & laetos fecit ſe conſule faſtos.
Nanq; omnes uoces per quas iã tẽpore tanto
Metimur dominis:hæc primũ repetit ætas.
Qua ſibi nec ferri ius ullum cæſar abeſſ&.
Auſonias uoluit gladiis miſcere ſecures.
Addidit & faſces aquilis:& nomen inane
Imperii rapiens:ſignauit tẽpora digna
Mœſta nota:nã quo meliꝰ pharſalicus ãnus
Conſule notus erit:fingit ſolennia campus
Et non amiſſæ dirimit ſuffragia plebis.
Decantatq; tribus:& uana uerſat in urna
Nec cælum ſeruare lic& tonat augure ſurdo:
Et laetæ mirantur aues bubone ſiniſtro.
Inde perit primũ quõdã ueneranda poteſtas
Iuris inops:tantũ careat ne nomine tempus
Meſtruus in faſtos diſtĩguit ſæcula conſul
Necnon iliacæ numen quod praeſidet albæ.
Aut meritum latio ſolennia ſacra ſubacto
Vix in flãmifera confectas nocte latinas.
Inde rapit curſus:& quæ piger appulus arua
Deſeruit raſtris:& inerti tradidit herbæ
Ocior & cæli flammis & tigride fœta
Tranſcurrit:curuiq; tenet minoia tecta

iõ faces gerebãt. Inde rapit curſus:hæc ubi fecit Cæſ.ipſe brũduſiũ nauigauit:quo claſſẽ ſuã cõuenire iuſ/
ſerat. Rupit curſus:ſẽp Cæſ.celeritatẽ tribuit.Lõgiſſimas.n.uias:ut refert Suet.incredibili celeritate cõ/
fecit.expeditus meritoria rheda cẽtena paſſuũ milia ĩ ſingulos dies:ſi flumina morarẽtur nãdo traiiciens:
uel innixus inflatis utribus:ut ſæpe nũcios de ſe ꝑuenerit. Piger appulus:qa piger ideo fœcũditate ocio/
ſus:quia ſine labore ſpõte ſua ſegetẽ producit. Inerti herbæ:q̃ ſine agricolaꝝ labore naſcit̃. Ocior cæli
id eſt uelocior fulmine. Fœta:q̃ peperit. Clauſas.tã intenſum frigus fuerat:ut oĩa glacie obruta eſſent:

Inuenit:& pauidas hyberno ſydere claſſes:
Turpe duci uiſum eſt rapiẽdi tempora belli
Brunduſii clauſas uentis brumalibus undas
Inſegnes haeſiſſe moras:portuque teneri
Dum pateat tutum:uel non felicibus æquor
Expertes animos pelagi:ſic robore cõplet.
Fortius hiberni flatus:caelumq̧ fretumq̧.
Cum cepere tenent:quã quos incũbere certos
Perfida nubiferi uetat incõſtantia ueris:
Nec maris ãfractus:luſtrandaq̧ littora nobis
Sed recti fluctus:ſoloq̧ aquilone ſecandi
Hic utinam ſũmi curuet carcheſia mali:
Incũbatq̧ furens:& graia ad mœnia perflet
Ne pompeiani phaeacum e littore toto
Languida iactatis cõprendat carbaſa remis
Rumpite quæ retinẽt felices uincula proras
Iãdudum nubes:& ſæuas perdimus undas:
Sidera prima poli phœbo labente ſub undas
Exierant:& luna ſuas iam fecerat umbras
Cum pariter ſoluere rates:totoſque rudẽtes
Laxauere ſinus:& flexo nauita cornu.
Obliquat leuo pede carbaſa:ſũmaque pẽdens
Suppara ueloꝝ perituras colligit auras;

adeo ut nauigare nõ poſſent. Minoia tecta: nam
a cretẽſibus habitatum fuit brũduſiũ:& Minos rex
crete fuit. Vndas:quia ĩ littore maris cõditũ ẽ brũ
duſiũ. Clauſas umbras brũduſii:quia in anguſtũ
orbẽ ibi mare uoluit̃. Clauſas:cõgelatas ſi de mari
referẽdũ eſt ad uẽtos:qa nauigatio maris clauſa dr̃
cũ uenti aduerſi nauẽ impellũt. Turpe uiſum du/
ci:Ceſar cõpoſitis in urbe rebus:quũ ſibi magiſtra/
tus oẽs uẽdicaſſet brũduſiũ iter intendit brumæ tẽ
pore:& ibi milites ſuos inuenit:qui deteriti erant a
nauigatione ꝓpter tẽpeſtatẽ.Nũc proſequit̃ Luca.
dicens Cæſarẽ nõ potuiſſe hãc morã pati:dum ma/
re quieſcer&:igitur milites ſuos adhortatus eſt: ut
ſe ferro cõmitterẽt. Turpe:ignominioſũ quodam
modo. Rapiẽdi:feſtinãdi. Vel non felicibus:do
nec mare tranquillũ efficeretur:ut etiã infelices p id
tuto nauigare poſſent. Robore:id eſt audacia:&
fortitudĩe animi. Fortius hyberni:hæc oratio ha
b& ſuaſionẽ:ergo in deliberatiuo genere conſtiturã
intelligimus:ſuadẽt.n.militibus ut nauigare uelint
nec ꝑturbationẽ maris timere.Suaſio ãt ab hõeſto:
ab utili:a facili:a iucũdo:a neceſſario ſumit̃. Arguit
primũ a partibus prudẽtiæ:q̃ ĩ tres diuidit̃:ĩ memo
riã ꝓuidẽtiã:ĩtelligẽtiã.Arguit ab ĩtelligẽtia.Oſten
dit ſe.n.ꝑitũ eẽ maris & uẽtoꝝ:qa uidelic& ſit tutiꝰ
nauigare flãte aqlone tẽpore hiemis q̃ uernis uẽtis:
qa aqlo ꝑdurare ſol&:uerni uero ꝑmutari. Fortiꝰ
hibernis:hiemalibꝰ nos indigemꝰ uẽtis ꝑſeuerãtib.
ſed hiberni uẽti magis durãt q̃ uerni:ergo ſpãda eſt
bona nobis nauigatio:nã ut cõmẽtariis legit̃ cæſar
ii. ianuarii die brũduſiũ nauigauit. Incũbere:inſi/
ſtere certos. Nec maris ã.ꝑterea nõ reqrimꝰ uarie/
tatẽ uẽtorũ:ſicut faciunt q mare circuũt.ſed ex dire
cto nauigãtes ſolo aqlõe in græciã ꝑferri poſſumꝰ. Anfractꝰ:circuitꝰ. Hic ũt.tãtũ abeſt ut ꝺos orẽ:ut hic
aqlo diutius dur&. Curuet:adeo ĩpetuoſe ꝑfl&:ut malũ nauis ĩclinet. Carcheſia:uidelic& ſũmitates.car
cheſia ẽ ea quã uulgo caueã appellãt:q̃ ĩ ſũmo mali poſita ẽ. Ferẽs:uehemẽter ſpirãs. Nec põ reddit ratio
nẽ cur oport& aqlonẽ uehemẽtius ſpirare:qa rates erãt p littora pheacũ:ubi claſſis põpeiana cõſtiterat:ni
hilominus metuebat ne uẽtus deficer&:quũ naues ĩ medio mari cõtinerẽt̃:ne facultas ſibi daret̃ nauigã/
di:ĩ hoc mari naufragiũ paſſus ẽ ulixes:quũ in græciã proficiſceret̃. Languida deficiẽte uẽto. Remis:ne
ipſi remis uiliores naues noſtras circũueniãt. Rumpite quæ:ergo dũ uobis fauẽt uẽti:ſoluite naues & na/
uigare incipite. Iandudũ nubes:nũquid ſentitis nebuloſũ hoc tẽpus:& uentoſũ uobis ꝓpitiũ eẽ. Sæ/
uas:quæ uobis ſæuæ uidẽtur. Sidera prima poli:hac perſuaſiõe animos militũ Cæſar erexit:ut ſe intre
pidos mari cõmitterẽt.deſcribit tẽpus quo nauigare cæpit Cæſar:dicit enim principium noctis fuiſſe ui/
delicet occidente ſole. Prima ſydera poli:occidẽte ſole ſtatim ueſper prima ſtella apparuit. Suas um/
bras:id eſt noctem:iam luna exorta erat:ſicut lux ꝓpria ſolis dicitur:ita umbræ ſũt lunæ. Totoſq̧ rudẽ
tes:quia ſicuti nunc cũ carbaſa intẽdere uolũt rudẽtes intẽdũt:ut ãtẽna ſublata:uẽti uela ĩplere poſſint.ru
dẽtes funes quibꝰ intẽditur uelũ. Et flexo.n.obli.le.pe.expreſſit geſtũ nautæ:tũ quũ ſoluta uela aperit tẽ
ſo rudẽte uela obliqua ſiniſtro pede:ut Vir.Vna oẽs fecere pedẽ.i.una oẽs intẽderũt funẽ leuo pede:quo ĩ
tenſo ſtatim aperta ſunt uela. Cornu.ſ.antennaꝝ:quæ tanq̃ ſũt ĩ ſũmo malo. Leuo.ſ.intenſo. Sup/
para:eſt linteum fœmorale:uulgo el gremiale:eo ꝙ ſubtus appareret:hic & alibi accipitur pro ſumma uelo/
rum parte:quæ rugata eſt:ſicuti hoc loco. Summa:ſummas ꝑtes ſignificat ſecundos habuiſſe uentos.

Vt primũ leuior propellere lintea uentus
Incipit.exiguũq; tumẽt:mox reddita malo
In mediam cecidere ratẽ:terraq; relicta:
Nõ ualet ipſa ſequi puppes quaſ uexerat aura
Aequora lẽta iacent alto torpore ligata.
Pigrius immotis hæſere paludibus undæ
Sic ſtat iers ſcyticas aſtrigẽs boſſorus ũdas
Cũ glacie retinente fretum nõ ipulit hiſter
Immenſũq; gelu tegit̃ mare:cõpremit unda
Deprehendit quaſcũq; rates nec peruia uelis.
Aequora frãgit eques:fluctuq; latẽte ſonãtes
Orbita migrãtis ſcindit meotida beſſi
Saeua qes pelagi:mœſtoque ignaua ꝓfundo
Stagna iacentis aquæ:ueluti deſerta rigente
Aequora natura ceſſant:põtuſque uetuſtas
Oblitus ſeruare uices non cõmeat æſtu
Non horrore tremit:nõ ſolis imagine uibrat
Caſibus innumeris fixae patuere carinæ
Illinc infeſtae claſſes:& inertia tonſis
Aequora moturae grauis hic lãgore ꝓfundi
Obſeſſis uentura fames:noua uota timori
Sũt inuenta nouo:fluctus nimiaſque precari
Ventoꝝ uires:dũ ſe torpentibus unda
Excutiat ſtagnis:& ſit mare nubila nuſquam
Vndarũque minæ:cœllo anguente fretoque
Naufragii ſpes omnis abit:ſed nocte fugata
Læſũ nube diem iubar extulit:imaque ſenſim
Cõcuſſit pelagi:mouitque ceraunia nautis

Vt primũ:ſtatim inquit uẽti ceſſauere:& deſtitutæ ſunt ĩ medio mari naues. Lintea:uela. Exiguũ:pro exigue.unũ ſeqt̃ ex reliquo:nã quia leuior ſpirat uẽtus:iõ paꝝ tumeſcebãt uela. Sequi.ſ.naues. Terra relicta:qa iã a littore ĩ mare mediũ deduxerant naues. Lẽta:inertia. Ligata:cõpreſſa. Alto torpore:ꝓfunda pigritia:quia nil mouebãt̃. Prigrius ĩmotis:adeo ut undæ redditæ fuerint ſtabiliores paludibꝫ ipſis.

Sic ſtat:p ſimilitudinẽ oſtẽdit qũo mare ĩmobile cõſtiterat.dicit.n.nõ aliter mare ſtabat ĩmotũ q̃ ſcythica palus meotis:quũ glacie adſtricta fuerit:nã gelu acri adeo premitur meotis:ut iter tranſmeantibꝫ facile p̃beat:eodẽ mõ đ mari dicit:duæ ſimilitudĩes pria đ boſſoro:ſcđa de meotica.bina ãt ſũt boſſora:unũ qđ ciericũ appellat̃:qĩ cibricũ:ut refert Stra.græcorũ ligua cimerii cibri noĩant̃:hi ad paludẽ uſq meotĩ militiã agitar̃t:Alteꝝ uero thraciũ boſſorũ ẽ appellatũ ſcđm fabulas ꝙ Iupiter ĩ forma bouis Europã ea trãſtuliſſe dr̃.ũde boſſorꝫ a bos & foro.i.fero. Circa aũt margineſ meoticæ diuerſi populi habitãt qui ſæpe gelu ſtrĩgẽte paludẽ:nõ aliter q̃ per cõtinẽtẽ terrã cõuenir̃ ſolẽt. Hiſter:dãubiꝫ:ſignificat frigoris uehemẽtiã q̃ tãta ẽ ut dãubiũ celeriter currẽtẽ plerũq; ĩglaciet.Fert̃.n.ut li.iii.refert Stra.hiſter ab occaſu ĩ ortũ & ĩ euxinũ pontũ a ſiniſtra reliquens germaniã oẽm ĩcipiẽtẽ a rheno:geticũq; totũ:& qđ ẽ tyrengetaꝝ & baſtarnoꝝ atq̃ ſauromataꝝ uſq̃ ad flu.tanaim lacũq; meotidẽ:a dextra uero thraciam omnem:& illyricũ reliquamq; ultimam græciam. Gelu:quinetiam maris unda gelatur:quod ẽ mirabile. Frangit eques:ſcilicet ungula cornipedũ. Meotida beſſi:nam circa margines meotis habitant diuerſi populi:inter quos & beſſus. Strabo li.vii.refert:beſſos magna ex pte mõtẽ Eniũ diuidẽtẽ mediã thraciã incolere:& latrones uocari pp latrociniũ. Migrãtis:huc & illuc:& ultro citroq; tranſeuntis. Sonãtẽ:reſonãtẽ. Latẽte:ſub glacie. Sæua qes.ſ.erat.reſpexit ad uolũtatẽ Cæſ.nã quã trãqllitatẽ cæteri optãt:hãc Cæſ.abhomĩabat̃. Mœſto ꝓ.qđ mœſtũ reddebat Cæſ. Iacẽtis:ĩmotæ aquæ. Veluti deſer.i.e.natura.hoc ẽ mare ĩqt pſtabat imotũ:q̃ſi ipſius maris natura torpẽte deſtitutũ eẽt q̃obrẽ.nã mar̃ cõtinue fluxũ piter atq; r̃fluxũ patit̃. Rigẽte:torpeſcẽte. Vices:uiciſſitudĩes:q̃s ab antiquo habuit & fluxus & refluxus. Cõmeat:ultro citroq̃:qa nũc feruet æſtus:nũc deficit. Horrore.ſ.uẽtoꝝ. Vibrat.i.ꝓbat̃. Solis im.i.luna:ũde ẽt ſolis ſoror dr̃. Caſibꝫ ĩnu.mare ita erat trãqlũ:ut nec uẽtis ullis:nec ſideribꝫ:aut uarietate:ũda creſcentis aut decreſcẽtis ĩ nullã ptẽ moueret̃:& ſtagni potiꝫ q̃ maris ſpẽs p̃ber&. Fixe:ĩſtabiles. Illic ab una pte Claſſes.s.põ.q̃ litora porꝫ obſidebãt. Infeſtæ:aduerſæ. Inertia t.qa uelis nauigabãt cæſ.naues mouer̃ nõ poterãt:at uero Põ.remis naues ĩpellebãt. Tõſis:remis a tõdẽdis ũdis. Fames:iſtabat. Grauis:ĩtollerabilis. Lãgor̃:ĩmobilitate maris. Noua u.t.q ĩ medio maris ſũt trãqllitatẽ exoptãt:hi uero tẽpeſtatẽ:qa ſi uẽtꝫ uehemẽtior fuiſſet:ita ſe poſſe exiſtĩabat piculũ euader̃:ergo noua uota nouus ẽt tĩor ne pp trãqllitatẽ maris dep̃hẽderẽt̃ ab hoſtibꝫ. Fluctꝫ.ſ.p̃cibꝫ expoſcere a diis ut mare æſtuar&. Vẽtoꝝ ui.ut uẽtꝫ ĩcũber& uehemẽtior q̃ ſol& a nautis timeri. Nimias:uehemẽtes:dũ nil recuſabãt:nõ tẽpeſtatẽ:nõ uẽtos q̃tũcũq̃ uehemẽtes:dũmõ poſſẽt exire. Excutiat.i.eripiat. Spes o.qđ alii metuũt illi ſpabãt.ſpes tamẽ ꝓ metu accipi põt. Cœlo lã.qa uẽtꝫ nullus erat. Nocte fu.i.ſeqnti nocte p̃terita. Iubar:ſplẽdor ſolis.Iubar ꝓprie dr̃ đ ſole:qa radios ĩ ũdaꝝ modũ emittit. Læſũ.i.obſcuratũ:& maculatũ qa nõ ſerenꝫ exortꝫ ẽ dies. Ceraũia:ꝓmõtoriũ epiri ĩ ãguſtiis adriatici ſinꝫ.nã ibiĩcipit epirꝫ:ũde.d.ẽ acroceraunõ ꝙ freq̃ntibꝫ ĩfeſtet̃ fulminibꝫ.nã acros ſignificat mõtẽ ceranios fulmẽ. Ceraũia.i.mouit fulmĩa qbꝫ acta ſũt acroceraũia. Nautis:ſcđm uotũ & ad utilitatẽ nautaꝝ.

Inde rapi:ſub hac mutatione cœli & aeris. Rapi:a uẽtis. Curua: ĩſinuata.ſ.uẽtis. Aequora claſſẽ:põt eẽ:hyppalage.i.claſſis cepit ſeq̃ æquora. Scd̃o:bis ĩtelligit̃ ſcd̃o uẽto & ſcd̃o fluctu:qa a puppe uentus fla bat:& maris ũdas ſecũdas faciebat. Lapſa.i.celeriter currẽs. Cõſtruxit ũcis.p.i.ãcoras. Geneſus.flu. ẽ Epiri.Apſus.flu.alter Epiri q̃ medius erat ĩter caſtra cæſaris & Põpeii. Lapſo geſtare.ca.& cũ p ſe uterq̃ ãnis nõ ſufficer& ſuſtinere naues hũilitate aq̃ꝝ uterq̃ adiutus ẽ:ille uero palude uicina:hic uero niuibꝫq̃ de montibus ꝓpĩquis ſoluebant̃. Fallẽs leui unda:q̃a uix dephẽdit̃.Vnũ ſequit̃ ex reliquo q̃a leui ũda ĩfluit ideo fallẽs. Præcipitant uelocẽ faciũt. Littore.ſ. paleſtini maris. Nouit:q̃a puũ terræ ſpaciũ labit̃

Inde rapi cœpere rates:atque æquora claſſem
Curua ſequi.quæ tam uento fluctuq̃ ſecũdo
Lapſa paleſtinas uncis conſtruxit harenas.
Prima duces iunctis uidit conſiſtere caſtris
Tellus:quã uolucer geneſus & mollior apſus
Circueunt ripis:apſo geſtare carinas
Cauſa palus:leni quam fallens egerit unda:
At geneſum nunc ſole niues:nũc ĩbre ſolutæ
Precipitant:neuter longo ſe gurgite laſſat.
Sed minimum terræ uicino littore nouit
Hoc fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit:miſeriq̃ fuit ſpes irrita mundi
Poſſe duces parua campi ſtatione direptos
Admotum dãnare nefas:nam cernere uultus
Et uoces audire datur:multoſq̃ per annos
Dilectus tibi magne ſocer poſt pignora tanta
Sanguinis infauſti ſobolem: morteq̃ nepotis
Te niſi niliaca propius non uidit harena.
Cæſaris attonitam miſcenda ad prælia mentẽ

Hoc fortuna:uoluit ut hi duo duces nobiliſſimi quoꝝ fama totũ orbẽ ĩpleuerat caſtra directa põe/ rẽt. Miſeriq̃ fuit:q̃a ꝓpĩqui erãt miſeri hoĩes:ſpe rarũt illos poſſe ciuilis belli nefas cognoſcere:& co/ gnitũ ẽt amare:ſed ſpes hæc irrita fuit:q̃a ĩ ꝓpoſito pſtiterũt. Admotũ dã.q̃a q̃to ꝓpĩquiores erãt:tã to clarius cĩlis belli nefas cognoſcebãt:ideo dãnabãt nefas id uitiũ q̃d cognoſcimꝰ:niſi nimiũ nobis pla/ cuerit dãnare poſſumus:q̃do inq̃t lõgĩqores ac rẽo tiores erãt:ſi ĩ ꝓpoſito belli cĩlis gerẽdi ueniã mere/ bãt q̃a nefas nõ cognoſcerẽt:at uero cũ nũc ita ꝓpĩ/ qui eſſet ut alter alteꝝ ĩſpiceret: uitupatõe nõ care/ bãt. Direptos:diuiſos. Parua ſta.puo ĩterſtitio & ſpatio. Nã:benedico ſpabãt pẽitẽtiã acturos huiꝰ ſceleris duces:cũ ita ꝓpĩqui eſſẽt cognoſcẽdo & cæ tera. Dat̃ cõcedit̃. Multoſq̃ p ãnos:poſtq̃ ĩ ma/ trimoniũ filiã ſuã Iuliã Cæſar dederat Põpeio: nun quã tã ꝓpe te uidit q̃ hoc loco Põpei niſi in ægypto cũ caput tuũ Cæſ.oblatũ ẽ a rege Ptholemæo:tũc ꝓ pĩqus te uidit:ſed mortuũ. Pigno.uidelicet matri monii Iuliæ.i.uicula affinitatis. Sobolẽ:Iuliam. Sãguinis ĩfauſti: quia ĩ ipſo flore iuuẽtus mortua ẽ nam cum grauida eſſet:& ueſtes Põpeii cõſpexiſſet cruentas:quas ille ſanguine deturpauerat: exiſtima uit Pompeiũ a Cæſare uulnetatum fuiſſe unde ſta tim peperit abortiuum:& cum filio continuo mor tua ẽ. Morteq̃ nepotis:quia paulo poſt filius ex ea natus ſecutus ẽ matrẽ. Propius: p̃ter q̃ hoc loco. Ni liaca arena.ubi ſepultus ẽ Põpeius. Cæ.attonitũ:Cæſar cũ ꝓpe caſtra cõſtituiſſet ĩ cõſpectu hoſtiũ ꝓpera/ bat ipſe ĩ aciẽ ducere milites:ſed cã moræ fuit:ꝙ ptẽ ſui exercitus reliquerat Brũduſii:neq̃.n.naues exerci/ tũ oẽm traiicere poterãt.Cæ.enĩ cũ expoſuiſſet ĩ terrã milites cõtinuo eadẽ nocte naues brũduſiũ remiſit: q̃bus reliq̃ legiones & eq̃tatus cũ.M.Antonio trãſportari poſſẽt:& huic officio p̃poſitus ẽ Iulius Callenus legatus:ſed diutius moratus ẽ Anto.q̃ Cæſar cupiebat: q̃ ſpem oẽm ĩ celeritate res cõficiẽdi ponere ſolebat Veꝝ ut libro.ii.refert Apianus:cũ Cæ.& Põ.uix dyrachiũ caſtra poſuiſſẽt:põpeio tyrones ad bellũ ĩſtruẽ/ te:ſuos a brũduſio uẽturos expectãs Cæſar magna celeritate ad eos mittit:curſũq̃ accelerare iubet nõ acce/ dẽtibus illis:ipẽ iſcio exercitu ad nauigare ſtatuit:utpote q̃ neminẽ facilius eos adducere ſparet e cœnaculo diſcedẽs corporis fatigatõe p̃tẽſa amicos epulari ſuadet deĩde priuato hitu curru defertur mox nauẽ ĩgreſ/ ſus Cæſaris nuncium ſe eſſe ſimulat:cætera per ſeruos facienda ediſſerit:eo modo latens nocte potiſſimũ inſtãte:cũ a uentis agitaretur mare:ſeruos gubernatorẽ adhortari monet:propere curſum arripiunt:quaſi hoſtes finitimos latere cuperet:gubernator elatis remis p uĩ fluuiũ celer exupat:cũ autem ad oſtia & maris aditum peruentum eſſet:mare ipſum ſummis concitatum fluctibus: magno impetu ac turbine curſum ĩ tercipit:gubernator ueluti inſtãtibus hoſtibus per uim conabatur euadere:uerum quum nihil proficeret fatigatus ac deſperans tandem clauum e manibus abiicit:Tum Cæſar ſublato uelamĩe ad gubernatorem conuerſus & intonans: alacri animo & forti aduerſum fluctus eſto inquit:Cæſarem quippe & fortunam eius tecum uehis: hac uoce ſtupefacti remiges gubernatorque magna ui nauem educere contendunt ita ut fluuii hoſtiã denuo euaderet: uento deinde & fluctibus eam extollentibus ad littus tandem uicta com pellitur. Inſtante pie cum lux cuncta apertiora redderet: trepidare cæpere:ueluti manifeſti futuri hoſtibꝰ Tum Cæſar fortunam accuſans ꝙ fœlicitati eius inuidiſſet: nautas retrouerti iubet: nauis itaque aſpi/ rante uento facile compulſa: fluuii ora cita reddatur Cæſarem igitur nonuulli ob audaciam admiraban/ tur quidam querelas proſecuti ſunt:ꝙ facinus militare potius:q̃ imperatoria laude dignum eẽt aggreſſus.

Ferre moras ſcelerum partes iuſſere relictæ
Ductor erat cunctis audax antonius armis.
Iam cum ciuili meditatus leucada bello
Illum ſæpe minis cæſar præcibuſq; morantē
Euocat o mundi tantorum cauſa laborum
Quid ſuperos:& fata tenes?ſūt cætera curſu
Acta meo:ſumma rapti per proſpera belli
Te poſcit fortuna manum:non rupta uadoſis.
Syrtibus in certo libyæ nos diuidit æſtu:
Nunqd in expto tua credimus arma ꝓfūdo
Inque nouos traheris caſus ignaue uenire?
Te cæſar nō ire iubet prior ipſe per hoſtes:
Percuſſi medias alieni iuris harenas
Tu mea caſtra times:pereuntia tempora fati
Conqueror:in uentos impendo uota fretumq;
Nec retine dubium cupientes ire per æquor
Si bene nota mihi ē ad cæſaris arma iuuētus
Naufragio ueniſſe uolet:iam uoce doloris
Vtendum eſt nō ex æquo diuiſimus orbem
Epyrum cæſarque tenet:totuſque ſenatus
Auſoniam tu ſolus habes his terque quaterq;
Vocibus excitum poſtquam ceſſare uidebat

Is uero cum ulterius latere nō poſſet:poſthumiū eius loco adnauigare iubet:gabinioq; ut exercitum naui bus adducat īpare:ſin id abnuat hæc ipſa Antonio pcipe:poſt Antoniū uero Caleno:ſin id oēs negent epi ſtola alia ad exercitū ſcripta erat uelle ſe eos ſupra naues poſitos poſthūio obſeq & ī locū ī quē uētus ducε/ ret uela tradere nihil nauib9 pcētes:nō.n.nauib9 ſed uiris Cæſari opus eē : ī hūc modū Cæſar ꝓ rōe fortu/ na uti deliberauerat:q̄ oīa Pōpeius ītercipe feſtinās in pugnā patā ducebat aciē. Iuſſere:coegerūt quia ꝓ/ pabat ip̄e bellū ciuile ſtatī pagere. Scelerū:mordet ſēp Cæ.Luca. Relictæ:Brūduſii cū Antonio. Atto nitā:furētē & ī iſaniā ꝓpemodū cōuerſā. Miſ.i.cō/ mittēda qa ꝓpabat ip̄e bellū ciuile cōficere q̄ſi atto/ nitus. Ductor.ſ.Cæ; exercitus. Iā tū ci. ex eo tp̄e īqt exercere cepat ex ſe Antōius bellū ciuile: qđ po/ ſtea geſſit ad Leucada pmōtoriū cū Octauiāo. Me diatus:q̄ſi p̄ludia q̄dā fecerat bello ciuili. Leucada ꝓmontoriū ē epyri: ubi ciuilia bella geſſit Anto.& cleopatra aduerſus octauianū. Euocat:e Brūduſio
Minis:ſcripſerat litteras aſpiores:ſicuti ī cōmēta riis legīus ad Anto.Cæſar ꝙ ſerius cū reliquo exer/ citu ī Epyrū uēiret. O mūdi: hæc uerba ſūt qb9 di cit Lucanus illū p lr̄as uocaſſe. Cā la.qa ſi ueniſſes iā oēs labores extīcti eſſēt. Tenes:moraris. Sup/ os:nobis fauere uolētes. Acta:expedita. Curſu:ce leritate. Sūmā:ultimā. Rapti belli. raptī geſti & accelerati. Proſpa:ꝓpter fauorē & fœlicitatē. Nō rupta:hæc orō ſiue epiſtola Cæſaris quā habuit ad Anto.hēt ſuaſionē cū īdignatiōe: oſtēdit.n. illa oīa facilia eē:dūmodo uelit ad ſe traiicere alterā ptē ex/ ercitus:primū fortunā ſecū eſſe dicit:q̄ ſēp ſua uota ſequi cōſueuerat:qđ ī ſupioribɔ oſtēdit: cū dixit. Sūt cætera curſu acta meo: nūc uero arguit a facili/ tate nauigatiōis:dicit.n.breue admodū ſpaciū ē iter te & nos:nā ut refert Strabo lib .v.Brūduſio ī trans marinā ripā nauigatio ē:una quidē ad ceraunia: lit/ tuſq; deīceps reliquū & Epyri & Græciæ: altera in Epidānū q̄ prima lōgior:nā mille &.d.ccc.ſtad.ſui.
Nō rupta uadoſis:nō ſūt īquit tibi nauigādæ ſyr/ tes:p q̄s naues plerūq; piclitātur. Libyæ:noīatiuus ē græcus:hæc libyæ huius libyes. Nō rupta: inter rupta. Vadoſis ſyrtibus:ideo uadoſæ ſūt:qa ſyrtes a συρνō dictæ ſunt : quia mō trahūt mō emittunt undā. Incerto æſtu:quia aliquādo ꝓfunda ūda eſt:aliquādo ſicca. Nūquid:a prudētia nūc arguit:quia dicit ſe peritū eſſe huiuſmōi nauigatōis:quā pauloāte exptus fuerat : an dicere potes me non ad hanc naui gationē te hortari O Marce Antoni:quia periculū maris ignorem?nūquid non expti ſumus huius maris picula? Credimus:cōmittimus tua arma.ſ.exercitū & milites cui præes. Nouos : uidelicet īuſiatos q bus nunq̄ ātea uerſati fuerimus. Nō ire iubet.i.p̄ire:hoc eſt iubet te ſequi & nō incipe. Venire.i.ſeq na/ uigationē meā. Iuris:Pōpeiani:nā ī ptātē Pōpeii tota regio maritima erat. Tu mea ca.ergo prior naui/ gaui:& nō audes in mea caſtra uenire. Tēpora fati.ſ.ſecūdi nobis. In uētos.i.nō exaudio te. Nec retine: a poſſibili:quia poſſet dicere Anto.nō poſſū uenire:quia milites reſiſtūt:imo pati ſūt uenire: ēt ſi uolueris nō enī ip̄i ad nos te uenire ꝓhibēt:ſed tu eos. Si bene mihi nota:ſi bene tuorū militū ingenia noui ēt cū periculo ad me uenire nō dubitarent. Naufragio:ſubaudi cum. Ad arma:ī caſtra Cæſaris ſed ē bene mi hi nota iuuētus:ergo naufragiū nō recuſabūt:dummō ad me ueniāt. Iam uoce doloris:cōcludit per indi/ gnationem uidelicet ſi cum īiuria cōtumelia iuncta eſſe oſtenditur:p quem locū in ſupbiā & arrogātiā in/ ducit:ſupbus oſtēditur ꝙ uidelicet uelit Auſoniā Italiæ ptē cū impio tenere ſolus ipſe Anto.cū Cæ. tātum mō teneat epyrū cum uniuerſo ſenatu. Vtēdū uoce doloris:nō poſſū ſine dolore eſſe ꝙ tu tibi uendicaue ris Italiā:& ego cum uniuerſo ſenatu Epyrum teneam. Totus ſenatus.i.ſenatores:qui cum Cæſare erant uel potes intelligere de ſenatoribus qui cum Pōpeio erant. Bis terq;: uocatus Anto.& uenire tardabat Cæſar ueritus ne inteciperetur a Pompeianis nauibus non potuit diutius hanc moram pati: ſed ſe paruo nauigio cuiuſdā paupis amiclæ cōmiſit:ſed parū admodū abſuit:q̄n naufragio piret.fortuna tamen q̄ ſibi ſemper fauere cōſueuit:illum a periculo liberauit. Terq; quaterq;.i.ſæpius.Virgilius.O terq; quaterque

beati. Dum ſe deeſſe diis: ideſt numina parata eſſe: ut uotis ſuis reſponderent:& ſe nõ reſpondere diis. Sponte reſpicit ad illud Quod iuſſi timuere quando Antonius cæſaris iuſſu uenire nolebat: ſponte ipſe ad Antonium uenire uoluit. Iuſſu: Anto.& ſui. Expertus temeraria:cum a Brũduſio nauigauit ꝙ temeraria nauigatio feliciter ceſſit nihil eſt ꝙ magis homines temerarios faciat: & ĩcautos reddat: quã ſecunda fortuna. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe pro uoto. Fluctuſq; uerendos:& tempeſtatem maris:quãuis ma gnæ naues uincere poſſint:tamen ſperabat exigua cymba ſe poſſe ſuperare. Claſſibꝰ:nauigiis maioribꝰ.

Cum ſe deeſſe deis: ac non ſibi numina credit
Sponte per incautas audet tentare tenebras
Quod iuſſi timuere fretũ:temeraria prono
Expertus ceſſiſſe deo:fluctuſque uerendos
Claſſibus exigua ſperat ſuperare carina.
Soluerat armorum feſſas nox lãguida curas
Parua quies miſeris:in quorũ pectora ſõno.
Dat uires fortuna minor:iam caſtra ſilebant
Tertia iam uigiles cõmouerat hora ſecundos
Cæſar ſollicito per uaſta ſilentia greſſu
Vix famulis audenda parat:cũctiſq; relictis
Sola placet fortuna comes: tentoria poſtquã
Egreſſus uigilum ſomno cadentia membra
Tranſiluit quæſtus facite quod fallere poſſet
Litrora curua legit:primiſq; inuenit in undis
Rupibus exeſis hærentem fune carinam
Rectoremq; ratis dominũ ſecura tenebat
Haud ꝓcul ide domus:nec ullo robore fulta
Sed ſterili iunco: cãnaq; intexta paluſtri
Et latus inuerſa nundum munita phaſello
Hæc cæſar bis terq; manu quaſſantia tectum
Limina cõmouit.molli cum ſurgit amiclas
Quẽ dabat alga toro qſnã mea naufragus
Tecta petit:aut quẽ nr̃æ fortũa coegit inqt

nedũ paruæ cymbæ. Soluerat armorũ: deſcribit quo tẽpore cæſar ad caſam amiclæ nautæ admodũ pauperis uenit ſub habitu gregarii militis ne digno ſceretur:cũ iam exercitus oĩs quieſceret :ipſe inſci/ is militibus ſuis ad caſã huius amiclæ uenit. Nox languida curas: quia cura cum diu animum agita/ uerit:primo quidem ſomno expellit:ſed cũ diu fa/ tigauerit animum reſoluitur ĩ ſomnum. Langui da:quæ languidos facit homines. Parua qes mi/ ſeris:quia nunquam niſi parũ illud ſpatium quod ſomno concedebatur. In quorũ pe.quia paupe/ res ſolent eẽ magis uacui curis: ideo etiam ſecurius dormiunt. Minor:humilior conditio qui enim in ſublimiori fortuna conſtituti ſunt: magna mole curarum & ſolicitudine dormire non poſſunt: ſed fortuna minor eſt deorum qui ſunt in humili con ditione poſiti. In caſtra ſilebant:uidelicet ſomno occupata erant a præcedenti quod ſequitur. Ter tia hora:ideſt prima uigilia: qa una quæque uigilia ternas horas habebat:nam in quatuor ꝑtes nox di/ uidebatur apud antiquos: & unaquæque pars uigi lia dicebatur. Commouerat:excitauerat. Audẽ da:audet cæſar quæ uix famuli eius auderẽt ſcilicet ire ſolus. Relictis cunctis: quia ſolam fortunam ſibi comitem requirit. Poſtquam tentoria:poſtq̃ egreſſus eſt e caſtris ſecum ĩdignabatur ꝙ uigiles ſe felliſſet: cogitabat ita etiam decipi poſſe ab hoſtibꝰ tamẽ placuit hoc ſibi ut occultus ꝑficere poſſet qđ animo cogitabat. Vigi.ca.mẽ.ideſt uicta ſomno membra uigilum qui ad cuſtodiam poſiti erant. Queſtus: conqueſtus. Curua littora:littoris epi/ theton eſt. Primis undis:in prima parte undarũ. Hærentem:quia religata erat fune: Rectorẽ:qui aut inde procul caſam habebat ubi ſecurus dormie bat. Fultam:non ullo robore quia nõ metuebat fures:ſicuti pauper quidã dicere conſueuerat ſi clara luce in domo mea nihil inuenio: quomodo inqt no cte fures inuenire potero. Robore:ſcilicet parietum. Sterili iunco:quia naſcitur in locis ſterilibus. Canna pa.nam tigillis tecta erat:ſed manipulis cannæ paluſtris. Et latus:caſæ illius circundatũ erat frag mento cuiuſdam nauis. Phaſello:ideſt naue uniuerſa. Nec cæſar:tugurium amiclæ deſcribit:quã cæ ſar petierat ut traiiceret fretum nauicula quod ui* magna nauigia traiicere auderent : ſed hoc faciebat ꝙ fortunæ ſuæ nimium confideret: Cum ergo ad hãc caſam Cæſar ueniſſet: & crebro hoſtium pulſare cæ/ piſſet totam ferme domũ cõmouit:neq; eñi altius fundata erat:cõmotus tandẽ uoce atque tumnltu ami clas ſurrexit e ſtratis:& ita allocutus eſt:quis inquit ẽ naufragus: ut ego arbitror:ꝑ mea tecta petit:& au/ xilio meo indiget:& hæc dicens hoſtiũ aperuit:deinde ſopito cinere ignes excitauit:cũq; in cõſpectũ Cæ/ ſar ueniſſet: tũ aperuit qđ ab eo peteret:& magna illi munera ꝓmittebat:ſi ſuæ obſequeref uoluntati. Limina:partem pro toto poſuit:ideſt fores huius caſæ. Quaſſãt:traiectum dum fores cõcuteret tectũ omne nutabat:cũ fundamẽta non eſſent alterius infixa. Molli alga:pro plurimis utebaf alga:eſt herba quæ in fundo maris naſcitur & interponitur uaſis uitreis ne colliſa frangantur. Quiſnam mea naufra gus:exiſtimabat enim quẽdam naufragum eſſe:ideſt qui naue fracta euaſiſſet a fluctibus maris: & ad ſua tecta ueniſſet ut tantiſper reciperetur donec auxilium haberet. Aut quem noſtræ fortuna coegit:an quis adeo aduerſa fortuna frangif ut cogaf ad auxiliũ noſtrũ uenire:illius qdẽ fortũa ualde aduerſa ẽ qui

Auxiliū ſperare caſæ.ſic fatus ab alto
Aggere iā trepidæ ſublato fune fauillæ
Scintillam tenuem cōmotos pauit in ignes
Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſas o uitæ tuta facultas
Pauperis anguſtiq̧ lares o munera nondum
Intellecta deum: quibꝫ hæc cōtingere tēplis
Haud potuit muris nullo trepidare tumultu
Cæſarea pulſante manu? tūc poſte recluſo
Dux ait:expecta uotis maiora modeſtis
Speſque tuas laxa iuuenis ſi iuſſa ſecutus.
Me uehis heſperiam: nō ultra cūcta carinæ
Debebis: manibuſue inopē duxiſſe ſenectā:
Nec ceſſa præbere deo tua uota uolenti
Auguſtos ſubitis opibꝫ implere penate.
Sic fatur quāquā plebeio tectus amictu
Indocilis priuata loqui:tū pauper amiclas
Multa qdē ꝓhibent nocturno credere pōto
Nam ſol non rutilas deduxit ī æquora nubes
Concordeſq̧ tulit radios noton altera phœbi
Altera pars boreā diducta luce uocabat
Orbe quoq̧ exhauſtus medio: lāgueſq̧ receſ
Spectāteſq̧ oculos īfirmo lumīe paſſus ſit
Lunaq̧ non gracili ſurrexit lucida cornu
Hanc orbis medii puros exeſa receſſus

ſperare poſſit a nobis auxiliū. Sic fatus hæc ubi dixit excitauit ignes cinere ſopitos ut lumen accenderet.

Aggere.i.cumulo cineris ſuperimpoſito ad ſeruandas prunas ut fit. Sublato fune: nam papyrum dicit: pro quo papyro funem habuere ueteres:quod Virgilius oſtendit:& nocte funalia uincunt funalia appellauit funes:quos intra cæram ponebant pro papyro unde funera dicta ſunt eo ꝙ funes acceſos mortuis preferebant.hunc ergo funem ſubiecerat igni:& una cū prunis cinere texit:nunc cum ignem accendere uellet detexit funē quē ſubiecerat igni: & ſpiritū incitare cœpit. Pauit.ſ.fomite ſcintillam comprehēdit

Cōmotos:ſpiritu oris incitatos. Scit non eſſe caſas:quia probe nouerat non diripi caſas ab his q̃ bella ciuilia gerunt:unde caſæ dictæ a cadendo qa paruo īpetu euertuntur. O uita tuta:hic Lucanus ī exclamatione quādā prorumpit:quæ pelna eſt admirationis:ꝙ hi qui opibus abundant in magna rerum oīum facultate ſemp trepidi ſūt:at uero paupes tuti ſunt:& licet humili habitatiōe tecti nihil oīo reformidāt.quodnā oppidū tā ualidū fuit:quæ mœnia tā munita nō timuiſſent:ſi ea manu cæſaris pulſata fuiſſent?tamē nihil tale accidit amiclæ: neque timore ullo perculſus eſt. Deū:pro deorū. Nondū intellecta:tēpore ſuo. Muris:quātūlibet munitis. Tumultu:nulla animi ꝑturbatione cōmoueri

etiam ſollicitent in uariatione fortunæ ſuæ: ut ipſis numina quoq; uacent & ſigna ubiq; præſtent fortunæ imperii romani. O: ideſt dico Romanos ſũmos. &c. Forma per urbem ſigna dedit: Nam quia mutatio futura erat: ideo ſigna undiq; apparuere Vacauit: operam dedit. Siue ſua tantum: Tãtum inquit momenti res Romanæ habuere: ut cum hæc audientur: fama ipſa uulgante: inter ſpem & metum dubii erũt homines: quaſi nondum hæc pugna fuerit ſed paulo poſt futura ſit. In ſæcula: in gentes ſero n ſciturus. Sua fa. Videlicet fama magnitudine rerum uulgabis has res: ſiue ſcriptos monumenta. Perituta uota

Siue ſua tantum uenient in ſæcula fama.
Siue aliqd magnis noſtri quoq; cura laboris:
Nominibus prodeſſe poteſt: cũ bella legentur
Speſq; metuſq; ſiũl: perituraq; uota mouebũt.
Attonitiq; omnes ueluti uenientia fata.
Nõ trãſmiſſa legẽt. et adhuc tibi magne faue
Miles ut aduerſo phœbi radiatus ab ictu: bũt
Deſcendens totos perfudit lumine colles
Non temere imiſſus cãpis ſtetit ordine certo
Infœlix acies: cornus tibi cura ſiniſtri
Lentule cũ prima quæ tum fuit optima bello
Et quarta legione datur: tibi numine pugnax.
Aduerſo domiti dextri frons tradita martis
At medii robur belli fortiſſima denſant
Agmina. quæ cilicum terris deducta tenebat
Scipio. miles i hoc libyco dux primus in orbe
Aut iuxta fluuios. & ſtagna undantis eniphei
Cappadocũ mõtana cohors: & largus habẽis
Ponticus ibat eques: ſicci ſed plurima campi
Tetrarchæ regeſq; tenent: magniq; tyrãni.
Atq; omnis latio quæ ſeruit purpura ferro.
Illuc & libie numidas & creta cydonas
Miſit & itureis curſus fuit inde ſagittis:
Inde truces galli ſolitum prodiſtis: in hoſtem
Illic pugnaces commouit hiberia celtas
Eripe uictori gentes. & ſanguine mundi.
Fuſo magne ſemel totos conſume triũphos.
Illo forte die cæſar ſtatione relicta
Ad ſegetum raptus uicturus: ſigna repente.
Conſpicit in planos hoſtem deſcendere cãpos

monebunt: ſcilicet homines quaſi nondum euenerint: ſperabunt ur uincant: & metuent: ne uincant. Et adhuc: ſcilicet poſt mortem tuam. Miles ut aduerſo: poſtquam ſigna deſcripſit mali futuri. nũc dicit quomodo aciem inſtructam in planũ duxerit Pompeius. Miles: pompeius. Ab aduerſo ictu phœ. quia repercuſſis armis a ſole: ſplendorem & fulgorem undiq; mittebant. Lumine: fulgore armorum. Non temere: declarat quia ſuo quiſque ordine ſtetit In fœlix uno uerbo exitum rei ſignificauit dicendo infœlix. Cornus tibi cura: Antiq dicebant hic cornus nus. nui: in eadem ſignificatione in qua & nos hoc cornu cornu. Tibi numine ſed in dextro cornu domitius conſtitit: qui bellicoſus erat: ſed infœlix. nam apud corphinum uictus eſt. Frons. d. t. dextrum cornu. Aduerſo numine: id eſt diis contrariis. At medio ro. dicit autem in media acie cõſtituiſſe ſe Scipionem. Robur. ſ. mediæ aciei. Denſant: nam mediam aciem denſis militibus ualidiorem reddebant. Cylicum: quoſ turcos uocãt. Miles in hoc: uidelicet in theſſalia ubi ſub pompeio militabat. Sed dux in orbe libyco: nam prouincia Libya demandata erat ſcipioni a ſenatu populoq; ro. At iuxta flu. dicit autẽ eqtatum in locis campeſtribus poſitum fuiſſe: qui procul erat a flu. nam fluminibus tota theſſalia ferme iundat. Largus habenis: id eſt cito fugiturus. Sed ſicci: ſed in locis procul a fluminibus conſtiterant reges. & tetrarchæ: qui dicuntur quattuor prouĩciarum pfecti. Atq; omnis: Vt ſũmatim dicã. Purpura: habitum pro perſona poſuit. Seruit: domita armis italis. Illic & numidas: poſtquam generaliter dixit de populis quibus in locis conſtiterant a flu. remotis. nũc ſpecialiter dinumerat: qui populi conſtiterint i theſſaliæ locis. Numidæ: ſunt populi libyæ. Cydonas cretæ: quæ ut inqt Solinus prima remis & ſagittis potuit. Illinc: ab una parte Inde: ab alia. Curſus fugit: id eſt ſagittarii poſiti ſunt. Itureis ſagittis: id eſt q; ex alia parte ſagittarii miſſi ſunt a populis Itureis: iture ciuitas eſt parthorum unde itureus a um. nam parthici ſunt ſagittandi peritiſſimi. Truces galli: quia diu hoſtes fuerũt cæſaris nã p decenniũ cæſar galliã domuerat In hoſtem: id eſt contra cæſarem. Hiberia celtas: id eſt celtiberos: nam celtæ populi ſunt galliæ: qui cũ i hyberiã ueniſſẽt ibi coluerũt: & pmixti ex diuerſis gẽtibꝰ populi utriq; nomẽ obtinuere: & a celte & hiberi cõpoſiti ſũt celtiberi. Cõmouit: i auxiliũ põpeii miſit. Eripe uictori gẽtes: occide iqt o pompeii quã do de his uictis Cæſar trũphauit. Cõſume. ſ. ante totos triũphos: id eſt quos de tuis gẽtibus cõſecuturus eſt cæſar: ſed tuo potiꝰ iuſſu irerfice gẽtes. Illo forte die: nũc oſtẽdit quã ad inopiã redactus erat cæſar. qa uidelicet cõmeatus reꝝ oium iopia laborabat uſq; adeo ut cogeret ẽt ſegetes ex agris nõdũ maturas rape & quo die aciẽ iſtructã duxit põpeiꝰ eodẽ cæſar frumẽtatũ milites mittebat. Signa. i. moturꝰ milites ſuos. Statõe re. i. caſtris põ. Ad rapt. ad rapiaſ ſegetũ. Cõſpicit ex iprouiſo ſtructo agmĩe uidit hoſteſ aduẽtaſ

Oblatumqꝫ uidet uotis ſibi mille petitum
Tempus in extremos quo mitteret oīa caſus
Aeger quippe more flagranſqꝫ cupidine regni
Cæperat exiguo tractu:ciuilia bella
Vt letum dānare nephas:diſcrimina poſtquā
Aduentare ducem ſupremaqꝫ prœlia uidit
Caſuram fati ſenſit nutare ruinam:
Illaquoqꝫ in ferrum rabies prōptiſſima paulū.
Languit:& caſus audax ſpondere ſecundos
Mens ſtetit in dubio quem ſua fata timere
Nec magni ſperare ſinunt.formidine merſa
Proſilit hortando melior fiducia uulgo.
O domitor mundi rerum fortuna mearum
Miles adeſt totiens optare copia pugnæ
Nil opus eſt uoto:iam fatum accerſite ferro
In manibus ueſtris quantus ſit cæſar habetis
Hec ē illa dies mihi quam rubicoīs ad undas
Promiſſam nemini cuius ſpe mouimus arma
In quam diſtulimus uetitos remeare triūphos
Nec eadem ē hodie quæ pignora q̄qꝫ penates.
Reddat:& emeritos faciat uos:marte colonos
Hæc fato quæ teſte probet quis iuſtius arma.
Sūpſerit.hæc acies uictum factura nocentem

Oblatum:id eſt tempus ſibi datum. Nulli uotis:quod innumerabilibus uotis petierat:quaſi dicat ſæpius optauerat. In extremos caſus:uidelicet ad ultimam pernitiem ſeu uinceret:ſeu uinceretur. Aeger: & animo & corpore dicitur quia more impatiens erat paruum etiam interuallum dannabat: quaſi impium eſſet. Vt leni:id eſt tanquam tardum. Aeger:impatiens ſignificat mœſtum:ideo quia mœſtus impatiens moræ erat. Flagrans:ardens. Cupidine regni:ut unus omnia gubernaret. Cœperat:pro incœperat. Exiguo tractu:id eſt paruæ dilationis & moræ. Diſcrimina poſtquam: ſed quamquam omnibus uotis optare ciuile bellum cæſar tamen ut uidit inſtare periculum non potuit non timere hinc quidem confidebat fortunæ ſuæ: inde uero dubitabat:qꝫ pompeium uiderat ſæpiſſime ſecunda fortuna uſum:& ex hoſtibus uictoriā reportaſſe: quātum ad fortunam ſuam ſpectabat ſpem habebat quantum ad fortunam pompeii pertinebat non parum dubitabat. Diſcrimina:pericula. Aduentare ducum:Inter ſe & pompeium adeſſe ut Cicero in epiſtolis:Nōdum erat auditum te ad Italiam adnentare:id eſt adeſſe. Supprema prælia:ultima fata. Nutare:minari:nam tunc magna moles minatur ruinam cum nutat:id eſt concutitur:eſt ergo ſimilitudo ſūpta a mole ruinam minanti. Nutaꝛ uacillare: Fatis non cæterorum modo ſed ipſius etiam cæſaris fatis ruinam caſuram non dubitauit Rabies ſcilicet cæſaris. Languit: torpuit. Et caſus: quāquā fortunæ ſuæ plurimum confideret cæ.tamē.nō potuit non dubitare cum tātum periculum iſtaret. Mens: quamuis omnia ſibi proſpera permitterentur:tamen mens ſtetit in dubio. Qui nec ſua: Oſtendit rationem quare dubitat: nam inter ſpem & metum conſtitutus erat ex una parte:ſi conſideres ſecūdam fortunam Cæſari ſemper fuiſſe cauſa erit cur ſperaret.At uero ex alia parte ſi uideres res geſtas Cæſaris & pompeii etiā cauſa erat cur dubitaret. Nec magni:Quia ſicuti cōſueuerat ipſe uincere:ita etiam pompeius:tandem cæſar metum diſſimulauit:& pectore īclūſum gerēs fiduciam uultu oſtentauit:orationemqꝫ ad milites habuit plenam exhortationis. Merſa: ſcilicet ī pectore. Melior:ſcilicet quam metus. Proſilit: id eſt in medium proceſſit.& his uerbis uſus eſt ad milites ſuos. O:domitor mūdi:& Quintilianus & cæteri omnes lucanum in orationibus ſuis oratoribus magis quam poetis annumerant: nam ſemper orationes maxima arte componit:ut in hac facit nam omnia adſunt neceſſaria.ſuadet enim Cæſar & hortatur milites ad pugnam.& primo beniuolentiam captat a perſona auditorum & dicit res eorum fortiter geſtas fuiſſe:beniuolum ſe facit a perſona auditorum ex rebus fortitet geſtis:& a uoluntate fortiter gerendi. Optatæ prælia pugnæ id eſt qꝫ antea uotis optaſtis: nunc ferro aſſiſcite. In manibus ueſtris: Locus beniuolentiæ in auditores cum oſtendimus quæ de illis ſpes eſt. Hæc eſt illa dies:Incipit nunc confirmare & arguere:nam arguit a partibus iuſtitiæ & iuris naturalis:cuius partem conſtat eſſe ueritatē a ueritate ergo arguit:quia promiſſerunt:ergo debent ſatiſfacere promiſſis:ut uerum ſit quod dixerint: unde fides qđ fiat qđ dictū ē deriuaꝛ. Rubiconis ad ūdas:cū uos traiecturꝰ eſſē. Promiſſā:dicēdo ne dubites o Cæſar nos ꝓ te pugnabimꝰ cū tēpus erit. In quā diſtulimꝰ:Triūphos ex gētibꝰ q̄s nos uirtute ur̄a ſupaſtis:ſi uīceritis nūc tādē uobis reddenꝛ triūphi.Hæc ē eadē ab utili:utile ē iḡt ut pugnetis:qa ſi uictoriā reportabitis cōiuges liberoſqꝫ ur̄os:patrios penates:& bona oīa cōſequimini.Emeriti milites dicūtur q fūcti ſūt muneꝛ militiæ. Colonos:q ſimul ac ſtipēdia ur̄a ꝑfeceritis uos ī coloniā duceꝛ uidebo: Vt qđ uirtute ur̄a pepiſtis id ēt poſſideatis. Hæc facto q̄.t.ſ.Perſuadet a laudabili: qa ſi uiceritis oēs ur̄am cām ꝓbabūt:aliter nō ipſā laudabūt:niſi uiceritis.A laudabili ſolemꝰ ſuadere: uel dicaꝛ ab honeſto:nā qđ hōeſtū ē:ē & id laudabile:ſed ſi laꝰ ſeqꝛ & recti faciendi uolūtas dupplicaꝛ. Fato:ſcilicet aliquo teſte: qa ſūpſiſtis arma. Quis iu.i.cuiꝰ cā iuſtior fuerit; qa ſi uicitis arma iuſte ſuſcepiſſe uidebimī;ſi nō uiceritis īiuſte,

Si pro me patriã: Si antea inquit pugnaſtis pro patria pro me quo tẽpore in galliã fuiſtis pro patria etiã uiciſtis. nunc magis pro me pugnare debetis: ut cũcta uincatis. Truces: ideſt fortes. Exoluite. i. liberate Gladioſq; culpa: nam id quod antea tũ ferro tũ flammis pepeiſtis: ut ideo patriam recupararetis: nunc aſcribitur uicio. At uero ſi uiceritis omnis culpa abolebitur. Mutato iudice: quia uicti uictoris iudicio dãnabuntur. Nulla manus: uidelicet qui uictus fuerit. Non mihi res agitur: ruſus ab utili: non pugnatis inquit mihi: ſed uobis: ego contentus ero uiuere priuata uita: dũmodo uos rgnetis: & uos ueſtroꝝ liberorũ ac cædium perpeſſarũ præmia tandem capiatis. Libera turba: ne ĩ ſeruitutẽ põpeii & ſuorũ ueniatis Gentes: ut ius habeatis in omnes. non uobis dominẽtur: ſed uos cæteris. Plebeiaq; toga: beniuolũ ſe ubiq; reddere debet orator: tãetſi id magis fiat in prĩcipio & exordio cauſæ: capta occaſione dicit hoc labores & periculo pro uobis ſubeo: quia quãtũ ad me attinet ſicuti plebeius paratus ſũ uiuerẽ. At uero ut præmia habeatis laborũ ueſtrorũ: odio & inuidia mea uos regnare concupiſco. Cõponere: conſtituere. Modicũ ciuem: ideſt humilẽ & moderatum Omnia dum uobis: non recuſo ut omnes in me odiũ habeãt: dummodo uos liberi ſitis & diu regnetis. Nec ſanguine multo: arguit a facili: & oſtendit utilitatem magnam eos conſecuturos pro labore: nam genus militum dicit eſſe pompeii: quod facile uincatur: quia ignaui. uidelicet homines ludis ac paleſtræ dediti ſunt: ut græci. ut athenienſes in primiſ deinde barbari: qui oneri ſunt potius exercitui: q̃ utilitati. Poſt: deinde in fenſis parere gladiis: quia uidelicet populi romãi hoſtes perpetui fuerunt. Spẽ mũdi: uidelicet uniuerſum orbem terrarum: ut domini omnium rerum ſitis. Delecta: ex aliis electa. Gymnaſia: erant loca ubi iuuenes exercebantur nudi: qui paleſtra ludebãt oleo peructi: ideo nudi pugnabant ut facilius e manibus elaberentur. Ignaua iners & puſilanimis. Et uix arma ferẽs: per quod molles oſtẽdit eſſe huiuſmodi homĩes. Mixtæ diſſona turbæ: quia ex diuerſis orbis partibus gentes atq; nationes erant in exercitu pompeii. Non illa tu. Quæ: adeo imbellis eſt: ut non dicã arma ſtricta ſuſtinere poſſit. ſed nec clamorem quidem belli cum. Suũ cla. quia ſuo ipſius clamore tenebitur. Ciuilia paucæ: pauci admodũ erũt ro. cũ quibꝰ pugnabitur

Si pro me patriam ferro flammiſque petiſtis:
Nũc pugnãte truces: gladioſq; exſoluite cul
Nulla mãus belli mutato iudice pura eſt. pa
Non mihi res agitur: ſed uos ut libera ſitis
Turba precor gentes ut ius habeatis ĩ omnes.
Ipſe ego priuatæ cupidus me reddere uitæ
Plebeiaq; toga modicum componere ciuem.
Omnia dum uobis liceant: nihil eſſe recuſo:
Inuidia regnare mea: nec ſanguine multo
Spem mundi petitis: grais delecta iuuentus
Gymnaſiis aderit: ſtudioq; ignaua paleſtræ.
Et uix arma ferens: & mixtæ diſſona turbæ
Barbaries non illa tubas: non agmine moto
Clamorem latura ſuũ: ciuilia paucæ
Bella manus faciẽt: pugnæ ps magna leuabit.
His orbem populis: romanũq; obteret hoſtẽ
Ite per ignauas gentes famoſaq; regna.
Et prmo ferri motu proſternite mundum.
Sitque palã quas tot duxit pompeius in urbẽ
Curribꝰ unius gentes non eſſe triũphi
Armenios ne mouet romana potentia cuius
Si ducis: aut emptũ minimo uult ſanguĩe q̃ſq̃
Barbarus heſperiis magnum præponere rbꝰ
Rõanos odere omnis: dominoſque grauantur

Pugnæ pars. m. I. eſt locus a iuſticia & a partibus iuſtitiæ: quæ eſt uindicatio: quia uidelicet pugnare fortiter debebunt contra barbaros: ut ulciſcantur iniuriam romanorum: cum illi perpetui hoſtes populi romani fuerint. Pugnæ: ſcilicet ueſtræ. Leuabit: liberabit. Obteret: oprimet. Romanum hoſtem: quia barbari obſidentur & hoſtẽ populi romani obterentur. Ite per igna. gen. ſcilicet quas facile uincere poteritis. Famoſa regna: quia fama tantummodo magni ſunt: re autem ignaui & imbelles. Et primo ferri: Nam facile erit primo concurſu uincere illos omnes. Sitque palam: & nunc manifeſtũ facite omnibus triumphos pompeii quiter de gentibus triumphauit: nec bene pro uno triumpho ſufficerent: uidelicet gentes imbelles eſſe quæ facile uinci potuerunt. Quas tot duxit: ideſt omnia dicere quẽ admodum pompeius triumphauit de mitridate: de Tigranne: de Siculis: de Aphrica: & licet ter triũphauerit: tamen gentes huiuſmodi adeo imbelles fuere: ut nec uni quidem triumpho ſufficere potuerint. Curribus: triumphis. Armenios ue mouet: dixit generaliter illos omnes imbelles eſſe: nũc ſpecialiter dicit hanc gentem bellis minime idoneam. Creditis ne armenios curare utrum noſtrum imperet: neque enim ipſi ſtudent fauere pompeio: ut pro ipſo ſolo quaſi pugnam inire uelint: quid enim ipſorum interest Pompeius uincat an Cæſar: & primo curſu debellentur. Romana potentia: uidelicet an potentia Pompeii an mei. Mouet: creditis curare reges barbaros iſta. Aut emptum ſanguine quiſquam: ne putetis barbaros uelle hoc ſibi conſtare magna mercede: ut Pompeius uincat. Præponere magnum: id eſt præficere pompeium imperio romano. Romanos odere: ſcilicet omnes barbari nec põ. uicere curãt.

Gymnasia

Quos nouere magis: oẽs romãos oderũt barbari: ſed eos in primis quos magis nouerũt. nouerũt autẽ magis põpeiũ a quo iniuriã acceperũt: ꝙ tãtũ putant ſe debellatos a põpeio: ideo quia ipſi pugnare nol/ lent facile uicentur. Sed me for. a cõtrario: cũ illi oẽs ignaui ſint: ut facile uinci poſſint. At uero uos mili tones ac milites ſemp uicere cõſueuiſtis. ab attributo pſonæ arguit. uidelicet a caſu qd euenerit: qd euenit quid euenturũ ſit: qd euenerit ut uiceritis: qd euenit ut uicatis: qd euenturũ ſit ut uicturi ſitis. Meorum nõ barbaroꝶ: ſed ueſtrũ q ſemp uicere conſueuiſtis: & ego ſum uictoriæ ueſtræ teſtis. Tot bellis: Quia ibi multæ iſti uctæ ſũt acies: nã gallos atque germa nos uicit Cæſar.

Quos nouere magis: ſed me fortuna meorũ
Commiſit manibus: quorum me gallia teſtẽ
Tot fecit bellis: cuius non militis enſem
Agnoſcam? cæluq; tremens cũ lãcea tranſit
Dicere non fallor: quo ſit uibrata lacerto.
Quod ſi ſigna ducem nũq̃ fallentia ueſtrum
Conſpicio: facieſq; truces oculoſq; minaces
Viciſti: uideor fluuios ſpectare cruoris:
Calcatoſq; ſimul reges: ſparſũque ſenatus
Corpus: & immenſa populos in cæde natãtes:
Sed mea fata moror: qui uos in tela furentes.
Vocibus his teneo: ueniam date bella trahenti
Spe trepido: haud ũquã uidi tã magna datu
Tã prope ſuperos cãporũ limite paruo ros
Abſumus a uotis. ego ſum cui marte peracto.
Quæ populi regeſque tenet donare licebit.
Quo ne poli motu: quo cæli ſydere uerſo
Theſſalicæ tantum ſuperi permittitis oræ
Aut merces hodie bellorũ: aut pœna paratur.
Cæſareas ſpectare cruces: ſpectare cathenas
Et caput hoc poſitum roſtris: effuſaq; mẽbra.
Septorumq; nefas: & clauſi prœlia campi.
Cum duce ſyllano gerimus ciuilia bella
Veſtri cura mouet: nam me ſecura manebit

Cuuius nõ militis: quaſi dicat cũ iuſlibet uiri: nã cũ ꝑ me fortiter pugnabitis: cogno/ ſcã arma ueſtra & cui præmia debeantur. Telũq; tremens: & ſi telũ uidero: etiã ſi non uiſus fuerit ille a quo torquebitur. tamen ab ipſo telo militẽ cogno ſcã. Tre. lan. uibrata. Tranſit cæ. ideſt p aerẽ pene/ trat atq; diſcurrit. Non fallar. i. optime noſcã. Vi/ brata: excuſſa lacertis. Quod ſi ſigna ducẽ: & ſi ue/ ſtrã uirtutẽ conſidero: quæ nunquã me ueſtrũ ducẽ fefellit: non dubito dicere uos uictores. Nũquã fal lentia me. ſ. qa quocunq; ea duxi: ſẽper uictores exti tiſtis. Facies truces: aſperas & timorem incutiẽtes. Oculoſq; minaces: qa oculis furorẽ & indignitatem ueſtrã contra hoſtes oſtendiſtis. Cruoris. ſ. fuſi uir tute ueſtra. Simul calca. r. in eodẽ tẽpore pedib⁹ ue ſtris ſubiectos. Sparſũq; ſe. corpus. ſ. ſenatores cæ ſos & ſtragẽ factã per hos agros. Immenſa cæ. imẽ/ ſo ſãguine. Sed mea fata. m. nũc ſe ipſũ repræhen dit: ꝙ adhortet milites: cũ minime ſit opus exorta tione cũ ipſi per ſe incitati ſit. Spe trepido: qa ſpes ipſa me trepidum facit: qđ accidere ſolet. Virg. Cor da pauor pulſãs. nã trepidi ſumus aliquãdo non me tu: ſed ſpe quæ noſtrã mentẽ concitat: ut hoc loco. Haud nunquã uidi: arguit ut dixi: ab attributo per/ ſonæ. ſ. a fortuna a caſu: ꝙ ꝓſpera ſẽper euenerit. er/ go ea nunc euentura ſperat. Tã ꝓpe me. i. tã mihi ꝓ pitios eẽ deos cũ dii ꝓpe ſunt: propicii ſũt: cũ ꝓcul: aduerſi. Limite. i. ꝑuo interuallo A uotis: a uictoria Ego ſũ cui. ſ. licet uobis donare quocũq; tenẽt re/ ges & populi. uidelicet regna: ĩpia & diuitias. Mar. peracto. i. uictoria p acta. Quo ne poli motu: nũc arguit a neceſſitate: & & ſecundũ artẽ argumẽtũ ĩ ſi ne ponit qđ ẽ ualidiſſimũ. Nã cũ ſuademus aliquid eẽ honeſtũ facile ẽ utile. at uero cũ dicimus eẽ neceſſariũ maius ẽ: dicit enĩ aut uincendum uobis eſt: aut p eundũ: neſcio quo ſidere: aut curſũ ſiderũ: cælũ ĩpellatur. ſ. ut hoc eueniat. ſ. an uincatis: an pereatis: ſi uice/ ritis domini eritis niſi uiceritis perituri eſtis. neceſſitas igitur ĩpellit uos ut uincatis. Poli motu: nã ſtellaꝶ motu inferiora regunt̃. Quo ſidere: declarat qđ dixit motu poli. Verſo ſy. ſ. curſu ſtellaꝶ impellente. Ore theſ. regioni theſſaliæ: qđ in ſequentib⁹ dicit uidelicet Aut merces hodie bellorũ: aut pereundũ uo/ bis eſt: aut uincendum. Parat̃. i. ſubiicit̃. Cæſareas ſpectare cruces: perorõ ẽ quæ fit per indignationem cõq̃ſtiõi pmixtã: nã locus ĩdignatiõis ẽ p quẽ oſtẽdius qđ factũ ẽ nefariũ. ĩdignat̃ enĩ ꝙ cæ. cruci mittẽdus ſit: uel ẽt cathẽis figẽdus. Effuſa. i. ſpſa. ſ. ut nec pudeat corpus meũ mẽbratĩ laniari. Septorũq; nefas: & manũ opulẽtẽ factã dicit eẽ alicuius p uĩ & opulẽtiã: quæ ꝓrſus ẽ a legib⁹: & ab æq̃li iure remota. Septoꝶ nefas. i. nefas. Cãpi marcii: nã ſylla ĩ uilla publica: q̃ erat ĩ cãpo martio quatuor legiões iuſſit occidi: & hoc ẽ qđ dicit ſeptoꝶq; nefas. Septa. n. dicũt̃ clauſtra cãpi martii ubi uilla publica erat: uillã iõ uocabãt: ꝙ extra mœnia poſita erat. Cũ duce ſyllão. ĩdignat̃ p uĩ & manũ opulẽtã factũ eẽ aliqd: cõq̃rit̃ uel ĩpugnat̃: quale fuit ſyllæ: cuius diſcipulum dicit fuiſſe pompeiũ. Noſtri cura mouet: per ſcripturam hic locus ſine du/ bio eſt conqueſtionis: uidelicet per quem non res noſtras: ſed eorum qui uobis cari eſſe debent conqueri/ mur. dicit enĩ nõ mei: ſed noſtri cura mouet. Nã me ſecura mane: & ſi animum noſtrũ ãplum & excelſũ in oĩb⁹ paratũ & oĩa eſſe facturũ ſi quid acciderit oſtendemus: ut hoc loco. uere inquam ueſtras fortunas non meas conqueror: nã anĩus meus eſſet excelſus: qui ſibi mõtẽ conſciſcere poſſit: ſi q̃d aduerſi cõtigerit.

Mors quæſita manu:qui uincere uoluerit: me uidebit manus mihi ipſi inferentem. Reſpexerit hoſtē: ideſt qui nondum uicerit hoſtem. Dii quorum curas:iterum locus cōqueſtionis eſt:per quem oſtendimus animum noſtrum in alios miſericordem:& nos fortiter paſſuros eſſe.ſi quid aduerſi contigerit audientium animi ad miſericordiam commouentur. Vincat quicunque neceſſe eſt: quicunq; inq clemenſ futurus eſt & miſericors in hoſtes: ille uictoriam obtineat: & qui uictis parcere uelit.per conqueſtionem ergo ad miſericordem fore auditorum animos commotos oſtendit. Quiſq; ſuos ciues:ideſt uincat quicunq; credit ſuos ciues non ideo hoſtes eſſe:ꝙ arma eis conceſſa ſunt:nam id imperio alicuius fecere:

Mors quæſita manu.fodientē uiſcera cernet
Me mea qui nōdum uictū reſpexerit hoſtē
Dii quorum curas abduxit ab æthere tellus
Romanuſq; labor.uincat quicūq; neceſſe eſt
Non putat inuictos ſæuum diſtringere ferrū.
Quiq; ſuos ciues ꝙ ſigna aduerſa tulerunt
Non credit feciſſe nefas pompeius in arto
Agmina ueſtra loco uetita uirtute moueri.
Cum tenuit quāto ſaciauit ſanguine ferrum?
Vos tamē hoc oro iuuenes ne cedere quiſquā
Hoſtis terga uelit.ciuis qui fugerit eſto.
Sed dum tela micant.non uos pietatis imago
Vlla:nec aduerſa conſpecti fronte parentes.
Cōmouet an uultus gladio turbante uerēdos
Siue quis infeſto cognata in pectore ferro
Ibit.ſeu nullum uiolabit uulnere pignus
Ignoti iugulum tāquā ſcelus imputet hoſtis.
Sternite iam uallum:foſſaſq; implere ruina.
Exeat ut plenis acies non ſparſa maniplis.
Parcite ne caſtris:uallo tendatis in illo
Vnde acies peritura uenit.uix cuncta locuto.
Cæſare:quē q; ſuū munus trahit arma q; rap.
Sūpta uiri celeres capiūt præſagia belli tim
Calcatiſque ruunt caſtris ſtant ordine nullo.
Arte ducis nulla:permittuntque omnia fatis.

Pom.in arto.a.u.l. nunc e diuerſo per ignorantiam cōcludit oſtendens pom.fuiſſe ſæuum: & eſt locus per quem oſtendit uindicandum eſſe in eos qui nō coacti:ſed uoluntarii arma ſūpſerunt:nam locus indignationis per quem oſtendimus de induſtria aliquid factum eſſe & uoluntario facinori ueniam pſtandam non oportere e diuerſo: ſi uolūtarium nō eſt ueniam eſſe præſtandam. oſtendit autem pom. ꝙ non coactus:ſed uoluntarie ciues occiderit & oīui uſum eſſe:& ita indignatur.Scitis autem quo tēpore ex munimentis:quib; Cæſ.circundederat pō. & milites: quomodo aliquot ciues romanos occiſi fuerint:ſed quanquam ibi nefarius fuerit pom. tamen ita cōuenit inter ſcriptores:ꝙ ſi uoluiſſet potuiſſet eo Cæſ.a pompeio debellari.ſed militibus iuſſiſſe ut ciuibus parcerent: ſed uertit in contrarium Cæſarē hoc loco:nam oratorie arguit: ut quæ aliis commoda ſint in ſuum commodum conuertat. Agmia ueſtra loco:meminiſtis q̃ crudeliter pō.uos occiderit cū in āguſto eētis: nec uirture uřa uti poſſetis. Vetita uirtute:quia uirtus ueſtra in locis anguſtis moueri non poterat: & primo uidente magna pars ueſtri cæſa fuit. Vos tantū hoc oro: adhuc perſiſtit in eo:uidelicet uoluntario facinori ueniam dari non oportere:at uero his qui inuiti & coacti pugnauerint ultro ignoſcendum eſt. Vos īquit uolo o commilitones:ut quēcunque fugientem uideritis: hunc ciuem eſſe putetis: & ei ignoſcatis & ſi poſſitis ipſum incolumem eſſe uelitis. Vos tātum:quanuis inſtigati eſſe debeatis contra pō. qui magnam ueſtri partē occiderit.& cætera. Sed dū tela micant:e diuerſo autem ſiue pater:ſiue filius fuerit:q tela cōtra uos ītēdat:ipſū occidite:ſed fugiētib; pcite.illi.n.oſtēdūt ſe coacte nō ſpōte pugnare.

Aduerſa:oppoſita. Vultis uerē.ēt uerēdos q̃ cōtra uos arma ferēt ipſos iuadite. Infeſto:aduerſo. Cognata ī pectora: ſiue uobiſ ſāguīe cōiūctus pectora uřa petet. Seu nullū.i.ſiue nō erit ppiquus. Ignoti iugulū .ſ.ipſū hēte ipſū p ignoto hoſte. Sternite iā uallū:nolite īgt p portas caſtroꝝ exiř.ſed euertite uallū:& eo aīo ad pugnā pdite:ut uobis uincēdū putetis:nec rurſus ī caſtra redite:ut deuictis hoſtib; : caſtroꝝ potiamini. Vallū:caſtroꝝ ne reſpectus caſtrorū uos faciet ībelles. Nō ſpſa.i.diuiſa:ſed conferta ī unum. Ne: p nō. Vallo tēdatis:qa occurrebat illud:ſi uallū euertimus:quo nam poſtea nos recipiemus. In illo uallo:p ī illud uallū:caſus p caſu ponit̃.hic uallus & hoc uallū dicit̃.ſed differēter.nam uallus dicit̃ palus:uallū uero dicit̃ tota munitio caſtrorū. Acies pitura:qa malo omine īierat. Vix cūcta locuto cæ. Nūc dicit quomō ſe habuerit milites Cæſ. poſt hāc adhortationē: dicit eos unanimes īcitatos fuiſſe ad ad pugnam futurā. Vix ſatis inquit adhortationem ſuā finierat Cæſ.cū ſe omnes ad ſuum quiſque munus præparauerunt:ut ſe pugnæ inſtanti recingerent. Munus:officium. Raptim celeriter. Viri celeres.i.ſe armis īſtruxerunt & corpora cibo curarunt. Præſagia:ſcilicet uictoriæ:quia unuſquiſque animo uictoriam prædiuinabat. Ruunt ca.pro eruunt e caſtris. Stat ordine nul.ipſi adeo in hoſtem ruebāt ut expectare nequerint. ut acies inſtrueretur:ſed quo quemque impetus tulit:eo aciem direxit. Fatis:uidelicet fortunæ hoc pertinet ad oſtendēdam cupiditatem pugnādi militum Cæ.qui non expectauerūt Vt acies ſtrueret.

Si totidē magni.i.ſi quot milites erā:totidē cæſ.fuiſſēt:q regnū & tyrānidē appeterēt.nō potuiſſēt īfeſti us īuadere hoſtē. Soceros magni.i.totidē cæſ. Totidēq; petētes: Sic ut petebat cæ. Regna urbis. nō ui/ cere. Vidit ut hoſtiles:poſt adhortatiōem cæ. militis eius e caſtris euerſo uallo eruperūt & magno īpetu hoſtes petere inſtituerūt. Nūc dicit quō ſe pō.habuerit ubi uidit ab hoſtibꝫ ī ſe īpetū fieri: nā pauor aīum occupauit:q qdē fuit magnus:ut tātus īpator timeret. deīde pſſo metu milites ad cōcionē uocatos exhor/ tatus ē ad pugnā. Vt.i.poſtq:hoſtiles cateruas. Hoſtiū acies:inrectū exire.ſ.oppoſito ei occurrerē. Nullas que mo.ſ. belli facere. Diē:conferēdæ pugnæ. At tonitus:trepidus. Gelato corde:unū ſequit̄ ex reli quo.nā ex pauore ſequit̄ frigus. Tātoq; duci. quā/ tus pō.fuerat: q ſemp ex hoſtibus uictoriā reporta/ re conſueuerat:nūc aūt ī ipſo articulo belli cœpit ti mere:quod ſiniſtrū erat omēcladis futuræ. Omē. auguriū. Sic.i.tantū timere cœpit. Premit metus. claudit & retinet.Vir.Spē uultu ſimulat:pmit altū corde dolorē. Totūq; p agmen.ſ.p. hæc adhortatō eſt pō.ad milites ſuos: ut ex eo facile intelligat̄ ī de/ liberatiuo genere poſitā eē: nā finē habet ſuaſionis deliberatiuū genus. ſuadet enim militibꝫ ut uelint fortiter capeſcere pugnā:ſed primo beniuolentiā ca ptat a pſona auditorū:cū fortiter gererē appetant & appetierint:appetiſtis inqt fortiter gerere:nunc ue/ ſtris uotis occaſio datur. Veſtra dies:adeſt inqt oc caſio benegerēdæ rei:quā tantopere appetiſtis.& cū oſtēdimus res eorū fortiter geſtas beniuolētiā cap/ tamus. Eodē modo ſi ipſos appetētes fuiſſe oſtēdi/ mus reꝝ gerendarū. Totas effū.uires:a facili: facile inqt eſt uobis debellare hoſtes:nā occaſio eſt data q oēs in unū couenerūt:ut ſimul ſemelq; oēs facile ui cere poſſitis.qs patriā ab utili:utile ē inqt ut pugne/ tis:nā parata uictoria:patriā:pentes:uxores:liberos ūraſq; domos recuperabitis.Patriā hec oīa & armis & pugna repetat. Medio po. poteſtis debellare cū oīa uideāus poīta ī medio cāpo. Cā.i.m. ab hōeſto arguit.ſ.partibꝫ iuſtitiæ:q dii oēs faueant res iuſtas poſtulātibꝫ:uos āt arma ſūpſiſtis:ut patriā:deos: pe nates:leges atq; iudicia ſeruetis:& libertatē īuiolatā defendatis. ergo oſtendit fore ut ſi pugnauerint ut uictoriam ex hoſtibus conſequentur. Melior cau ſa ueſtra: ſcilicet q̄ hoſtium qui pro tyranno: nō libertate arma ſumpſerunt. Ipſi:ſcilicet dii. Re gent: pro dirigent tela ueſtra in Cæſaris corpus. Sancire:firmate. Hoc ſanguine:quia ſancire eſt ꝓ/ prie ſanguine uictimæ aliquid confirmare.unde le/ ges immolatione hoſtiarum faciebantur. Si ſocero dare regna:ex hoc q uobis faueant dii:cognoſcerē po teſtis:q in hac ætate me incolumem ſeruarunt:ex quo manifeſtum eſt libertatem ac leges curæ eſſe diis: Dare regna ſocero:ideſt ut potiretur Cæſar. Præcipitare:accelerare. Fatis: ideſt uoluntatibꝫ deorum: ideſt ſi fata uoluiſſent. Non iratorum populis:q ducem pompeium ſeruarunt incolumen dii: inditiū eſt ipſos uelle patriam ac libertatem incolumes eſſe:ſed quia urbi populiſq; fauent hoc facere uoluerunt. Quæ uincere poſſent:a laudabili arguit:q uidelicet pom. omnes qui ſunt in urbe ſequūtur ipſum pom. Subiere pericula clari: etiam ſi ab inferis excitarentur priſci illi ac reip.amatores uiri:non dubium ē qn partes ſuas ſecuturi ſint:& uoluntate ſua arma ſumant. Sacra ima. uidelicet quia imagines ſcōrum illo/ rum patrum repræſētant qui reipublicæ amatores fuerunt. Darent fa. ideſt ſi ita dii uellēt:ut hi a mor tuis reſurgerent. Curios:ideſt ſimiles curiis:ut curius:q contra pyrrhum regem epirotarum fuit impera tor & q cōſul una cū fabricio ipſū ad pacē petēdā coegit:hic ē ille curius q aurū ſibi a ſānitibꝫ allatū cōtēpſit dicēs ite & nūciate curiū malle hētibꝫ aurū īpar̄:q aurū poſſiderer. Reduceſq; ca .i. ſimiles cāillo q patri am e māibꝫ galloꝝ eripuit:& reliqas ciuiū q incapitolio obſidebant̄:liberauit & urbē ro.reædificauit.fuit nouus urbis romæ cōditor. Decios:quorū pr̄ bello latio:alter bello gallico ꝓ ſalute reip. ſe deuouerūt,

Si totidem magni ſoceros totidemq; petentes
Vrbis regna ſuæ funeſto in marte locaſſet.
Non tam præcipiti ruerent in prœlia curſu.
Videt ut hoſtiles in rectum exire cateruas
Pompeius: nullaſq; moras permittere bello
Sed ſuperis placuiſſe diem: ſtat corde gelato
Attonitus: tantoq; duci ſic arma timere
Omen erat: premit inde metus: totūq; p agmē
Sublimi preuectus equo: quē flagitat inquit
Veſtra dies uirtus: finis ciuilibus armis
Quem quæſiſtis adeſt: totas effundite uires.
Extremum ferri ſupereſt opus: unaq; gentes
Hora trahit: quiſquis patriam caroſq; penates
Qui ſobolē ac thalaōſ dſertaq; pigōra quærit
Enſe petat: medio poſuit deus omnia campo
Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos.
Ipſi tela regent per uiſceta cæſaris ipſi
Romanas ſancire uolunt hoc ſanguine leges
Si ſocero dare regna meo: mundūq; parerent
Præcipitare meam fatis potuere ſenectam.
Non iratorum populis urbiq; deorum eſt.
Pompeium ſeruare ducem: quæ uicere poſſet
Omnia contulimus: ſubiere pericula clari
Sponte uiri: ſacraq; antiquus imagine miles.
Si curios his fata darent: reduceſque camillos
Temporibus: decioſq; caput fatale uouentes

Hic ſtarēt.ſ.ut ptes uraſ ſeqrenť. Prio.gen.or.c.a.facili:facile erit ſqt hoſtes uicere:nā plures cū paucio/ rib9 pugnabūt. Prio.o.qa i exercitu hēbat Farnacē regē armeniæ quē aliqdo uicerat pō.& i regnū colloca/ uerat hūit & alios reges plurios ac dīaſtas:ut refert Apianuſq pti ob inexperientiam:parti ob res apud dy rachiū fœliciter geſtas elati animis pō.ad pugnā hortabanť. Cæſ. eos cōtinue ꝓuocantē & aciē iſtruētem oſtēdentes. Pom. e cōtra eos admonebat id cæſ.ex īopia ſumma cōtingere ſtimulāte deinde exercitu: iui tus pugnā ut oſtenderet:iſtruxit:nō ſine ſuo ſuadētiūq; periculo ac malo. Coacte: cōgregate. Vrbes.ſ. oriētis.ſ.tantæ quantas.&c.uidelicet uniuerſus or/ bis terrarū meas ptes ſeqť. Toto ſimul utimur or/ be:uidelicet qđ cūq; cōprehendiť ſub circulo ſigni fero. uidelicet ab auſtrali plaga uſq; ad ſeptētrionē: nā cū uertiť ſignifer circulus: ita uertiť ut nunq̄ di/ ſcedat ab auſtrali plaga & ſeptentrionē uſq; ptingat ideo tatū duas ptes aſcendit:ut nō diſcedat a torri/ da zona: & illa quā pertigit ē auſtralis plaga:ad quā nunq accedit ē ſeptentriōalis:& eſt frigida zona. di/ cit ergo qcqđ habitabile ē i toto orbe terraꝝ:ide ad nos gētes puenięt:quæ nos & ſigna noſtra ſequenť

Hinc ſtarent primo gentes oriente coactæ
Innumeræq; urbes: quantas in prælia nunquā
Exciuere manus:toto ſimul utitur orbe.
Quicquid ſigniferi compreſſū eſt limite cæli
Sub noton & boreā hoim ſimul arma moue
Nōne ſupfuſis collectū cornib9 hoſtē. mus
In medium dabimus pauca uictoria dextras
Exigit.at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent:cæſar noſtris non ſufficit armis
Credite pendentes e ſummis mœnibus urbis
Crinibus effuſis hotari in prælia matres.
Credite grandæuum uetitumq; ætate ſenatum
Arma ſequi:ſacros pedibus proſterēre canos:
Atq; ipſam domini metuētē occurrere romā
Credite qui nūc ē populus:populūq; futurū.
Permixtas afferre preces hæc libera naſci.
Hæc uult turba mori.ſiqs poſt pignora tanta
Pōpeio locus eſt:cū prole & cōiuge ſupplex
Inperii ſalua ſi maieſtate liceret.
Volueret āte pedes magnus:niſi uicitis exul
Ludibrium ſoceri:ueſter pudor ultima fata
Deprecor:ac turpes extremi cardinis annos
Ne diſcam ſeruire ſenex:tam mœſta locuti

Sub notō aut boreā:declarat.ſ. ab auſtrali zōa uſ q; ad ſeptētrionalē plagā. Nōne ſupfuſis: cū igitur tot gentes nobiſcū ſunt:q̄ difficultas erit uniuerſum cæſ. exercitū circūdare extēſis cornib9 & collectos i mediū ad unū oēs uſq; ad internitionē delere. Sup fuſis cornib9:acies ſtruebanť i modū cornuū. Nō/ ne ſupfuſis:cū nos multo plures ſimus q̄ hoſtes: nō ne i mediū collectū exercitū delebimus.q.d.ſic. Pa ucas uictoria.d. pauci admodū erūt q̄ uicāt.nā cæte ri clāore ipſo hoſtes cōprimēt ꝑnimia multitudine Cæ.nris.n.ſuf.ar. Præ nimia militū ſuorū pauci/ tate. Credite pēdentes: poro eſt q̄ auditores cōmo uenť ad cōmiſerationē ē locus per quē res humiles: turpes:liberales pferunť ꝙ.ſ.ipſa pria:uxores:liberi parētesq; affuſi genib9 ipſos ſuppliciter rogāt:ut ꝓ ſe & pria fortiter dimicaꝛ uelit:figite inqt aīs uris hic adeē romam & uidere pres ac mres uos orātes cū fi liis ſuis & pres ſenes genib9 affuſos ſupplicit rogare: ut nūc uelitis ꝓ pria fortiter pugnare. Crinib9 ef. i. ſpſis p colla credite.i.figite aīs grādæuū ſenatū.i.gra ueſcentem ætate:ideo. Veritum arma ſequi: qa nō ſolum meritis ſtipēdiis:ſed ætate iam uacationem habent:quia ætas illa arma ferre non poſſit. Sacros canos:Veteres illos. Atque ipſa.d.m.& ipſam ur bem romam credite uobis obuiam prodire:quæ ſupplex rogat:ut libertatem ſuam defēdere uelitis. Me tuentem dominum:tyrannum:cum ianpridem in libertatem uixerit. Credite qui nunc eſt: credite nō modo parentes:ſed etiam poſteros precibus agere uobiſcum:ut ſe libertatemque ſuam defendatis. Po/ pulum futurum : ſcilicet poſteros: quamobrem. Hæc libera naſci : ſcilicet populus & refertur ad illud quod dixit:populum futurum:ideſt poſteri qui uolunt in libertate naſci. Hæc uult turba mori:ſcilicet q ſunt præſentes.qui cupiunt uitam ſuam in libertate finire. Siquis poſt pignora tanta: locus indignatio nis eſt cum proferuntur res indignæ:ætate:fortuna:honore:beneficiis quas paſſi uel perpeſſuri ſunt:ideo recte magis oratoribus q̄ poetis aſcribitur.Lucanus.Siquis orator res indignas priſtinis beneficiis & ætate oſtendit:comouet indignationem. Pignora:ideſt ſigna amoris:quia ab ineunte adoleſcentia:bene de re publica pompeius meruerat. Cum prole & coniuge:uidelicet.cum:Gn.& ſexto pompeio & mea corne lia. Voluerer ante pedes: ideſt proſternerer pedibus ueſtris & prouoluerer. Magnus niſi uincitis: o/ ſtendit res indignas beneficiis. nūnc res indignas ætate & fortuna. Deprecor: ideſt depello: depellere eſt in ea ſignificatione: ſicut dicimus:quid eſt conſultatio:eſt prima defenſoris deprecatio:ideſt depulſio. Vltima fata: Ideſt fortunam ultimæ ſenectutis. Turpes extremi cardinis annos: ideſt articulos mortis quia iam ſum in fine mortis. Ne dicam ſeruire ſenex: uidelicet ne poſtquam ad ſenectutem peruenero: in ſeruitute uiuere incipiam. Tam mœſta locuti: Nunc dicit quo animo milites ſui fu/ erint audita oratione pompeii dicit omnes incitatos eſſe ad pugnam: & ſi moriendum eēt non recuſarēt.

Flagrant;ſcilic& ad pugnam. Voce ducis:oratione Pompeii. Locuti tam mœſta:ſcilic& quum ad cō
commiſerationem moueret omnes. Erigitur:excitatur. Placuit:ſcilicet ipſis militibus : ſi Pompeius
timeret uera:uidelicet etiam ſi uerum eſſet quod inſtare uident:uicto Pompeio deligebant potius mori:
q̄ tantum nefas uidere.ergo quia ita incitati & inflamamati erant. Vtrinq;:ſcilicet a Cæſare & a Pompe/
io. Pari metu:id eſt pari impetu irarum. Irarum metus hos:pompeianos.uident enim ſeruitutem pa
ratam eſſe omnibus:ſi uicti fuerint:ne ſeruire cogerentur Cæſari : quia inlibertate nati erant & uixerant.

Voce ducis flagrāt animi:romanaque uirtus
Erigitur placuitque mori ſi uera timeret:
Ergo utrinque pari concurrūt agmina motu
Irarum metus hos:regni ſpes excitat illos
Hæ faciēt dextræ quicquid non expleat ætas :
Vlla nec humanū reparet genus oībus annis
Vt uacet a ferro:gentes mars iſte futuras
Obruet:& populos æui uenientis in orbem.
Erepto natale feret.tunc omne latinum
Fabula nomē erit:gabios ueioſque choráque:
Puluere uix tectæ poterunt monſtrare ruinæ
Albanoſque lares laurentinoſque penares
Rus uacuū quo nō habitet niſi nocte coacta
Inuitus queſtuſque numā iuſſiſſe ſenator.
Nō ætas hæc carpſit edax:mōimētaque rerū:
Putria deſtituit crimen ciuile uidemus
Tot uacuas urbes:generis quo turba redacta
Humani:toto populi qui naſcimur orbe eſt
Nec muros īplere uiris: nec poſſumus agros
Vrbs nos una capit:iuncto foſſore coluntur:
Heſperiæ ſegetes : ſtat tectis putris auitis
In nullos ruitura domus.nolloque frequentē.

Illos:ſcilicet cæſarianos. Spes:quia ſperabant
cum Cæſare regnare : ſi uincerent. Hæc facient
dextræ : poeta antequam pugnam deſcribat inter
utrunque geſtam : deplorat calamitatem non uni/
us:aut alterius populi :ſed totius orbis terrarum.di
cit enim tot milia uirorum hac pugna cecidiſſe:qđ
omnis ætas reſarcire non poſſet. Quicquid:ſcili/
cet belli ciuilis & qcquid cædis. Nec humanum r̄
paret genus om.annis:iuſque ad extremum finem
mundi recuperare non poterunt. Vt:quanuis.
Vacet a ferro:ideſt quanuis bella nulla poſtea ſequē
tur. Vacet:uacuum ſit genus humanum. Obru/
et:delebit. Feret.pro auferet. Erepto natale:ideſt
patribus:quia patres natalia ſunt filiorum Tunc
omne la.fa.no.erit: poſt bella ciuilia nomen latinū
quod apud gentes maximam famam habet:tunc fa
bula erit.omnes enim latini nōinis urbes uere pau
lo poſt euertentur:ut uix murorum ueſtigia rema/
neant : ſicuti etiam factum eſt. Nomen latinum
quod maximo in honore apud romanos fuit. Túc:
poſt bella ciuilia. Fabula erit:ſcilicet belli ideſt no
men uacuum & inane erit. Gabios: nominat ur/
bes latinas & has ciuitates : quæ latini nominis ce/
leberrimæ fuere:tamen uix ulla ueſtigia monſtra/
re poterunt. Puluere uix tectæ: Quia ruinæ ipſa
rum urbium uix indicare poterunt ibi aliquan/
do fuiſſe mœnia. Albanoſque lares:domos albæ
apolinis. Rus uacuum: ideſt quod erit inſtar ua/
cui ruris:quia ibi nemo habitabit. Niſi nocte: nō
habitabit īquit albanos lares quiſquam : niſi ſemel
in anno : idque inuitus faciet ſenatus & conqueret
hoc a nūma fuiſſe iuſſum. Niſi nocte: latinas feri
as:dicit quæ nocte albæ celebrabantur. nam poſtq̄ iubente Tullo hoſtilio albani omnes romam trāſmi/
grarunt & ex duabus urbibus una facta eſt : & quia teplum ueſtæ erat quod ſolum in urbe alba perman/
ſerat. Numma pompilius inſtituit:ut latinæ feriæ quotannis ibi nocte celebrarentur:ad quas ferias om/
ne latium conueniebat. Vnde latine ſunt Albæ appellatæ quod ſuperius oſtendit Lucanus ubi dicit. Nec
non illiacæ numen quod præſidet albæ.uidelicet numen Iouis optimi maximi. Haud meritum latio ſo/
lennia ſacra ſubacto Vidit flammifera confectas nocte latinas. Non ætas hæc: Et quæ cauſa fuit tantæ de
ſolationis ac uetuſtatis:non uetuſtas temporis:non peſtilentia:non terræmotus.non alia clades:ſed ciuile
bellum quod in campis philippicis geſtum eſt:hanc cladem ītulit. Hæc carpſit: ſcilicet oppida & mœnia
urbium. Edax ætas:quia tempus uetuſtate ſua cūcta conſumit. Virgilius:Tantum æui longinqua ua/
let mutare uetuſtas. Monimenta: Hyſtorias & antiquitates rerum:non iſta fuerunt. Sed crimen ciuile
cauſa fuit:ut tot urbes omnino uaſtarent. Tot uacuas urbes:deploratio eſt ſtatus populi romani quo nā
inquit redacti ſumus:nam urbs quæ antea orbis terrarum celeberrima fuit impleri non poteſt. non dico
Romanis: ſed nec ruſticis quidem : nec colluuione omnique genere gentium permixta. Quo:ad quid
Implere muros : ideſt frequentem urbem Romā reddere : Implere agros:ſcilicet agricolis: quia non
ſunt qui agros colant. Vrbs:ſcilicet Roma omnes gentes atque natiores capere poteſt. Iuncto foſſore
ſcilicet cum ciue iuncto ruſtico coluntur agri. Stat tectis putris auitis : & adhuc magnificentia ædium
ſtat : ſed ut minentur ruinam omnes : quippe quæ uacuæ ſunt habitatoribus. In nullos ruitura:Quia
nemo habitat has domos. Nulloque frequentem. Et roma ipſa uacua eſt:& ad eam cladem peruenit:
ut iā ſi uelit ciuile bellū gerere non poſſit. nam deficiētibꝫ ciuibꝫ bellū ciuile geri nō poteſt. Eo:ideſt ad id.

Sed mundi.f.r.Quid ita mirum eſt ſi nulla domus antiqua Romanorum inuenitur:quia iā tunc defe/cerunt omnes:ſed a peregrinis tota roma habitatur:Vt Iuuenalis: Nō poſſum ferre quirites græcam urbē quota portio fecis achiuæ. Fece.i.colluuione quadam gentiū & hominum diſſimilium a romanis illis q rerum domini fuerant. Cladis eius dedimus.i.ad eam cladem redegimus. Cedant feralia.n. cānæ.nemo ſit inquit qui nunc cannas deteſtetur.ut alliā flu.& alia loca ubi cladem romani acceperunt ab Hānibale q̄ do inuentus eſt locus.ubi maiorem cladem romāi accepere.ſ.in phar. Cānæ ap.:eſt uicus apuliæ ubi Hā/nibal quinquaginta milia romanorum cecidit. Et damnata diu.r.nā dies illi nefaſti habebātur ubi bel lum acceperant romani.faſti uero dicebantur in q/bus cū populo romano dicere liceret : nefaſti ꝙ nec fari nec agi cum po. romāo quicq̄ licebat. Ouidius primo faſtorum:illa nefaſtus erit per quem tria uer ba ſilentur.Faſtus erat per quem iur̄ licebat agi. Dā nata gallia:ubi romanos galli ceciderunt:& turpi fu ga tergedare coegerūt. Tēpora ſignauit:roma i fa/ſtis notabat hos dies : & eos nefaſtos & pnitioſos eſ ſe uoluit:ſed hunc diem quo bellum ciuile geſtum eſt in faſtis non notauit quia libēter uellet ut omnes eius memoria aboleretur. Proh triſtia fata:cōque/ritur de his qui tantum cladis intulere romanis : di cit enim quot populi qui cæſi ſunt in cam pis phili/picis renouari potuiſſet:uidelicet peſtilentia:fame: incendio:& terremotu:& qui ubique fuerit in toto orbe terrarum. Morboſque iacentes:uidelicet con tagionem morborum: ideſt eos qui morbo conta/gioſo perierunt. Inſanamque famen:ideſt eos qui fame perierūt: Permiſſaſque ignibus:ideſt qui pe/rierunt incendio. In præceps.l.i. eos qui perierūt terremotu Aera.p. nam aerem peſtiferum infectū dicimus:qui reciproco ſpiritu inficitur:& ipſe peſti lentia implicitus fuerit:morbos gēerat. Plena: ui delicet ciuibus. Tremores:terræmotus terræ:un/diq̄ ex omni r̄gione mundi. Traxit:ſcilicet ad theſ ſaliam. Explicat: extendit : ſcilicet acie ſtructa. Munera lōgi æui: uidelicet genus humanum quod longo tpe natū fuerat. Conſtituit: ideſt inſtruxit cāpis.nam ex multitudine populorum qui in bella ciuilia uenerant pro parte Cæſaris & pompeii:nunc tota occupatur theſalia. Tibi roma ruēti:nam tol/luntur in altum:ut graui lapſu caderet:ſicut ſuperius dixit in ſe magna ruunt. Omne tibi bellum gentes Nunc oſtendit magnitudinem urbis romæ & imperii illius magnitudinem :quæ in hoc ciuili bello fuit : quod ex eo coniici poteſt:ꝙ ad illum bellum undique ex omni orbe terrarum gentes conuenerant. Om ne bellum:ideſt omnes gentes tibi bella ciuilia dederunt. Omnibus:an.pro in ideſt perpetuis:quia om nibus annis omnes gentes populus romanus ſubegit bello:& ſemper uictores fuerunt. Te geminum:o ſtendit quomodo bello ſubactæ ſint gentes omnes a populo romano. In geminum axem: Arcticum & ātarcticum : ideſt in ſeptentrionalem & meridionalem, Haud multum terræ:hoc dicit propter parthos orientales populos:quos nondum populus romanus imperio ſuo ſubegerat:nam parthi craſſum cum e/xercitu ſuo deleuerunt:quod in primo libro Lucanus oſtendit.Vmbraque erraret craſſus inulta. Mul tum ſpacium:ſcilicet ꝙ tu bello ſubigeres. Vt tibi nox curreret : uidelicet ut quicquid ſub curſu ſolis ac lunæ ac cæterorum planetarum circum agitur.id ſub tuo iure eſſet. Nox : occidens. Dies : oriens.

Aether:ideſt ſeptentrionalem plagam:& meridionalem tibi uidere currere. Omniaque errantes : qđ ſpecialiter dixit:nunc ſummatim complectitur. Errantes ſtellæ:ideſt planetæ:uidelicet ſaturnus:iupi/ter:mars:mercurius:ſo:luenus.nam luna eſt ultima planetarum ſignificat omnes plagas habitabiles quas ſignifer circulus ambit.nam ab auſtrali plaga incipiens a qua nunquam ſol recedit per zodiacum cur rens uſque ad ſeptentrionalem arcticum :ad quem nuuquam ferme peruenit ibi eſt torrida zona : il/lic gelida q̄ ĩhabitabilis ē:illa nimio æſtu:hæc frigore:cū ergo dixit. Oīa q̄ errātes ſtellæ rōana uiderēt:ſi gnificat oīa q̄ ſignifer circulus ābit.i.plagas oēs habitabiles luſtrare Ro.:& uidere ſub iure ſuo poſitas &c.

Ciue ſuo romam ſed mundi fece repletam
Cladis eo dedimus:ne tanto in tēpore bellum
Iam poſſit ciuile geri pharſalia tanti
Cauſa mali. cedāt feralia nomina cannæ.
Et damnata diu romanis allia faſtis:
Tempora ſignauit leuiorum roma malorū
Hunc uoluit neſcire diem.proh triſtia bella.
Aera peſtiferum tractu:morboſq̄ fluentes.
Inſanamq̄ famem:permiſſaſq̄ ignibus urbes
Mœniaq̄ in præceps laturos plena tremores.
Hi poſſent explere uiri:quos undiq̄ traxit.
In miſeram fortuna necē:dum munera lōgi
Explicat eripiens æui:populoſq̄ duceſque.
Conſtituit campis:per quos tibi roma ruenti.
Oſtēdat quā magna cadas:quæ latius orbem
Poſſedit.citius per proſpera fata cucurrit
Omne tibi bellū gentes dedit:omnibus annis
Te geminum titan procedere uidit in axem.
Haud multum terræ ſpacium reſtabat eo ꝛ.
Vt tibi nox tibi tota dies tibi curreret æther.
Omnia quæ errantes ſtellæ romana uiderent.

Sed retro tua fata.i.quod omnibus annis a condita urbe uſq ad hanc diē peperas uirtute & armis uno die perdidiſti. Tua fata.ſ.īperii.ſicut Vir.In peius ruere fata ac retro ſub lapſa referri:licet nō protexit qđ tu ātea habueras. Tot fata tulit.ſ.aduerſa.i.fata quæ antea proſpera cedere ſolebāt:nunc aduerſa eſſe coeperunt. Par funeſta dies:quia una dies abſtulit quātū omne æuū dederat. Hac luce cruēta.i.die luctifica effectū eſt ut reges orientis: qui ſub tua poteſtate erant iā tua iura non timeant o roma. Non horreat:nō timeat. Latios faſces:italū īperiū:quia faſces erant inſignia conſulis. Conſul autē ſūmū īperiū gerebat.

Sed retro tua fata tulit:par omnibus annis:
Aemathiæ funeſta dies:hac luce cruenta
Effectum:ut latios non horreat india faſces.
Nec uetitos errare dachas in mœnia ducat:
Sarmaticūque prēat ſuccinctus cōſul aratrū
Quod ſēp ſæuas debet tibi parthia pœnas.
Quod fugiens ciuile nefas:reditura que nūq̄
Libertas.ultra tygrim rhenumque receſſit.
Ac tociens nobis iugulo quæſita uagatur
Germanū ſcythicūque bonū nec rſpicit ultra
Auſonia.uellem populis incognita noſtris.
Vulturis ut primum leuo fundata uolatu
Romulus:infami compleuit mœnia luco:
Vſque ad theſſalicas ſeruiſſes roma ruinas.
De brutis fortuna queror: quid tempora legū
Egimus? aut annos a conſule nomen habētes
Fœlices arabes:mediique eoaque tellus
Quam ſub perpetuis tenuerunt fata tyrānis.

Dachas:populos uergētes germaniā uerſus:& ad hiſtri fōtes quos olim dauos uocatos dicit ſtrabo: ex quo apud athenienſes dauoꝶ & getaꝶ nomina ſeruilia plurimū abundabant. In mœnia:ut iā non deuīcat dachas populus ro. de quibus uictis triūphās eos in mœnia ducat. Vetitos errare:ne quocūq ue lint ducāt exercitū & ſocios populi ro.depopulenť Sarmaticūq premat.ſ.conſul.i.ne conſul ducto limite expeditus ſarmatis finē præſcribat:quē trāſire non audeant:enim mos apud ro.fuit:ut cū gētes & ciuitates debellaſſent rōani:ſuccinctus cōſul aratro ſulcū ducebat:& fīes deuictis populis præſcribebat Succīctus:expeditus. Prēat aratrū.ſ.ut limite ducto fines præſcribat ſarmatis quouſq eos deleuit. Quod ſēper ſæuas.i.ꝙ parthi nondū pœnas dederāt iniuriæ & cladis illius quā ītulerāt occiſo craſſo Debet tibi: quia nondū dederat pœnas.ergo tibi debet. Quod fugiēs ciuile ne. & eſt effectū ut libertas populi romani: nunc ocius italiā deſeruerit:& ī extremas uſq terrarū orbis regiones aufugerit. Ciuile nefas:ꝙ bellū ciuile fugeres: q̄ſi abhominandū nefas. Vltra tigrī rhenūq receſſit.i. armeniā & germaniā:nā per tigrim flu.armeniā ſignificat. per rhenū germaniā. Quæſita.ſ. libertas appo. germanū ſcythicūq bonū.i.libertas:quā totiēs morte ipſa & ſanguine noſtro quæſiuius:effecta eſt ſcythiæ ac germaniæ bonū qđ a nobis diſceſſit. Iugulo.i. morte noſtra:quia libertati mortem poſtponebamus.potius enim liberi eſſe uolebamus q̄ ī ſeruitute uiuere. Scythicum bonū:quia nunc germani & ſcythæ liberi:cū nos ſeruiamus. Nec rſpicit ultra auſo:amař hoc dicebat contra neronem. Vellem populis: uellē inquit iam tum primū deſeruiſſet urbem romā libertas ut nunq̄ poſtea rdiiſſet:cum ab initio urbs roma condita fuit a fratribus Remo & Romulo:nā ſi nunquā liberi fuiſſent ro.æquiori animo nunc ſeruitutem ferrent:ſed ſemel guſtata libertatis dulcedine:uix ſeruitutem nūc tollerare poſſunt. Vt primū.ſ.u.uidelicet q̄ primum inuento aſylo: romulus urbem cōdidit nunquā libertatem urbs roma nouiſſet. Vt primū:pro q̄ primum. Leuo uolatu uulturis: quia condita urbe cum fratres inter ſe certarent Romulus & Remus:uter eorum urbi nomen imponeret:nec enim ætas diſcretionis cauſa fuerat:cum gemelli eſſent. placuit igitur auſpicio cognoſceř uoluntates deorū:utri honor imponendi nomen urbi a diis tribueretur. Romulus igitur.Auentinum montē ad augurandum cœpit:& Remus palatinum.Primū igitur Remo ſex uultures apparuerūt:deinde Romulo.xii. adhuc certamen eſt:nam dum quærunt finem certaminis occaſio:nam cum nomen urbis ad ſe traheret Remus:ꝙ ſibi prius ſex uultures aparuiſſent:& ſibi hoc uſurpabat Romulus:ꝙ quanuis prius illi apparuiſſent: ſibi xii.apparuiſſe aſſeuerabat: Ille igitur tempore ſe potiorem eſſe uolebat:hic uero numero: & ita exortum eſt certamen ꝙ eo uſque proceſſit:ut uictus a Romulo remus a celere tribuno militum percuſſus occideretur. Leuo:ideſt ſiniſtro & infœlici uolatu. Vſque ad theſa. ideſt uſque ad hanc cladem in theſſalia geſtam. De brutis fortuna queror:ꝙ brutus pulſis regibus urbem liberauit:ſed ſatius fuiſſet.ut nunq̄ liberata fuiſſet. Tempora legum egimus:nam libertas legibus gubernabatur:qui in libertate ſunt ſub legibus uiuunt:at uero uui ſub regibꝫ ſunt:non legibus reguntur: ſed uoluntate tyrannorum. Aut ānos a coſule.n.h. nam a conſulibus dinumerabantur tempora apud romanos quotiens aliquod rei geſtæ tēpus ſignare uolebāt a noībꝫ cōſulū oſtēdebāt:ut cōſulibꝫ Papirio & Craſſo hoc geſtū fuit. Fœlices arabes ſcilicet ſūt q.ſēp ſub regibꝫ uixerūt. Medii: populi orientis ſunt qui ſemper ſub rgibus fuerunt quorum rex Ninus primus fuit.deinde pulſis ciuibus tranſlatū eſt regnum in perſidem. Eoaque tellus: ideſt populi orientales qui ſub regibus uixerunt. Perpetuis tyrannis:quia ſemper ſub regibus fuerunt.

Ex populis qui regna tenent: nanq̧ in hoc est deterior conditio noſtra quã ſunt populi qui ſemp ſub regibus fuerũt: ꝙ illi nihil indignũ putarent: quia ſemp aſſueti fuerunt ſub tyrãnis. At uero nos pudet: qa cũ liberi eſſe ſolebamus: nũc in ſeruitute poſitos eſſe. Ferũt. ſubſtinent. Sunt nobis: Nunc epicuream quodãmodo ſententiam ꝓbat: qui dicunt deos non curare humana: ꝑfecto ueꝝ eſt quod dicunt philoſophi. ſ. nullam humanaꝝ reꝝ curam deos habere nam ſi humana reſpicerent nõ paterent̃ tantã indignitatem: ut tyranni ſubigerent gentes & populos. Mentimur regnare iouẽ: falſum eſt ꝙ iuppiter regnet ſiue quis alius deus.

Ex populis qui regna ferũt ſors ultima nr̃a eſt
Quos ſeruire pudet: ſunt nobis nulla ꝑfecto
Numina: cum cæco rapiantur ſæcula caſu.
Mentimur regnare iouem: ſpectabit ab alto.
Aethere theſſalicas teneat cũ fulmina cædes?
Scilicet ipſe petet pholoen petet ignibus æten.
Immeritæq̧ nemus rhodopes: pinuſq̧ miãtes
Caſus hoc potius feriet caput: aſtra thieſtæ
Intulit: & ſubitis damnauit noctibus argos.
Tot ſimiles fratrũ gladios patrumq̧ gerenti
Theſſaliæ dabit ille diem: mortalia nulli
Sunt curata deo: cladis tamẽ huius habemus
Vindictam: quãtam terris dare numina fas ẽ
Bella pares ſuperiſ facient ciuilia diuos
Fulminibus manes radiiſq̧ ornabit & aſtris
Inq̧ deum templis iurabit roma per umbras
Vt rapido curſu fati ſuprema morantem
Cõſumpſere locum: parua tellure dirempti.
Ind̃ manus ſpectãt uultuſq̧ agnoſcere quærit:

Cũ cũcta rapiant̃ cæco caſu. i. fortuna. Spectabat ab alto aethe. t. cũ. f. qa ſi ueꝝ ẽ ꝙ regnet iuppiter: an ipſe fulmiabit mõtes & acroceraunia: & tyrãnos ſæuos reliquet icolumes? miniẽ? imo puniret illos nec celſa montiũ culmina feriret.

Scilicet ipẽ petet pholoen: certe ſi deus ẽ: de cælo tãget mõtes: & nos cæteros reliquet ĩtactos. Pholoen oethen: Mõtes ſũt theſſaliæ. Nemorhodopes. i. ſiluas thraciæ. nã rhodope mõs ẽ thraciæ. Pinuſq̧ minãtes. i. alta pinꝰ. nã qcqd altũ ẽ: caſũ minat̃

Hoc. p. feriat caput: Ambigue dixit ſed ĩtelligebat caput neronis: cũ caput urbẽ romã diceret: ut roma caput mũdi. Aſtra thieſtæ ĩtulit: Iuppiter fecit ut ſol obſcuraret̃ ne ſceluſ duoꝝ fratꝝ uideret. ſ. Atrei & thieſtis & claꝝ ſolẽ lucer̃ iuſſit: cũ nõ duo fratres ſed totius orbis terraꝝ fratres ſimul ĩ acie romana cõcurrerunt. Intulit aſtra thieſte: Fecit ut Atreus & Thieſtes: dũ inter ſe crudeles eſſent & alteri filios ad epulandũ pararet: medio die aſtra uiderent: nã medio die nox facta ẽ: & obſcurato ſole aſtra apparuerũt. Thieſte alterũ pro utroq̧ fratre poſuit. Et ſubitis noctibus: declarat quod dixit aſtra impulit.

Argos: urbẽ cui dominabant̃ Atreus & Thieſteſ

Tot ſimiles fratrũ: Duobus fratribus denegauit diem iuppiter: & tot fratribus qui ſimul ĩ theſſalia cõcurrerũt lucẽ ſolis cõceſſit: & nõ ſolũ fratres fratribus cõcurrerũt: ſed filii cũ parẽtibus qđ atrocius eſt. Dabit ille diem: ſi uerũ eſt ꝙ iuppiter regnet: ut dicũt. Similes fratres: ſicut fuerũt Atreus & thieſtes. Patrũq̧ gerenti: quia & fratres in fratres filii in parẽtes cõcurrent. Motralia nul. ſunt cur. deo: ꝑfecto ueꝝ ẽ qđ dicũt populi uidelicet deos hũana miniẽ curar̃. Cladis tamen huiꝰ hẽmꝰ: poſt deploratioñe urbis romæ nũc dicit q̃uis dii urbi hãc cladẽ ĩtulerĩt uel certe auctores fuerĩt: ut tãtũ hoĩum piret: & quantum nunquam poſtea refici poterit: ipſi tamen nobis tantas pœnas dederunt: quantas dii hominibꝰ date potuerunt: nam cæſares nnmen eorũ occuparũt. magna quidẽ clades fuit: quãdo effectum eſt ut hac clades cuius ipſi auctores fuerint homines diuinũ numen occupeuerint: atq̧ uſurpauerit. bene ergo dicit ipſos magnã cladem hominibus dediſſe. quandoquidem factũ eſt: ut numen ſuum cũ hominibus cõmunicauerint: nã cæſares in deorum numero habiti ſunt. Quantũ terris: non poſſunt dii maiorem pœnã dare hominibus quam ꝙ numen ſuum cõmunicent, uidelicet diuinitatem. Dare terris: ſi dico do tibi pœnas ſignifico patior: tu mihi das pœnas id eſt pateris. Bella pares ſuperis: bella diis dedere: quia hæc bella fecerunt: ut homines in deorum numero haberentur: & ita uſurparent quod ſuum eſt. Diuos pares: ſcilicet homines ita enim interpetrantur qui ſubtilius uim rerum inueſtigant: nam dii naturaliter dicuntur diui qui ex hominibuſ facti ſunt dii: & diui dicuntur quaſi inter deoſ uiuenteſ. Fulminibus manes: id eſt cæſares: ſicuti etiam factum eſt: nam ſtatua auguſti cæſaris cum fulmine & radiis pingebatur & templa illi uiuenti conſecrata ſunt: ut Oratius nos tibi præſentes meritos largimur honores: Iurandaſq̧ tuum per numen ponimus aras. Iurabit Roma per umbras: ſcilicet hominum quia nihilominus iurabimus per auguſtum cæſarem quam per iouem optimum maximum iurare ſolemus. Vt rapido curſu. Poſt deplorationem reddit ad id quod omiſerat. uidelicet ut pugnam deſcribat: quæ inter cæſarem & pom. in campis philippicis geſta eſt quomodo tandem congreſſi fuerunt: & conſerta pugna cladem intulerĩt: quãtã ſupiuſ cõmẽorauit: deĩde dicit qs ĩcipiẽs: pugnæ auctor extiterit poſtq̃ iqt ĩteruallũ illđ dimẽſi ſũt: qđ erat ĩter duas acies & ita ꝓpĩq fuer̃t: ut iactꝰ teli ab altera ad alterã aciẽ pueĩr poſſet ſteter̃t ĩcerti uel ꝙ ipĩ tela mitterẽt: uel ſpectãtes ũde tela mitteret̃ Cõſumpſere: p. t. l. & interuallũ qđ erat ĩter duas acies.

Parua tellure directi: uidelicet quantum ſpacium ictus teli poſſet tranſire. nam inter pharſalum oppidum enipeumque fluuium manus conſeruere teſte Apiano. Quo: id eſt quem petant. Manum: id eſt cuius manus telum: Inde. uidelicet ab aduerſa parte. Tempus quo noſcere poſſent. hoc tempus quo conſiderabant in quem tela coniicerent: aut in ſe coniicerentur: tempus fuit quantum pietatis & ſceleris miſerint: nam quiſque plane uidit in quos tela ſua coniicerent. uidelicet frater in fratrem: filii contra parentes: & patres contra filios: nouerunt dii ut ignari eſſent ſceleris ipſorum ut hoc & maius ſcelus cõmitterent: ꝙ non ignari hoc facerent. Quæ monſtra: nam monſtri loco habendum eſt. ut fratrem frater filius patrem occidat. Frontibus aduerſa uidere: id eſt oppoſitis ex directo. Nec libuit mutare locum: id eſt adeo obſtinate bella ciuilia gerebant ut locum mutare noluerint: ſed in loco ubi conſtiterant aduerſi fratres fratribus: & filii parentibus cõſtitere. Tamen omnia torpor: & quamuis nõ mutauerint locum tamen tanta uis fuit charitatis: ꝗ inter patres & filios eſt ut quodammodo manus torpuerint: nec poſſent: aut hinc: aut ĩde bellum cõiicere. ſubit recordatio ueteris affinitatis atꝗ amicitiæ quam multa ut inquit Apianus: & præclara pro dignitate & gloriam inuicem egiſſent: nũc autem gladiis armiſque contenderent: omnes quoque ſub illis militantes ad ſimile bellorum facinus adducerent: qui eiuſdem eſſent charitatis: ciues ſimul cognati amiciꝗ nonnulli fratres utraꝗ ẽt ex parte lachrymas emiſiſſe referũt: Torpor: languor. Percuſſa pietate: quia pietas quæ inter ſanguine cõiunctos eſſe ſolet percuſſit uiſcera utriuſꝗ aciei. Gelidus: id eſt gelatus: nam ſanguis gelatus frigeſcit: cũ aliquid contra naturam cogitamus: ut frater fratrẽ occidat. Pila. parata: ut iam iam eſſent inuicem pugnaturi. Dii tibi nõ mortem: nunc deteſtatur illum qui prius telum contorſit in aduerſam partẽ cui nomẽ craſtinus fuit: nam cum ita conſtitiſſent incerti quid facerent: & pietate moti langueſcerent Ita locutus eſt craſtinus. Aut ego moriar o cæ. aut egregium facinus edam: & ita occidit illum quem petiit: tum ſimul effuſo ſanguine omnes cõcurrerunt deteſtatur ergo illum: & illi malum impræcatur. Dii tibi: nollem, inquit: ut dii mortis pœnas tibi darent: ſed ſenſum permitterent: ut intelligere poſſes quantum piaculi commiſceris. Cunctis pœna: quia mors eſt cõmunis omnium pœna. Poſt fata: id eſt poſt mortem. Tinxit: madefecit. O præceps rabies: Perſiſtit in deteſtatione ſceleris eius dicit enim quantus fuit furor huius craſtini: immo rabies cum cæſar a pugna ſe contineret: tamen hic prius auſus eſt pugnam conſerere. Præceps ra.: id eſt temeraria & inconſiderata. Tela teneret: in ſe a pugna abſtineret. Tunc ſtridulus aer: poſtquam cruor emanauit tũ uero claſſica & cornua cecinerũt: & ſignũ pugnæ dederũt: tãtus deĩde clamor ſubſecurus ẽ: ꝗtũ nũquã a natura auditꝰ fuerat & tãtũ uicini mõtes clamorẽ ꝛddebãt ut ſuo ipſoꝝ clamorꝭ terrerẽt. Tũ: deĩde. ſ. ꝓfuſo ſãguĩe. Stridulus aer: qa ſonus nil aliud ẽ: niſi aer unde philoſophi cũ deſignãt uocẽ ſic diffiniũt. Vox eſt aer tenuiſſimus ictus qa a pulmõe trahit deĩde cũ emittit tenuiſſimꝰ ẽ. At uero cũ de ſono aer ĩ cornibꝰ efficit ẽ alia ratio: nõ. n. ad pulmonẽ trahit. Lituus ẽ tuba incurua ꝗ nũc etiã utunt. Cœptaꝗ claſſica cornu: hoc dicit qa claſſica ſũt oĩa inſtrumẽta: qbus belli ſignũ dat. Tũ: demũ. Tubæ: & ĩcuruæ tubæ ꝗs ſignificauit cũ dixit lituus & tubæ: recte ꝗs ſignificauit cũ dixit claſſica cornu dedere ſigna belli. Tamẽ. ſ. uiſo ſemel cruor. Aethera. i. ad æthera. Extremiꝗ fragor cõuexa. i. ãtra: ſed poſſumꝰ dicer eẽ tãtologiã: ut olympũ ĩtelligat cælũ: uel epexegeſis ſit. Que: ꝓ. i. Cõuexa: ſuppma cæli. Quo: ad quẽ. Nulla to. d. qa olympꝰ ẽ mõs dicit clamorẽ uſꝗ ad olympũ pueĩſſe: cũ tamẽ eo nubeſ pueĩi nõ poſſit. Procul. n. qa eo nubes pueĩre nõ poſſũt: & ita notatũ ẽ a philoſophis: nã ĩ ſũmo mõtis olympi cinerẽ ſtrauerãt: litteraſꝗ & ꝗſdã figuras depixerãt: & pfecto ãno redeũtes litteras inuenerũt adhuc ĩ cinere deſignatas: ex quo deprehẽderũt nec nubes: nec uẽtos ad cacũina illius mõtis puenire. Hæmus excepit clamorẽ: naturale ẽ ut ſi clamor fieret & ſonus iuxta mõtes: illi pcuſſi uoce uocẽ reddãt pp eccho. Peliaciſꝗ. d. i. g. c. qa uox & clamor repcuſſit hæmũ: & hæmus peliũ reſonare fecit: ergo qa hæmus pcuſſit pelium: & uox repercuſſit hæmũ

Quo ſua pila cadãt aut quã ſibi fata minẽtur
Inde manuũ expectãt tẽpus quo noſcer poſſit
Facturi quæ mõſtra forent: uidere parentes.
Frontibus aduerſis: fraternaꝗ cõminus arma
Nec libuit mutare locũ. tamen omnia topor
Pectora cõſtrinxit: gelidusꝗ in uiſcera ſãguis
Perculſa pietate coit: totæꝗ cohortes.
Pila parata diu tenſis tenuere lacertis.
Dii tibi non mortẽ quæ cũctis pœna paratur
Sed ſenſum poſt fata tuæ dẽt craſtinæ morti
Cuius torta manu commiſit lancea bellum.
Primaꝗ theſſaliam romano ſanguine tinxit.
O præceps rabies cum cæſar tela teneret
Inuenta ẽ prior ulla mãus? tũc ſtridulus aer
Eliſus lituis conceptaꝗ claſſica cornu.
Tunc auſæ dare ſigna tubæ: tunc æthera tẽdit
Extremiꝗ fragor conuexa irrupit olympi.
Vnde procul nubes quo nulla tonitrua durãt
Excepit reſonis clamorem uallibus hæmus
Pelliaciſque dedit rurſus geminare cauernis

ideo dixit geminare ſcilicet clamorem Peliacis cauernis:id eſt pelio concauo qui mons haud inde pro/cul fuit. Pindus agit gemitus:hi ſunt omnes theſſaliæ montes. Reſultant:reſonant omnes. Etheæ quegemunt rupes: othrys eſt etiam mons theſſaliæ. Voceſq́ꝫ furoris Expauere:& romani ſuo ipſorum clamore territi ſunt. Relatas: redditas. Innumerum miſſile:pro innumerabilia tela miſſilia ſingula/ris pro plurali. Optant uulnera:id eſt uulnerare illum quem telu m miſerit. Pars terræ figere tela:alii uero pietate moti cupiebant ſuū telū irritum mittere. Puras:id eſt immaculatas. Rapit oīa caſus: q̄uis ita cuperēt alii uulnerare:alii uero nō tamen erat ſi cuti ipſi uolebāt. Atq́ꝫ icerta facit quos uult.i.facit fortūa ut tela uulnerēt ꝑ arbitrio ſuo. Sed quo/ta pars cladis:quamuis tela miſerit uno concurſu: tamen parua fuit pars quæ eminus pugnauerit:plu res cominus gladiis pugnabant:quam eminus ha/ſtis. Solus ciuilibus enſis:ſcilicet quia pugnabant cominus:ut hæret pede pes ꝑ pedi pes. Pompe ii denſis acies:deſcribitqua arte pompeiani uſi fue rint aduerſus cæſareos.dicit enim ipſos teſtudinem feciſſe.eſt enim militaris artif:cum hoſtes uiderint nimium inſtare telis & ſcutis in unum quandam quaſi teſtudinem imittetur: ut nulla parte tela ad militum corpora trāſire poſſint:Apianus dicit pha langem in medio rexiſſe ſcipionem pompeii: ſoce/rum in ſiniſtro cornu domitium :in dextro.Lentu lum conſtitiſſe.Afranium ac pompeium exercituſ curæ præfuiſſe.Cæſari uero duces affuiſſe ſyllā an tonium & Domitium.Cæſarem ipſum ut aſſeue/rat legioni decimæ præſediſſe. Denſis cateruis: id eſt in unum conſertis. In ſeriem: in ordinem.

Pindus agit gemitus.pāgeaque ſaxa reſultāt.
Aetheæque rupes gemunt:uoceſq́ꝫ furoris
Expauere ſui tota tellure relatas.
Spargitur in nunerū diuerſis miſſille uotis
Vulnera pars optat:pars terræ figere tela:
Ac puras ſeruare manus:rapit omnia caſus
Atque icerta facit quos uult fortuna nocentes
Sed quota pars cladis iaculis terræque uolēti:
Exacta eſt odiis ſolus ciuilibus enſis.
Sufficit:& dextſas romana in uiſera ducit
Pompei denſis acies ſtipata cateruis
Iunxerat in ſeriem nexis umbonibus arma:
Vixque habitura locū dextras.ac tela mouēdi
Conſtiterat:gladiosque ſuos cōpreſa tenebat
P ræcipiti curſu ueſanum cæſaris agmen
In denſoſ agitur cuneos:pque arma per hoſtē
Q uærit iter:qua torta graues lorca cathenas
Opponit tutoque latet ſub tegmine pectus
Hac quoque puētū ē ad uiſcera totq́ꝫ p arma
Extremū eſt:quod quiſque ferit ciuilia bella
Vna acies patitur:gerit altera frigidus inde
Stat gladius calet omne nocēſ a cæſare ferrū
Nec fortuna diu rerum tot pondera uertens
Abſtulit igentes facto torrente ruinas.

Iunxerat arma: Arma proprie de ſcutis dicuntur eo quod armos tegunt. Nexis umbonibus:par/tem pro toto poſuit.Vmbo eſt pars dimidia ſcuti dicitur umbo quaſ umbiliculuſ ſcuti. Vixque ha bitura locum.adeo īquit denſatæ erāt acies: ut uix tantum interualli inter eos eſſet: quo tela mittere poſſēt immo dum hoſtem uulnerare uellent me/tuebant ne ſe ipſos uulnerarent. Præcipiti curſu: At cæſarei milites toto impetu ferebantur in pom peianos Veſanum agmen: non ſanum & fures ſicut uecordē dicimus ſine corde. In denſos agitur cuneos:in conſertos ordines pompeii.Cuneus ꝓ/prie eſt acies in cunei modum ſtructa: nam cuneus eſt lignum illud quo utuntur agricolæ ad ſcinden/da ligna in anteriori quidem parte tendit in acutum:in poſteriori uero parte in obtuſum.Eodem modo ſolent duces ſtruere ordines ſuos: qunm præcipue circundati ab hoſtibus:erumpere uelint.Sed cuneus aliquando accipitur ꝑ unoquoque militum ordine ut hoc loco. Perque arma:uidelicet ut arma pene trent telis ſimul cum ordine ea parte qua. Torta graues lorica cathenas op.hyppallage eſt id eſt qua par te grauis lorica opponit tortas cathenas ſignificat plurimum ponderis habuiſſe:quia quanto grauior erat tanto ualidior aduerſus ictus telorum:& eſt deſcriptio loricæ:nam lorica conſtat ex tortis cathenis:cathe nas autem tortas hamos dixit quibus lorica ipſa nectitur. Sub tegmīe:ſcilicet loricæ. Per arma:per hāc loricam. Extremum eſt:uidelicet uſque ad extremum corporis tela pungebant:& non erat opus itera/re uulnus ictum:quia letales uulnus ſtatim inferebant. Ciuilia bella.u.a.p.eo redacta res erat:ut a pom/peianis nihil aliud fieret:niſi ꝙ uulnerabantur omnes:a cæſareis autem bellum gerebatur. illi uulnera/bātur:hi uero uulnerabant. Inde:ſcilicet a pompeianis. Stat glacies:quia non tingitur calido ſangui/ne Calet omne nocens: quia milites cæſaris nec parentibus:nec fratribus:nec filiis parcebant:ergo no/cens. Nec fortuna diu ſcilicet diſtulit inclinare uictoriam ad cæſarem. Abſtulit:.i.pdiſtulit. Tot pō/dera uertens: Nō lōgo tēpore uarias ut mō hic mō ille uiceret. Fato torrēte.i.ꝑperāte ī torrētis modū.

Vt primū toto deduxit cor.cam.Nūc dicit quō pugnandū cēſuerit pom.poſtq̄ uidit teſtudinē illam nō obſiſtere hoſtibus quominus multi ex ſuis perirent.dicit enim fretus multitudine militum pompeius: ſicut etiā cū adhortaretur milites ſuos ad pugnā:ut ſuperius dixerat. Nōne ſuperfuſū collectum cornibus hoſtē in mediū dabimus.&cætera.Memor ergo cœpit acies in hoſtē ſtruere:& iuſſit eqtibus q ī cornibus aciei conſtiterāt q̄dā q̄ſi agmina ut extēderēt aciē:& a tergo circūuenirent hoſtes.Sed cæ.q rei militaris periti ſſimus erat:idq̄ & cogitabat futurū:patos hēbat quoſdā milites ex totius robor̄:quos eregiōe miſit & trāſuerſo:ut uniuerſā pom.aciē ꝓrūpent. oēs autē equites ex acie ro.laſciui iuuenes atq̄ comātes erāt precepitq̄ militibus ſuis cæ.ut in hyſtoria continet̄ ut per galeas iuuenū enſes ponerēt:quod cū illi uidiſſent facies ſuas deformari:ſtatī terga dederūt.de īde pugna ſuſtineri nō potuit. Vt primū.q̄ primū toto cāpo:id eſt ſpacio ubi pugnabāt. Deduxit.ī diuerſas partes duxit:ut cingeret hoſtē pōpeianus eques. Cornua.i.alas quæ ī cornibus cōſtiterant. Fudit.ſ.cornua. Per ultima belli.i.extrema ſcilicet a tergo hoſtiū. Leuis armatura.ſ.pōpeiana. Sparſa per ex.ma..i.quæ in cornua erat. Leuis ar.ſ.equites q cornua extendebāt ſecuti ſunt & pedites. Immittit.ſ.a tergo hoſtiū illic. Quæq̄ ſuo: cum ita utriq̄ cornua porrecta eēnt:tū iuſſu pom. dicit tela undiq̄ miſſa fuiſſe:tū leuis armaturæ milites ſecuti erāt eqtes:& oē genus teloꝝ miſſū eſſe: ſed ꝑcipue eſſe ſagittarios ex omni natione barbarorum:q ſagittas nō in hoſtē dirigere uolebāt:ſed ī aerem:& tam denſæ erant ſagittæ:ut q̄ſi q̄dam nubeſ cælū tegerent & umbram facerēt:ne radii ſolis penetrare poſſent.& quæcunq̄ tela mittebātur:ad id mittebantur ut romani occiderent̄. Quæq̄ gēs: ſiue parthia ſiue armenia ſiue pōtica:nā eædē natōnes utunt̄ ſagittis: Cūctis.i.a cunctis telis eorum.

Vt primum toto deduxit cornua campo
Pompeianus eques:belliq̄ per ultima fudit.
Sparſa ꝑ extremos leuis armatura maniplos
In equitur:ſæuaſq̄ manus immittit in hoſtē.
Illic quæq̄ ſuo miſcet gens prælia telo.
Romanus cunctis petitur cruor inde ſagittæ
Inde faces:& ſaxa uolant ſpacioq̄ ſolutæ
Aeris & calido liquefactæ pondere glandes:
Tunc & iturei:mediq̄ arabeſq̄ ſoluto
Arcu turba minax:nuſq̄ rexere ſagittas
Sed petitur ſolus qui campis imminet æther:
Inde cadunt mortes:ſceleris ſed crimine nullo
Externū maculāt chalybē ſtetit omne coactū
Circa pilas nefas:ferro ſubtexitur æther.
Noxq̄ ſup campos teli conſerta pependit.
Cum cæſar metuēs ne frōs ſibi pría labaret

Inde.ab his gētibus quæ cum pom.erāt. Spacioq̄ ſolutæ a.glandes etiā mittebant̄ a leuis armaturæ militibus:quæ cū magno īpetu ferrētur in aerē:ſuo ipſarum gladium quæ plūbeæ erāt impetu:calebant & calefactæ liqueſcebāt. Spacio aeris:quia dūꝑ inane cæli uolarent impetu ſuo calefactæ reſoluebātur hoc dicit quia depulſis pōpeii militibus cæſaris equites peditatū omnem inuadunt circūdantq̄ teſte Apiano qui prius ab illis circundari timuerat: quod aīaduertens pompeius peditibus edixit:ne ſe in eos uertant:neq̄ a phalange longius excurrant:aut telis cominus utantur uerum eminus diſtantes iaculis e manu miſſis inſurgentes repellant hoſtes. Tum uidelicet poſtquā circumuenire cæſaream aciem uiſi ſunt pompeiani. Iturei.i.pthi. nā Iture ciuitas ē pthorum. Iturei & arabes montanā regionem habent malefici omnes:qui uero campos habent agriculturam exercent.Sunt iturei ut refert Strabo li.xvi.non longe a macra campo:In quo Poſſidonius ſcribit uiſum fuiſſe ſerpentem mortuum iugeri longitudine:Craſſitudine tanta ut equites ex utraq̄ parte aſtantes ſe inuicē tueri non poſſent.Hiatu autem tanto ut hominem equo inſidentem reciperet exuuiarum ſquamā:quā licet clypeo maiorem. Medi:populi qui ualidos uicinos habent armenios & pthos a qbus ſæpe aliquid circūcidunt̄:reſiſtūt tamē & ablata recupāt queādmodū Simbacē ab armeniis recepūt:& ut Strabo li.xi. refert hoc medoꝝ ē quāq̄ nō oīum:ſed mōtanoꝝ eū ī regē eligere q foriſſimꝰ ſit illud quoq̄ medoꝝ eſt rges multas uxores hr̄e q mos & ad mōtanos'& ad oēs ꝑmanat.pauciores āt q̄.vii.nō licet.Eodē mō ꝑditū eſt:mulieres ſibi exiſtiare:ut uiros hēant q̄ plurimos:pauciores q̄nq̄ calamitatē ducere. Arabes orietis populi quos ſubegerat pō.appo.turba minax. Nuſq̄.r.ſa.ad nullū locū direxere ſagittas ſed ī aerē. Rexere.ꝑ direxere. Petit̄ īplet̄.ſ.ſagittis. Inde cadūt mortes.& ab aere ſagittæ cadebāt q̄ mortē imitabātur & iferebāt. Sceleris ſed crimīe nullo.uidelicet ꝑ hyroniā:qa tātūmō cadebāt tela iter leuiſ armaturæ milites:nā tuti erāt barbari & armati:ut eoꝝ corpora uulnerari nō poſſit.At uero romāi tela gerēreſ nullo loco tecti erāt:iō ſagittis ihuiuſmōi figebant̄. Circa pila.i.circa romāos: Ferro:ferratis telis. Noxq̄ ſup cāpos.& dēſata tela noctē ī cāpis īduxerūt. Tūc cæ.metuēs.nūc dicit qūo cæſar arte uſus fuerit:& milites quos iā āte ad id ꝑpatos hēbat ex trāſuerſo miſerit ī hoſtes. Frōs ſibi pría labaret.i.ne cornua labarēt & mouerent̄:nā cornua ſūt priæ frōtes aciei:q ī modū cornu ſtruebātur:& qa pōpeiani extēſis cornibꝰ ſuis: iā cornua cæ.circūuenerāt:metuebat cæ.ne cor.ſua ab hoſtibꝰ circūdata ī medio tenerēt̄:iō aciē ex totiꝰ exercitꝰ robor̄ ꝑpatā e regiōe miſit q̄ facile diſſipauit hoſteſ. Obliqs co.ex trāſuerſo mittēdaſ. Poſt ſigna

ne uideri poſſent. Incurſu.i.ob incurſu. In latus belli.i.ĩ latera hoſtiũ. Nõ motis cornibus: Quia cornua nondũ circũuenta erãt ſed adhuc integra manebãt. Immemores pugnæ.n.p.ti.& ſimul atqꝫ illi ex trãſuerſo uenerunt pompeiani milites: uidelicet barbari ſtatim in fugam cõuerſi ſunt ut exẽplũ omnibus facerẽt nõ poſſe ciuilia bella recte huiuſmõi gẽtibꝯ cõmitti: nec enĩ ipſi uolũt morte ſua alteꝝ uictorẽ fieri Nã ſocioꝝ copiæ ut Api.inqt: ueluti certamis huius ſpectatores qdã acieꝝ ordĩe formidĩe metuqꝫ repleuerãt: cũ ſiniſtra pompeii acies hoſtibꝯ cedere: & iã moueri ĩplicariqꝫ cœpiſſet: ĩ fugã uerſi nullo ordĩe clamare cepunt: ſupati ſumus.deĩde tabernacula eoꝝ ac caſtra ueluti aliena inuadẽtes diripiẽteſqꝫ quocũque licuit uarie diſpgebant̃ uiderũt.n. multitudinẽ uulneribꝯ: nec uario belli ope ſtrepere: audiuerãt que tot ĩter ſe pugnãtibꝯ fremitꝯ & ſuſpiria omni ex pte reſonari.nõ.n.unica uox: aut heiulatꝯ moriẽtiũ ĩ tã ĩmẽſa phalãge audiebat̃. Fecer̃ palã.i. manifeſtũ. Immemores pugnæ: qa ſtatĩ fuger̃. Ciuilia bella nõ bene bar.nã exẽplũ oĩbꝯ dedere nõ cõmitti bella ciuilia barbaris. Pudor̃: qa nõ puduit eos timere: nec mori malũt q̃ fugere. At uero romãos puduit timere: & mori potiꝯ uoluerũt ĩ eo ĩ quo cõſtiterãt loco: q̃ fugere. Pudore timẽdi: ut timidi fugerẽt. Vt primũ ſonipes: ꝓſeqt̃ dicere quõ eqtibus uiriſqꝫ fuſis ſtatĩ põpeianoꝝ ſecuta ẽ ĩnumerabilis cædes. Sonipes: equus a ſonitu pedũ. Tranſfixus pectora: qa ĩ ipſa corpa equoꝝ tela mittebãt. Regẽtis effuſi.i.eqtis ꝓni & ĩ caput labẽtis. Ceſſit cãpis: e cãpis diſceſſit. Glomerataqꝫ pubes: nã eqtes erãt ex nobilitate romana. In ſua conuerſis: qa cõuerſi ab hoſtibꝯ ĩ ſuã aciẽ ruebãt cæci. Præceps.i.ĩconſiderato curſu quodãmõ. Perdidit ĩde modũ cædes: pder̃ modũ nil aliud ẽ: q̃ ſine mõ.i.mẽſura & ſine geri. Ac nulla ſecuta ẽ pu.nã pugna dr̃ cũ utrĩqꝫ certat̃ nũc uero põpeiani tãtũmodo cædebantur & cæſarei milites occidebãt eos: nõ igit̃ pugna: ſed cædes dici debuit. Hinc a pom. Hinc a cæ. Nec ualet hæc acies: uix ſufficer̃ poterãt cæſariani milites ad cædẽ põpeianoꝝ: ex quo ſignificat ĩnumerabilẽ eoꝝ multitudinẽ fuiſſe. Proſterner̃.i.tantũ occidere. Vt pharſalia: nunc ĩpræcat̃ poeta deos: ut hac pugna barbari tantũmõ peant: & ro.ciues ſupſtites ſint q rẽpu.renouar̃ poſſint: uel ſi diis placet: ut ro.peant: barbari ſaltẽ uiuãt: q̃ poſtea facti ciues urbẽ romã cõplere poſſit. Barbara.ſ.p.i. effũdit̃ a corporibus barbaroꝝ. Nõ alio ſan.ſ.q̃ barbaroꝝ. Hic numerus.ſ.externoꝝ. Oſſibꝯ.ſ.reſolutorum corporũ

In curſu.tenet obliquas poſt ſigna cohortes.
Inqꝫ latus belli qua ſe uagus hoſtis agebat
Emittit ſubitum non motis cornibus agmen
Immemores pugnæ nulloqꝫ pudore timendi
Præcipites: fecere palam. ciuilia bella
Non bene barbaricis unquã cõmiſſa cateruis
Vt primum ſomnipes traſſixus pectora ferro
In caput effuſi calcauit membra regentis
Omĩs eques ceſſit campis: glomerataqꝫ pubes
In ſua cõuerſis præceps ruit agmina frenis
Perdidit inde modum cædes: & nulla ſecuta ẽ
Pugna: ſed hĩc iugulis hinc ferro belli gerũt̃
Nec ualet hæc acies tantum ꝓſternere: q̃tum
Inde perire poteſt: utinam pharſalia campis.
Sufficiat cruor iſte tuis: quem barbara fũdunt
Pectora: non alio mutentur ſanguine fontes
Hic numerus totos tibi ueſtiat oſſibus agros
Aut ſi romano compleri ſanguine mauis.
Iſtis parce precor. uiuant galathæqꝫ ſyrique.
Cappadoces galliqꝫ extremiqꝫ orbis hiberi.
Armenii cilices: nam poſt ciuilia bella
Hic populus romanus erit: ſemel ortus ĩ oẽs
It timor: & fatis eſt datus pro cæſare curſus:

Iſtis: externis. Galathæ: populi ut Apianus refert oriẽtales.galathæ cum deiotaro tetrarcha uenerant Paphlagonibus itaqꝫ ad auſtrũ ſunt galathæ: quorum gẽtes tres ſunt: ut inquit Strabo: duæ Trogini & Toliſtobogi a ducibus nominatæ: Tertia a gẽte: quæ: in celtica ẽ.Tectoſages hãc regionẽ poſt multos errores & multas excurſiones: in loca attalicis regibus & Bithynis ſubdita galathæ occupauerũt: donec eã q̃ nunc galatia ẽ: & gallogræcia dr̃ ab illis nõ ĩuitis acceperũt.Dux trãſitꝯ ĩ aſiã uidet̃ fuiſſe.Leonorius haꝝ triũ gẽtiũ q̃ unius ſũt lĩguæ & ĩ re nulla diſcrepãt: q unãquãqꝫ ĩ ptes.iiii.diuiſere unãquãqꝫ tetrarchiã uocauer̃t: q̃ ꝓpriũ tetrarchã hẽbãt teſte Stra.li.xii. Syri: de ſyria populi. Cappadoces: populi ſũt q cũ Ariarathe rege uenerãt teſte Api.hic primꝯ cappadocũ rex noĩatus ẽ ut li.xii.refert Stra.o cappadocia ĩ duas ptes a perſis diuiſã fuiſſe dicit: & hi maiorẽ cappadociã q̃ & tauꝝ uerſus ẽ ꝓprie cappadociã noĩaurũt alteram põtum quidã eã q̃ potũ uerſus eſt cappadociam uocauere.nos autẽ maioris cappadociæ ordinẽ nunc ignoramuſ Hiberi: orbis extremi.nã hiberes alii ſunt populi: ſed hiberi.i.hiſpani.nã hiberia hiſpania eſt. Armeni: indiæ populi. Cilices: populi aſiæ quos deuicit pom.q pyrratæ fuerunt: & quos nunc turcos appellant. Nã.p.c.b.iõ p̃cor ut oẽs iſti barbari uiuãt.qa finitis ciuilibꝯ bellis hi ro.ciues facti urbẽ ro. ciuibꝯ uiduatã ĩplebũt. Semel or.ĩ o.poſtq̃ ĩpcatõem poeta fecit reddit ad id: qđ omiſerat uidelicet ut pugnã deſcribat: poſtquam inquit timere cœperunt pompeiani: timor ille p oẽm aciẽ illoꝝ puagatus ẽ: & ad oẽs puenit: ut ſibi unuſqſqꝫ cõſuleret.uidelicet ſe ĩ fugã cõuerter̃. Fatis.i.fata ĩpleta ſũt ĩ fauorẽ cæ.ut uictoriã obtineret.

Vẽtũ erat ad robur magni mediaſq; cateruaſ
Quod totos errore uago pſuderat agros.
Conſtitit hic bellum:fortunaq; cæſaris hæſit
Non illic regum auxiliis collecta iuuentus
Bella gerit ferrumq; manus mouere rogatæ
Ille locus fratres habuit:locus ille parentes
Hic furor:hic rabies:hic ſũt tua crimĩa cæſar
Hãc fuge mens ꝑtem belli. tenebriſq; relique
Nullaque tantorũ diſcat me uate malorum
Quam multũ liceat bellis ciuilibus ætas.
Ah potiꝰ pereãt lachrymæ: pereãtq; querelæ
Quicquid in hac acie geſſiſti roma tacebo.
Hic cæſar rabies populi: ſtimuluſque furoris
Ne qua parte ſui pereat ſcelus agmina circum
It uagus atque ignes animus flagrãtibꝰ addit
Inſpicit & gladios qui toto ſanguine madent.
Qui niteant primo tantum mucrone cruẽti
Quæ prẽſo tremẽt ẽſe manꝰ:qs lãguida tela
Quis cõtenta ferat:quis præſtet bella iubẽti
Quẽ pugnare iuuet:quis uultũ ciue perẽpto
Mutet:obit latis proiecta cadauera campis
Vulnera multorum totum fuſura cruorem
Oppoſita premit ipſe manu:quacũque uagatᷣ
Sanguineum ueluti quatiens bellona flagelũ
Biſtonas aut mauors agitans:ſi uerbere ſæuo

Ventũ erat ad robur:Venerãt inqͭt ad cohortẽ ꝓtoriã ubi robur pom.erat ubi.n. conſtiterãt ſenatores circa ducẽ:& ibi pauliſp.qa robuſtiores erãt:ſubſtitit pugna cæ.nec uictoria tã celeriter ſubſecuta eſt. Ad robur.i.ad robuſtiores pom.milites. Mediaſq; cateruas.i.q̃ in medio acie cõſtiterãt:nã mediam aciẽ ua/lidis militibꝰ firmare ſolebãt ubi & ĩperator exercitus locũ delegebat. Terrore uago.ſ.cũ diſpſi ſunt ab equitibus. Cõſtitit hic bellũ:Firmata eſt uictoria cæ.hic etiã aliq̃diu retẽtus eſt ab impetu tuo. Fortũa.ſ. ꝓſpera. Hæſit:ſtetit nõ ſecuta eſt pom. Non illic.reddit rationẽ quãobrem uictoria cæ.ſubſtitit: non enĩ hic cõſtiterant barbari. ſed romani & ſenatores ipſi qui gladiis cominus pugnabãt aduerſus hoſtẽ. Illic.i.in robore illo aciei. Regũ auxiliis: non auxiliarii milites a barbaroꝝ regibus miſſi gerunt bella illic. Quæ:ꝓ ſed. Manus togatæ.i. toga/toꝝ romanoꝝ. Mouere ferrum.i. dimicauerũt. Fratres.i.cæſaris milites: qa milites fratres romani:partim cũ cæ.ꝑtim cũ pom. dimicabãt. Locus ille.p.ſcilicet filios ab una parte: petens ab alia hũit Hic furor:ubi fratres fratribꝰ:& filii parẽtibus bella miſcuerũt. Hic:in hoc loco ſcelus tantum fuit o cæ.& tua cã fratres fratrũ ſanguine polluti ſunt & filii parẽtũ:& e cõtra. Hãc fuge mens.p.b.Allo/quitᷣ ſe ipſũ poeta.O mea mens inqͭt refuge hãc ꝑtẽ pugnæ deſcribere:neq; eni ꝓ nimia ĩpietate poſſum tantũ nefas exprimere. Tenebriſq; reliq̃.i. tacitã ꝓternũttã. Nulla ætas.ſ. poſteroꝝ. Quã: ꝓ q̃tũ Liceat multũ:benedixit liceat:nõ deceat: nã nõ eẽ quod licet:decet:licebat fratri fratrẽ:patri filiũ filio patrẽ iurare:ſed tamẽ nõ decebat. Ah peãt potius lachrimæ:Quas auditores effundẽt:nã ſi ego hanc crudelitatẽ & impietatẽ nõ deſcribam:nulla cõmi/ſeratione legẽtes mouebũtur animi. Quicqd i.h. a.ro.i. qcquid ſceleris & ĩpietatis ꝓfeciſti. Hic cæ. rabies:& ubi cæ.uidit pauliſp cõſtitiſſe pugnã: nec ſuos ſicuti cœpetãt ꝑgere:icœpit ipſe circuire ſuos: & quacũq; ꝑte uidebat timere militum aĩos eos ad hortabatᷣ:& ſi quẽ uidiſſet ſtrẽnue hoſtẽ occidere: laudabat eũ ſin aũt ſegniter pugnare: uituperabat. Hic:in hoc loco. Cæ.Appo.rabies. Stim. irritamentũ ſuoꝝ. Parte ſui.p.i.ĩ aliqua ꝑte ſuoꝝ. Pe/reat ſcelus.i.ut a ſe ipſo ſcelus cõpleatᷣ. Agmina cir/cũ:nũc huc nũc illuc Atq; ignes: incitatis ipſis ꝑ ſe aĩs addebat & ſtimulos. Ignes:Irritamẽta qui ni/teãt primo aſpiciebat gladios ĩ manibus illorũ & q toti erãt ſanguine perſuſi illos laudabat:& qui mucrone tantum tincti erãt hos increpabat. Primo mucrone:prima acie. Quæ preſſo tremat:nam alii trementibus manibus hoſtem feriebant. Alii autẽ audacter & uehementius pugnam gerebant:nam cũ ciuis in ciuem:aut frater in fratrẽ:filius in patrem fi geret telum pietate pectora concuſſa tremorem manibus inducebant:non enim tantum nefas animi ſu/ſtinebant. Preſſo ſcilicet:in corpora ſuorum. Languida tela:prona & prope manibus cadentia. Con torta:Directa tela. Iubentis:ſcilicet ipſi cæſari:cum iuberet:& hortaretur milites in hoſtem conſpicie/bat quis nam imperio ſuo pareret:ẽt quis & torperet. Quis uultum.c.p.m.quia cum ciuis ciuem occi/diſſet:deinde pœnitentia ductus:toto uultu pallore perfuſus:oſtendebat pœnitere. Obit: circuit. La/tis cam.ideſt per latos campos. Vulnera multorum:Nunc dicit oppoſitione manuũ cæ.ipſum cõpræſ ſiſſe ſanguine multorũ:ut uiuerent tantiſper:quo ad hoſtes uincerent.nam ſi totus cruor effunderetᷣ uitã ducere non poſſent: Quacumque uagatur.cæſarem nunc marti:nunc bellonæ comparat:nõ aliter cæ. ſuos ad bellum incitabat quam mars ſiue bellona incirare ſolet palladem egiferam:hanc etiam deam bel li uoluere poetæ. Sanguineum flagellum:id eſt cruentum utpote belli inſtrumẽtum. Quacumque id eſt per omnem partem pugnæ. Biſtonas:populos thraciæ qui bellicoſi ſunt:& eſt actus græcus: Biſton biſtonos. Sæuo uerbere:id eſt flagello. Currus:id eſt equos currui iunctos:nã non currus:ſed

equi turbabantur uiſa gorgone cuius caput in ægide geſtabatur a pallade:nam ægide clypeo utebatur pal las & iuppiter:ideo ægis iouis ſiue palladis dicitur:quod pelle amaltheæ capræ tectus erat nam egos græ. la.capram ſignificat.nam ſicuti in fabulis legitur uim tanti terroris habebat caput meduſæ:ut ſiquis illud aperte uidiſſet:ſtatim in ſaxum conuertebatur.Nunc dicit quemadmodum bellona:ægide territos pu/ gnantes excitat ad pugnam:& cæſar ſi quis ex ſuis cogitaſſet ſe in fugam uertere:in pugnam conuertebat Aegide palladia:id eſt clypeo palladis in quo caput meduſæ geſtabat. Nox ingens ſcelerum:dicit ibi permixtos fuiſſe uiros: ut non facile diſcernaſ utri pompeani eſſent: utri cæſariani. Nox: id eſt cæci/ tas & ignorantia ſcelerum: Quia non agnoſcebát permixti:neque fratres ex aduerſo pugnantes. ne/ que filios. Inſtar gemitus:quia gemitus ita effun/ debant:ut uoces imittarentur. Pondere lapſi pe ctoris: imitatus eſt homerum hoc loco qui deſcri/ bit cadentem uulnere: ut ipſo cadente arma ſuper eum reſonent. Sonant: reſonant. Cõfractique enſibus enſes:uidelicet enſes enſibus collis reſona/ bant. Ipſe manu:Et ſi forte cæſar uidiſſet e ma/ nibus ſuorum cecidiſſe gladios: ſubminiſtrabat eis:ne interea a pugna deſiſterent. Aduerſoſque iubet:tangit illud quod paulo ante dixi licet multa fingantur a poeta:tamen ſequitur hyſtorima:non tangit id: quod re uera fuit:uidelicet comantium iuuenum uultus: pilis per galeas uulnerari iuſſit cæſar: ſed iuuenes:qui ſunt formæ ſtudioſi ſtatim in fugam conuerſi ſunt. Contundere:concutere. Impellit terga ſuorum :ſi quem uidiſſet fugien/ tem:comprehenſum uertebat in pugnam. Ver/ bere conuerſæ:ſcilic& ſi quem ſegnius pugnantem uidiſſet cuſpidem manu capiens extremitate ha/ eum pulſabat ut ad pugnam excitaret. Ceſſantes: ſcilic& ſegnius pugnantes. In plebem uetat ire manum:Nec uolebat plebeios romanos ferro inua conſiſtere uidebat. Monſtratq; ſenatum:ſcilic& di:ſed ſenatores atque patricios. ibi enim uictoriã ut trucidet ſenatores: imo cæſar auctore Apiano acies diſcurrere & a romanorũ cæde omnes tempe rare iuſſit:ſolum ad ſociorũ manus afferre:uictis de inde propius admoniti intrepidos manere admo nent. Scit cruor ipſe:Scit ipſe quorũ cruore effu/ ſo imperium ſit conſecuturus: uidelicet nobilitate

Palladia ſtimulet turbatos ægide currus
Nox igens ſcelerum & cedes oriũtur.& iſtar
Immenſæ uocis gemitus & pondere lapſi
Pectoris arma ſonãt:confractiq; enſib; enſes
Ipſe manu ſubigit gladios a tela miniſtrat.
Aduerſoſq; iubet ferro contundere uultus
Promouet ipſe acies impellit terga ſuorum
Verbere conuerſæ ceſſantes excitat haſtæ:
In plebem uetat ire manus: mõſtratq; ſenatũ
Scit cruor imperii qui ſit:quæ uiſcera regum
Vnde petat romam:libertas ultima mundi
Q uo ſteterit ferienda loco permixta ſecũdo
Ordine nobilitas:uenerandaq; corpora ferro
Vrgentur:cedunt lepidos:ceduntq; metellos
Coruinoſq; ſimul torquataque nõia regũ
Sæpe duces.ſũmoſque hoĩnũ te magne re͂coto
Illic plebeia cõtectus caſſide uultus
Ignotuſque hoſti:quod ferrum brute tenebas
O decus imperii ſpes o ſuprema ſenatus
Extremũ tanti generis ꝑ ſecula nomen
Ne rue ꝑ medios nimiũ temerarius hoſtes
Nec tibi fatales admoueris ante philippos.
Theſſalia periture tua nil proficit iſtic

cæſa. Vnde.i.a quo cruore. Libertas ultima mundi:& ſcit in qua acie ſenatores conſtituti ſunt uide/ licet in media:quibus cæſis libertas peribit. Libertas:ſcilicet ſenatores in quibus ſpes omnis libertatis poſita erat. Permixta ſcilicet ſuadente & impellente cæſare. Secundo ordine: uidelicet equeſtri: nam primus ordo ſenatoriuſ:eſt ſecundus uero equeſtris:tertius & ultimus plebeius. Cædũt lepidos:nam ibi lepidi coruini.metelli:torquati cæſi fuere. Metellos:qui de gente metellorũ erant. Coruinos:de gẽ te coruina.nam Valerius coruinus poſtquam ſingulari certamine cum gallo pugnauit:auxilio corui eum debellauit. unde a coruo coruinus eſt appellatus appo. Nomina torquata regum: id eſt princi/ pum romanorum: non quod reges fuerunt: ſed principes:nam Torquatus alter fuit:qui occiſo gallo tor quem id eſt monile colli quo ſpoliauit hoſtem collo ſuo impoſuit:& a torque eſt appellatus torquatus:& gens omnis ſuæ familiæ torquata dicta eſt. Duces:declarat nomina illa torquata regum quia ſæpe con ſules fuerunt. Remoto:excepto. Illic plebeia:nam cum uideret iam brutus ad cæſarem inclinatam eſſe uictoriam:cogitabat de occidendo cæſare in acie:ſed res non ceſſit igitur nunc ad ipſum poeta apo/ ſtrophat. Quod ferrum:quaſi dicat laudabile. O decus imperii:hoc dicit quia & brutus non dege/ nerauit a maioribus ſuis:qui exactis regibus:in libertatem patriam reddidere. Extremum tanti gene ris:quia ultimus fuit de genere brutorum qui romæ conſulatum gereret & principatum teneret. Te/ merarius: inconſideratus. Nec tibi fatales: Nec uelis im campis philippicis ante tempus mori.hoc dicit quia poſt occiſum cæſarem:quum Antonius ſuſcepiſſet ultionem occiſi cæſaris & poſt aliquot ãnos cæ/

ſar Octauianus coniunctus eſſet Antonio poſtquam a republica deſciuit & Brutus & Caſſius compatatis exercitibus pro republica & libertate romana aduerſus eum pugnarunt in campis philippicis ubi tandem uictis partibus reipublicæ brutus occiſus eſt. Fatales campos: id eſt fata quæ te in campis philippicis manent ante tempus: Nil proficis iſtic: cogitando mortem cæſaris: ſed res non procedet. Nundum attigit arcem iuris: quia cæſar nundum uenit ad ſummam poteſtatem uidelicet ad dictaturam. Et humanum culmen: declarat quod dixit: id eſt imperium conſulare: quia ſtatim imperium conſulare exceſſit: cum dictator perpetuus factus eſſet. Humanum culmē: id eſt humanum honorem & ciuicam conditionem quo honore cuncta reguntur. uidelicet imperium. Nobile letum: uidelicet nobilis bruti: nam mors nobilis aut ignobilis dicitur pro qualitate occidentis. nam turpe eſt ab ignauo occidi: ſicut decorum eſt a uiro forti. Et ut bruti procumbat: nam ipſe princeps coniurationis fuit: qua cæſar poſtea in ſenatu. quinque & trigita uulneribus confoſſus eſt. Hic: in hoc loco ubi cæſi ſunt ſenatores. Domiti: pro domitii ut urbem pataui pro patauii: ſinæreſis eſt. Quem clades. f. & quamuis bellicoſus eſſet: & magnanimus domitius: tamen ſemper aduerſa fortuna uſus fuit: quia captus a Cæſare illum uita donauit. Fortuna ſuccubuit: Nunquam pompeius aduerſa fortuna oppreſſus eſt qui comitem habuerit Domitium. uictus totiens: Nam uictus fuit in maſſilia & a Cæſare uita donatus. Salua libertate: Hoc ſibi iſtar fœlicitatis fuit: ut liber potius moriretur: quā ſeruus uiueret. Tūc mille uulnera: id eſt qui inter innumerabiles cæſos labitur & ipſe. Secunda uenia. Quia captus a Cæſare donatus eſt uita: deinde ad Pompeium ſe recipiens in bello non ſecudam ueniam expectans pro libertate Romana mori uoluit. Viderat in craſſo uerſantem: Inter patricios & ſtragem ciuium Romanorum apparuit Domitius: qui quamuis infœlix eſſet conſtanter tamē pompeianas partes ſecutus fuerat: quem cum uidiſſet cæſar inter alia cæſorum cadauera nondum ſpiritum emiſerat: ita allocutus eſt ſicuti uidebitis. Cecidere hoc in prælio ab utraque parte: ut Apianus inquit. Italorum quidem non ſociorum copiæ ob multitudinem contemptumque annumerantur: e Cæſaris primum exercitu turmarum ductores ad numerum triginta: armati ducenti: ut alii ſcripſere mille ac ducenti. Ex pompeii uero partibus Senatores decem quorum e numero fuit Lucius Domitius: olim Cæſari in Gallia ſucceſſor deſtinatus: de quo nunc loquitur Lucanus: equeſtris uero ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus: Ex reliquo autē exercitu Aſinius pollio: qui ſub Cæſare militauit: In ea pugna ſex milia ex pompeii ſolum interiiſſe ſcribit. Pompeius militum ſuorum conuerſione perſpecta mente collapſus ab exercitu ſeceſſit. namque in tabernaculum delatus ſine uoce aliquamdiu perſtitit. In craſſo ſanguine: Quia ipſe letali uulnere ſaucius erat. Increpitans: Verbis inſultans. Domiti: Vocatiui caſus eſt & media correpta. Deſertis arma: ſcilicet moriendo. Aſt illi ſuffecit. Morior inquit & hoc ſolacium mecum porto quod ante moriar quam te uideam obtinuiſſe uictoriam & inde Sperare licet te pœnas magno daturum eſſe ſceleris huius & impietatis: quam contra Romanos omnes exercuiſti. Dubium fati incerto exitu belli. Stygias umbras: Ad inferos. Te ſæuo marte ſubactum Pompeioque graues pœnas nobiſque daturum: & in morte mea ſperare poſſum: te adhuc graues pœnas pompeio: & mihi daturum. Quum: pro quamuis moriar. Non plura locutum: Vita fugit denſeque occulos uertere tenebræ: Hæc fatus erat: cum ſtatim ſpiritus & uita e corpore exceſſit. Virgilius: undecimo æneidos Aeternum clauſerunt lumina mortem: & cætera. Vertere tenebræ: Id eſt clauſere oculos.

Cæſaris intentus iugulo. nundum attigit arcē
Iuris: & humanum culmen quo cūcta regūt
Egreſſus meruit: fatis tam nobile letum
Viuat: & ut bruti procumbat uictima regnet:
Hic patriæ pit oē decus. iacet aggere magno:
Patricium campis non mixta plebe cadauer
Mors tamen eminuit clarorū ī ſtrage uirorū
Pugnacis domiti: quem clades fata per ōnes
Ducebant: nuſq̄ magni fortuna ſine illo
Succubuit: uictus totiens a cæſare ſalua
Libertate perit: tunc mille in uulnera lætus
Labitur: ac uenia gaudet caruiſſe ſecunda.
Viderat in craſſo uerſantem ſanguine mēbra
Cæſar: & increpitans iam magni deſeris arma
Succenſor domiti: ſine te iam bella geruntur
Dixerat. aſt illi ſuffecit pectora pulſans
Spiritus in uocem: morientiaq; ora reſoluit.
Non te funeſta ſcelerum mercede potitum
Sed dubium fati cæſar: generoq; minorem
Aſpiciens ſtygias magno duce liber ad ūbras:
Et ſecurus eo: te ſæuo marte ſubactum
Pompeioq; graues pœnas nobiſq; daturum
Cum moriar ſperare licet: non plura locutum
Vita fugit: denſæq; oculos uertere tenebræ:

Impendiſſe pudet lachrymas: quia ſpecialiter cœperat deſcribere mortem huius domitii: nunc dicit pudere ſecum clades ad uniuerſum prope terrarum orbem ptineat ſe ſingulorum cædem deplorare pudet. Singula fata: ſingulorum mortes. Sequentem querere: ideſt inquirere diuerſorum mortes: & qua quiſque morte occiſus fuerit: uidelicet q̄ alius tranſfixus fuerit ferro: alius effuſa ſui ipſius inteſtina pedibꝰ calcauerit: alius autem terram ore momorderit: & multa ac uaria genera leti: quæ in hac clade uidere licuit. Vulnus: ideſt telum. ſicut Virgilius: Quē ſequitur iſeſto uulnere pyrrhus: eſt methonomia. Vitalia: ideſt ſui ipſius ĩteſtina calcabit pedibus. Ore quis aduerſo. ſ. q̄ ex aduerſo & e regione oris: gladius uel enſis fauces trāſfixerat: & moriēs animā cū ſanguīe emiſerat. Quis. ſ. uulneratus. Demiſſū faucibus enſē. i. trāſfixo per fauces. Quis corruat ictu. ſ. uno accepto lapſus ceciderit. Quis ſteterit. ſ. pudet ſcribere: qs trūcus abſciſſus ad huc ſtet. Pectora tela. i. in pectore trāſfixus ē. aut quos cāpis: Nōnulli ēt telis trāſfixi erant: ut terræ eos quodāmodo figerēt. Quis cruor emiſſis: & pudet dicere cuius ſāguis per uenas tāq̄ p fiſtulas exierit. Fiſtula: ꝓprie dr̄ canalis plūbeus: p quē ūda lōge ĩgreſſa fert. Perrūpit a'era: Erūpit ĩ aerē. Inq; hoſtis cadat. ſ. letali uulnere accepto: ruat ĩ hoſteſ armatos. Cædat: ꝑcutiat. Pectora fratris pudet ſcribere: q̄ frater abſcidat caput fratris: & abiiciat. & deīde poſſit caput fratris ſpoliaē armis: pietas. n. nō ſubſtiuiſſet: ſi faciē fratris uidiſſet. ut illū armis ſpoliaret. Lōge mittat. i. abiiciat ꝓcul. Ora parētis. q. l. & cū corpus paternū filius laceret: crederet nec illū patrē eſſe: nec ille hūc filiū. nō enī natura patiē ut filius patrē occidat: & occiſū abiiciat. Spectācibꝰ ira: Vt q uidebāt hoc ĩ hac clade tantā irā non exiſtimabāt in pectore filii accidere poſſe: ut patrē laceraret: ideo nō poterant ſibi hoc fieri poſſe pſuadere ſecūdū pſas q cu graues pœnas p leges ſanxiſſēt: iter eos q̄ ingrati fuerūt: nullā legē paricidi tulerūt. & cū quæreretur qd ita ipūe uolebāt eē paricidiū: reſpōderūt naturā pati nō poſſe: ut filius patrē occideret: ſed ſi occideret: diligentius ĩtuētes ĩuenirēt re uera illū nō fuiſſe filiū. Nimia ira: qua occidit patrē. Prebet. ſ. illā crudelitatē. Mors nulla. q. & ut ſūmatī dicam nulla mors meretur ꝓpriis lachrymis deplorari: & ſi quis hoc facere uellet nimiū tēpis cōſumeret. Sua: ꝓpria ergo oēs uniuerſaliter deplorabimus. Vacāus: damus operam. Nō iſta habuit: oſtēdit quare nō liceat ſigulos deploraē. q̄ uidelicet hæc clades multo maior fuit q̄ cæteræ omnes quas ſcriptores memoriæ poſteris tradiderunt. Hic: in hac clade. Illic: in aliis cladibus: ut in clade Allienſi cannenſi: & Ticini lacus: & in aliis cladibus romanorum. Per fata uirorum: Nam apud ticinum lacum uigintiquinque milia Romanorū: & in clade Cannenſi quinquaginta milia cæſa ſunt. ad Alliam fluuium fuſus eſt uninerſus romanorum exercitus ubi magnā ruinam eſt paſſus. Per populos: quia in hac clade pharſaliæ non uiri romani: ſed populi & nationes occiſi fuerunt. Gentis: non militis romani: ſed nationes. Sanguis hic: q̄ in hac clade mors gentis erat probat. Sanguis: ideſt nationis mors. Acheus: ideſt Græcus in europa. Ponticus: ideſt in aſia. pontus eſt cappadociæ pars euxinum uerſus: ut refert Strabo quartodecimo libro. Aſſyrius: uidelicet ſanguis. in aſſyria Babylon eſt: paleſtina: & Phœnicia. Cunctos hærere cruoreſ & quanquam aliorum populorum multi occiſi fuerint: tamen romanorum plures occiſi fuerunt. nam Romanorum ſanguis fluens in torrentis modum: aliorum cæſorum cruorem in loco ſiſtere non permittebat: & oſtendit plures Romanos ciues cecidiſſe: q̄ aliorum populorum. Conſiſtere: Firmari. Maius ab hac acie: Non ſolum inquit hæc clades ad præſentes pertinet: ſed etiam ad poſteros. Sua: ideſt præſentium ſecula. Plus eſt: ideſt aliis cladibus multi periere in hac periit libertas romanorum. In totum mundi proſternitur: quia ſemper ſeruiemus. Omnis ætas. ſ. præſentium & poſterorū.

Impendiſſe pudet lachrymas in funere mūdi
Moribus ĩ numeris: ac ſingula fata ſequentē
Quærerē: læthiferum per cuius uiſcera uulnus
Exierit: quis fuſa ſolo uitalia calcet.
Ore quis aduerſo demiſſo faucibus enſe
Expulerit moriēs animam: quis corruat ictu.
Quis ſteterit dū mēbra cadūt: q pectora telo
Tranſmittant: aut quos cāpis affixerit haſta:
Quis cruor emiſſis ꝑrumperit aera uenis.
Inq; hoſtis cadat arma ſui: qs pectora fratris
Cedat: & ut notum poſſet ſpoliare cadauer.
Abſciſſum longe mittat caput: ora parentis
Quis laceret: nimiaq; probet ſpectātibus ira
Quē iugulat nō eſſe patrē: mors nulla querela
Digna ſua eſt: nulloſq; hominū lugeē uacāus
Non iſtas habuit pugnæ pharſalia partes
Quas aliæ clades: illic per fata uirorum.
Per populos hic roma perit: quod militis illic
Mors hic gētis erat: ſanguis ibi fluxit acheus
Ponticus: aſſyrius cunctos hærere cruores
Romanus campiſq; uetat conſiſtere torrens.
Maius ab hac acie quā quod ſua ſæcula ferēt
Vulnus habet populi: plus ē quā uita ſaluſq;
Quod perit: ĩ totū mundi proſternimur æuū
Vincitur hiſ gladiis: omnis quæ ſeruiat ætas

Proxima quid ſoboles: Nunc conqueritur: ꝙ poſteri nulla ipſorum culpa in ſeruitute naſcantur: neque enim ipſi aut ignauia: aut metu aliquo in ſeruitute ponuntur: ſed culpa maiorum ſuorum. Proxima ſoboles: paulo poſt uetura. proximum dicitur uel paulo poſt præteritum: uel paulopoſt futurum: ut ſi dicã proximo anno ueni Brixiam: ideſt anno paulopoſt præterito. ſi uero dixero: proximo anno legam Virgilium. ideſt ſequenti anno. Quid: ideſt cur. Nepotes: ideſt poſteri: qui deſcenderunt e maioribus.

In regnum: ideſt naſci in ſeruitutem. Pauidi: Oſtendit nulla ipſorum culpa cõtigiſſe hoc. Num geſſimus arma: ideſt nũquid fortaſſe nos imbecillitate & metu quodam ſeruiemus: quaſi dicat non. Pauidi: nunquid metu cædis ſeruiemus. Teximus aut iugulos: ſcilicet armis & auertimus eos a dominis. qui nos in ſeruitute ſubegerint. Alieni: ſcilicet maiorum noſtrorum. Poſt prælia natis: Si uolebas o fortuna ut ſeruiremus poſt hæc bella ciuilia: ſaltẽ dediſſes nobis bella: ut ſi uicti fuiſſemus: ſeruiremꝰ At uero cum nemo nos uicerit feciſti eſſe ſeruos.

Iam magnus trãſiſſe deos: poſt deplorationem libertatis. Lucanus reddit ad id quod omiſerat. uidelicet: ut exitum deſcribat huius pugnæ. Magnuſ Quem aduerſa fortuna agitabat. Deos: ſcilicet ꝓpitios ſentiat tranſiſſe ad Cæſarem. Infœlix uix to. clade coactus: uictus erat nec tamen id ſibi peſuadere poterat: ſic enim facere ſolent qui ſemper ſecunda fortuna uſi fuerunt: ut ſi quid aduerſi contigerit uix credere poſſint. Tota clade: cum iam prope exercitum amiſiſſet: Fortunam ſuam: ſcilicet aduerſam. Aggere: ideſt eminentia campi: ut circũ circa diligenter omnia circumſpiceret. Vnde: a quo campo. Omnes clades: ideſt omnes qui cæſi erant. Quæ latebant ipſum: ſcilicet bello. Obſtante: ideſt pugnantibus oppoſitis uidere non poterit cæſorum corpora: ſed tantummodo cumulũ

Fata: ideſt mortem ſuam. Corpora fuſa: ſcilicet cauſa ſua. Multo: ideſt multorum ſanguine: nã ſicut mos eſt: nam ꝗs maior cum aduerſa fortuna in ſe ſæuierit: uellet eãdem fortunam omnibus eſſe quam ipſe ſentit: ſed non ita pompeius. Nam ſalute potius ciuium Romanorum conſtituit diſcedere: ut iam ſe a pugnando Cæſar abſtineret: & ſuperſtitibus parceret: immo ſuppliciter deos rogauit: ut ſuperſtites reliquias exercitus ſeruarent incolumes. & ſi Diis placeret: ut ipſe cum omni ſua ſtirpe periret: nil recuſaret dummodo cæteri ſupererint. Miſcere: ideſt confundere ut omnia una ſecum inuoluat ruina. Vt latiæ poſt ſe: Nam pompeius quamuis tantam cladem accepiſſet a diis: tamen non deſtitit quin exoraret illos: ut ſeruarent eos ſuperſtites: qui ſupererant. Latiæ: italiæ. Poſt ſe: ſcilicet uictum. Dignos uotis: Tunc enim dii uotis digni ſunt cum exaudiunt. Si quis crederet pompeium: ut accepta tanta clade dii eum exaudirent: quaſi dicat nemo præter ipſum pompeium. Et iam: ideſt nunc ſcilicet accepta tanta clade.

Solacia ſui caſus: ideſt ut reliquiæ exercitus ſuperſtites ad internitionem uſque occiderentur.

Parcite ait ſuperi: ſcilicet gentibus & nationibus orbis terrarum: & ſi me mori uultis nolite omnia ꝓſternere: nam mori poſſum Roma incolumi. Stante: ideſt durante. Si plura iuuant: ideſt ſi non eſtis cõtenti morte mea paratus ſum & coniugem & liberos meos & ſtirpem omnem in exitium ducere: dũmodo cæteris parcatis. Tot pignora: ideſt ſigna dedimus. Fatis: ideſt fortunæ. Ciuili ne parum: Sed magnum qui ſolus ad pernitiem pro ſalute aliorum profecturus ſum. Meoſque: ideſt cum uxore & liberis. Orbe remoto: ideſt liberato a clade. Exiguæ clades: quaſi dicat habemus quid plus debemus nam ſi plus haberemus illud pro ſalute omnium poneremus. Quid laboras? Quaſi dicat nequicq̃. ideſt fruſtra. Sic fatur. pompeius. Arma: ideſt armatos. Signa: ideſt uexilla & manipulos.

Proxima quid ſoboles: aut qd meruerẽ nepotes:
In regnum naſci? pauidi num geſſimus arma
Teximus aut iugulos: alieni pœna timoris.
In noſtra ceruice ſedet: poſt prælia natis
Si dominum fortuna dabas: & bella dediſſes
Iam magnus tranſiſſe deos: romanaque fata
Senſerat infœlix: tota uix clade coactus
Fortunam damnare ſuam: ſtetit aggere cãpi.
Eminus: unde omnes ſparſas per theſſala rura
Aſpiceret clades. quæ bello obſtante latebant.
Tot telis ſua fata peti. tot corpora fuſa.
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine uidit.
Nec ſicut mos eſt miſeris trahere omnia ſecũ.
Merſa iuuat genteſque ſuæ miſcere ruinæ.
Vt latie poſt ſe uiuat pars maxima turbæ.
Suſtinuit dignos. & iam nunc credere uotis
Cælicolas uoluitque ſui ſolatia caſus.
Parcite iam ſuperi cunctas proſternere gẽtes.
Stãte poteſt mũdo romaq; ſuperſtite magnus
Eſſe miſer? ſi plura iuuãt mea uulnera: coniũx
Eſt mihi: ſũt nati: dedimus poſt pignora fatis.
Ciuili ne parum eſt bello: ſi meque meoſque
Obruet: exiguæ clades ſũmus orbe remoto?
Om̃ia quid laceras: quid perdere cũcta laboras
Iam nihil eſt fortuna meum. ſic fatur & arma
Signaq; & afflictas omni iam parte cateruas

Cateruas.i.ordines. Omni pte.ſ.exercitus & pugnæ. Circuit:pō. Et remeat:& cū uideret oēs parato in tantā mortē ruere: potius ꝗ credere hoſtibꝫ rogauit:ut uiuere uellēt: neqꝫ ſe tanti pcii eſſe: ut moueren tur omnes. Nec deerat robur:in enſes:quia occurrebat illud cur non ſe occidebat pompeius potius ꝗ in diſcrimem tantum uenire ſcilicet ut in ſeruitutem redigeretur. non defuit inquit magnanimitas pompeii ut ſibi mortem inferret. ſed metuebat ne ſi id ageret:nemo deinde uiuere uellet. non igitur cauſa ſui: ſed ſuorum ſe interimere nolebat. Robur:ſcilicet magnanimitas. Ire in enſes:ideſt moriturum ruere in hoſtes. Juguloque pati uel pectore letum:hoc eſt ut ſe iugularet uel pectus ſuum transfigeret. Sed timuit: ne cā ſua denique milites oēs in mortē ruerent:potius ꝗ uiuere uellēt. Supraqꝫ ducē.i. ſupra corpus i centis ducis cæ. Aut uultu:alia cā fuit uidelicet ne hac lætitia Cæſ. afficeret: ut corpus ſuum occiſū oculis cæſ.obiiceret. Subducere.i.remouere corpus ſuū occiſū ab oculis cæſaris. Nequicꝗ infœlix:quia ubicunqꝫ occubuerit pompeius: Cæſ. ipſum occiſum uidebat:dummodo uiderē uoluerit: ſicut caput eius obtrūcatū a Rege ptholemæo uidit.

Circuit:& reuocat matura in fata ruentes:
Seqꝫ negat tanti:nec deerat robur in enſes
Ire duci:iuguloqꝫ pati:uel pectore letum.
Sed timuit ſtrato miles ne corpore magni:
Non fugeret:ſupraqꝫ ducem procūberet orbis
Cæſaris aut oculis uoluit ſubducere mortem:
Nec quiſquam infœlix ſocero ſpectare uolēti.
Præſtādū ē ubicūqꝫ caput.ſed tu quoqꝫ cōiūx.
Cauſa fugæ:uultuſqꝫ tui fatiſque negatum.
Te præſente mori:tunc magnū cōcitus aufert
A bello ſonipes.non tergo tela pauentem.
Ingenteſqꝫ animos extrema in fata ferentem:
Nō gemitus:nō fletus erat: ſaluaque uerēdus
Maieſtate dolor:qualem te magne decebat.
Romanis præſtare malis: non impare uultu
Aſpicis æmathiam: nec te uidere ſuperbum
Proſpera bellorū: nec ſtratū aduerſa uidebunt
Quaque fuit leto per tres infida triumphos
Tam miſero fortuna minor: iam pondere fati
Depoſito ſecurus abis:nunc tempora læta
Reſpexiſſe uacat:ſpes nūquā implēda receſſit.
Quid fueris nunc ſcire licet:fuge prælia dira.
Ac teſtare deos: nullum qui perſtet in armis
Iā tibi magne mori:ceu flebilis africa dānis:

Sed tu quoqꝫ coniunx:alia cauſa acceſſit cur fugeret inde pōpeius.uidelicet ut uiderit Corneliā uxorem. Vultus tui:ſcilicet quos tantum amabat ſcilicet fuerunt cauſa fugæ. Fatiſqꝫ ne. ideſt a fatis fata noluerunt:ut præſente Cornelia pompeius moreretur:quod ipſe cupiebat. Tum:ideſt poſtquā inde conſtituit diſcedere. Concitus:ideſt calcaribus ſtimulatis:ut in aliquas regiones ſe reciperet. Non tergo tela pauentem:nil metuentem:magnanimitatem pompeii oſtendit poeta. Ingenteſqꝫ animoſ ꝙ ſicut in rebus ſecundis:ita etiam in aduerſis conſtanti animo ſemper fuerat. Extrema iſta fata:cōtra ultima pericula:& euentum fortunæ. Non gemitus:dolorem præ ſe non ferebat pompeius. ſed ita:ut nihil a maieſtate ſua indignum faceret. Verendus: Venerabilis. Qualem:ideſt talis uultus erat ſibi:qualis conueniebat in pernitie reipublicæ: Non impare:diſſimili. Aemathiæ: ideſt cladē æmathiæ aſpicis. Nec te uidere ſuperbum. Quotienſcunque rem bello proſpere geſſiſti: nec i aduerſis oſtendis animi tui imbecillitatem. Quam:pro quantum. Infida fortuna:quia nunquam fidem ſeruat:ſed quos antea placido uultu fouerit:eos deinde deſerit. Per tres triumphos:quia triūphauit de Mitridate: de ſicilia: de Hiſpania. Iam pondere fati: nunc conſolatur pompeium: dicens ipſum cladem ſane ingentem accepiſſe:ſed tamen hac clade magno rerum pondere: ac ſolicitudine liberatū eē. Securus:ſine cura tui. Pondere fati:ideſt depoſito pondere imperii:quod in fortuna conſtitit. Nūc tempora læta:ideſt nunc tibi licet reminiſci lætorum temporum. Spes nunquam:iam enim iperare deſinis. Quis fueris: nam ex aduerſis læta melius cognoſcuntur. Nunc ſcire licet: quia mortalis ætas nunc caſibus humanis ſubiectus ſicut & cæteri: fuge ergo iſta prælia. Teſtare: ideſt fac deos teſtes. Nullum qui perſtet in armis: nam ſi quis in bello perſeuerare uoluerit:illum crede non tua cauſa mori:ſed ſponte ſua. Perſtet: perſeueret. Ceu flebilis africa: quenadmodum nuda fuit: ubi Gneus pōpeius magni pompeii filius bellum geſſit in Hiſpania contra cæſarem ſicut & alexandria:ubi Cæſar bellum geſſit contra Ptolemæum:ſicut Africa:ubi bellum geſſit Cato regi iubæ coniūctus aduerſus Cæſarē hæc bella non fuerunt cauſa ut tuum nomen tueretur: ita neque nunc pugnabunt milites:qui adeo relicti ſunt: ne dignitatem tuam conſeruent:ergo nec multo poſt futurus es liberæ ciuitatis cauſa: quod tibi magno debet eſſe ſolatio. Ordo eſt ſic pars maxima theſſaliæ turbæ. Ceu poſt te. ideſt fortunam tuā. Ceu: queadmodū pugnatū ē in africā ad mūdā:i Alexādria:i æpypto nō pugnarūt te iubente:ita ēt nunc poſt hāc cladē i theſſalia:nō tibi ſed ipſis dimicauerunt:nō enim auctor fuiſti harū cædiū quod tibi magnam conſolationem afferre poteſt. Africa: ubi cato Regi iubæ coniunctus bellum renouauit.

Et ceu mūda nocēs:phariocꝫ a gurgite clades.
Sic & theſſalicæ poſt te pars maxime pugnæ.
Non iam pompei nomen populare ꝑ orbem :
Nec ſtudiū belli:ſed par quod ſēper habēus
Libertas & cæſar erunt:tecꝫ inde fugato
Oſtendit moriens ſibi ſe pugnaſſe ſenatus.
Non ne iuuat pulſum bellis ceſſiſſe:nec iſtud
Perſpectaſſe nefas:ſpumātes cæde cateruas
Reſpice turbatos in curſu ſanguinis amnes.
Et ſoceri miſerere tui.quo pectore romam
Intrauit factus campis fœlicior iſtis.
Q uicquid in ignotis ſolus regionibus exul.
Q uicquid ſub phario poſitus patiere tyrāno
Crede deis longo fatorum crede fauori
Vincere peius erat.prohibe lamenta ſonare:
Flere ueta populos lachymas luctuſcꝫ remitte
Tam mala pōpei quā ꝓſpera mūdus adoret
Aſpice ſecurus uultu non ſupplice reges
Aſpice poſſeſſas urbes:donataque regna
Aegyptum:libyamcꝫ & terras elige morti:
Vidit prima tuæ teſtis laryſſa ruinæ.
Nobile nec uictum fatis caput:omnibus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia uires
Obuia:ceu læto promittunt munera flentes:
Pandūt tēpla domos:ſocios ſe cladibus optāt
Scilicet imenſo ſupereſt ex nomine multum
Tecꝫ minor ſolo:cunctas impellere gentes
Rurſus in arma potes:rurſuſcꝫ in fata redire

Ceu munda:apud quam uictus fuit Gn.pompeius quanquam in magno diſcrimine cæſaris fuerit. Phariocꝫ:ideſt ī ægypto ubi etiam bellum geſſit contra Ptolemæum.ibi enim aliquot ciues ro. periere & parum abſuit quinetiam cæ. uinceretur:& a rege Ptholemæo.occideretur. Sic: eodem modo. Nomē populare.i.nō erat cā nomē tuū o pō.cui faueāt ciues:nā uſcꝫ ad ultimū pugnare deſiuerāt. Stadiū belli .ſ.ut cā tua ſtudeāt pugnar̄. Sed par:ſed duo erūt ſēper habebimus:q romæ īperēt.ſ.libertas & cæ.reſpicit ad illud qđ poſtquam cæ.remp.occupauit:ſemper deide libertas oppreſſa fuit:& cæſ.omnia tenuere.duo igitur habebimus ſcilicet libertatem:ut ſe in priſtinam formam reſtituat cæſar : ut imperium obtineat. Sibi:ad utilitatem ſuam pugnarunt. Nō:ne iuuat o pompei: ſi conſideras quātum mali ſceleris & impietatis in campis philippicis perpetratum eſt non ne maximam ex eo uolūtatē capis ꝙ īde te ſubtraxeris quaſi dicat capere debes. Cateruas:ſcilicet cæſorum & ſtragem militum. Cæde:ideſt ſanguine. Et ſoceri mi.tui.& cum uideas tot uulnera tot monſtra ſcelerum quæ geſta ſūt in ea pugna theſſaliæ:ubi filii cum parentibus parentes cum filiis: fratres cum fratribus occiſi ſunt:& miſerere cæſaris:q harum rerum cauſa & auctor extiterit.ac ſi.d.tu felicior es cæſare. Quo pectore:ideſt animo romam ingredietur. Factus cāpis fœlicior iſtis : ideſt cuius cauſa tot cædes ciuium romāorum perpetratæ ſūt

Quidquid in ignotis ſolus:nunc alias quoque rationes ſubiungit cur melior ſit pō.conditio. Quicquid in ignotis : ideſt cætera omnia quæ perpeſſus fuiſti:poſtquam a pugna pharſſalica diſceſſiſti attribuenda ſunt furori deorum:nam etiam ſi exulaueris: & ſi etiam a rege Ptholemæo obtrūcatus fueris hæc omnia ſigna fuerunt fauoris deorum : nam te potius mori uoluerunt:q̄ tyrannidem exercere : in qua poſtea Cæſ.conſtitutus fuit. nec diu permanſit & bonis omnibus odio fuit. Crede diis: ideſt attribue fauori deorū. Quicquid patiere exul:quia pene deſtitutus fuit ab omnibus : ideo ſolus ſub regionibus ignotus ut cum uenit Mitylenem prius: deīde ſuper ignota maria uenit: & ut alii non ut ſecundum imperatoriam dignitatem nauigabat: ſed falſis comitibus atque miniſtris . dicit ergo quicquid ſub Phario rege ideſt ſub Ptholemæo r̄ge ægypti cuius iuſſu poſtea obtruncatus eſt. Longo crede : ideſt committe diis qui tibi perpetue affuerunt. Peius erat:ſcilicet q̄ mori. Lamenta ſonare:ideſt reſonare:ut quocunque īgrederis omnes mœrorem oſtendant:noli permittere inquit:ut triſtes mœſtique ſint omnes & clamorem emittant:quaſi te miſerum eſſe uideant. Tam mala . nam hæc res aduerſæ ſūt:Sed iſtar fœlicitatis ſi cōſideres q̄ deterior fuerit uictoris cōditio. Securus:ſine cura.aſpice iam nihil eſt qđ amittere poſſis.Vrbes quæ ſub tua ditione fuerunt. Donatacꝫ regna.i.quæ donaſti Ariobarzani:Tygrani:Pharnaci:& cæteris regibus. Terras i.ī q̄cūcꝫ terra delegeris: elige mortem ubi ſtatim uitā tuā finias:nam in poteſtate tua eſt ubi mori uelis. Vidit prima tuæ:poſtq̄ conſolationem fecit quam afferre uolueral pōpeio:nūc redit ad iter pō.deſcribens qua uectus eſt equo. Laryſſa:ciuitas eſt theſſaliæ.uiderunt inqt te laryſſei ingredientem mœnia tua dignitate ſeruata quæ ſibi conueniebat. Ciuibus:omnes ciues inqt obuiā tibi e laryſſa prodierunt.nam ſuperatus pom.mutata ueſte:ut ut oſtendit Apianus cōſcēdit equū:quatuorcꝫ ex amicis cū comitātibꝫ nullo ī loco curſum intermiſit:quod exorta luce Laryſſā tādē uenit. Ceu læta: & ita tibi occurerunt: ac ſi uictor fuiſſes:& flentes omnia ſua tibi promittebāt ſe paratos dicētes tibi parere:& qcqd ſub ſua poteſtate eſſe : id tuum eſſe affirmantes. Læto.i. tanꝗ uictori. Obuia Occurrentia. Munera:quæcuncꝫ uelis. In fata redire:ideſt rurſus experiri fortunam tuam potes.

Sed opus uicto: nunc dicit qd reſpõderit põ. ut audiuit oẽs paratos eſſe facere qd uoluerit: dicit.n. ipſos laudauiſſe & cõmẽdaſſe uoluntatẽ eoꝝ: ſed tamẽ nil ſibi his pollicitationibꝰ motus eſt: & ea potius uicto/ri facere. Inqt.ſ.põ. Tu cæſ. adhuc es iter ſtragẽ cæſoꝝ & reliqas pugnæ pficis: cũ põ. i. poſtate tibi rgna di mittat: & eos q parati erãt ipſi ſibi obedire: iubeat tibi officiũ pſtare nõ ſibi. In alto cumulo: ĩ alta ſtrage. Per uiſcera patriæ. i. ciuiũ tuorũ. Populos donat. i. ſpõte terrarũ oĩum dominũ facit. Inde: a laryſſa. Plurimaq; ĩ ſæuos: Quia populi deos tãq crudeles uocabãt: q uictoriã cæſ. dediſſẽt. Nũc tibi uera fides. i. cognoſcis: qui nã ſint ueri amici nã in felicitate uera amicitia nõ dignoſcitur. Felix ſe neſcit amari: ideſt nemo ueram amicitiã ĩ felicitate cognoſcere poteſt

Sed quid opus uicto populis aut urbibus ĩ qt
Victori præſtate fidem: tu cæſar in alto
Cædis adhuc tumulo: patriæ p uiſcera uadis.
At tibi iam populos donat gener: aduehit inde
Põpeiũ ſoſpes gemitus lachrymæq; ſequũtur
Plurimaq; in ſæuos populi conuitia diuos
Nunc tibi uera fides: quæſiti magne fauoris
Contingit: ac fructus: fœlix ſe neſcit amari:
Cæſar ut heſperio uidit ſatis arma natare
Sanguine parcendum ferro: mãibusq; ſuorũ
Iam ratus: ut uiles animas perituraq; fruſtra:
Agmina permiſſit uitæ: ſed caſtra fugatos
Ne reuocent: pellatq; quies nocturna pauorẽ.
Protinus hoſtili ſtatuit ſuccedere uallo.
Dum fortuna calet dum cõficit omnia terror:
Nõ ueritus graue ne feſſis: aut marte ſubactis
Hoc foret imperiũ: nõ magno hortãine miles
In prædam ducendus erat uictoria nobis
Plena uiri dixit: ſupereſt pro ſãguine merces
Quã mõſtrare meũ ẽ neq; enĩ dõare uocabo
Quod ſibi qſq; dabit: cunctis en plẽa metallis
Caſtra patent: raptũ heſperiis e gentibꝰ aurũ
Hic iacet eoaſq; premunt tentoria gazas
Tot regum fortuna ſimul magniq; cocta
Expectat dominos: propera præcedere miles
Quos ſequeris: quaſcũq; tuas pharſalia fecit
A uictis rapiuntur opes. nec plura locutus
Impulit amentes: auriq; cupidine cæcos
Ire ſuper gladios. ſupraque cadauera patrum:
Et cæſos calcare duces: quæ foſſa quis agger
Suſtineat præcium belli ſcelerumque petẽtes

Quæſiti: pro acquiſiti. Cæſar: Vt heſperio nũc redit ad Cæſarem dicẽs poſtq uidit iam ſatis eos cæſos eſſe qui uictoriam ſuam impedire poterat: uidelicet ſenatores & principes ciuitatis: iuſſit militibus ſuis: ut multitudini parcerent: & a pugnãdo deſiſterent. Agmina: ſcilicet exercitus reliquias nocte: iuſſit eqtibꝰ: ut ſine mora caſtra põ. irruperit. Parcendũ ferro: iam abſtinendum eſſe a pugna: & eſſe parcendum manibꝰ ſuorum qui fatigati erant diuturna pugna. Viles animas. ſ. reliquias. Fruſtra peritura: uidelicet in quibus nullum momentum uitæ conſiſteret. Sed caſtra fugatos ne reuo. ſed metuẽs cæſar: ne ſe in caſtra pugnaturi rciperent. Pellatq; quies nocturna pauorem: uidelicet ne iterpoſita nocte uicti ſperare incipiant. Fortuna: ſcilicet ſecunda. Calet: feruet. Dum conficit omnia terror: quia terror ipſo perculſi hoſtes fugiebant. Ne feſſis: rddit rationem: quare non timuit: ne fatigati milites hoc iperiũ grauiter ſubirent quia ſciebat hoc libenter eſſe facturos: quia ipſis caſtra hoſtium diripienda permiſit: non opus igiť erat hortamine. Victoria nobis: ideſt iam ſumus uictores: ſed reliquum ẽ: ut pmia uictoriæ qratis. ſ. ut caſtra hoſtiũ irrũpatis Plena: itegra. Supeſt p ſãguĩe merces: nũc nihil reſtat uobis: niſi: ut pmiũ uictoriæ capiatis. Meũ ẽ. i. ad me ptinet mõſtrare mercedẽ: ueſtrũ ãt ẽ accipere

Neque enim: nolo hoc in muneris loco ponere: ſed ſibi quiſque diripiat quæcunque placuerint. Donare: ideſt hoc donum eſſe. Cunctis metallis: ideſt omni ære auro & argento. Raptum heſperiis: ideſt omne aurum quod deuictis regibus in heſperia tulerat pompeius. hoc eſt aurum hiſpanaꝝ gentium. Premunt: ideſt claudunt: nam in tentoriis pompeii orientales diuitiæ poſitæ ſunt & occidentales: nam ĩ hiſpania Sertoriũ debellauit: & inde magnas diuitias adduxit. Eoas gazas: nam populos orientales deuicit ſcilicet armeniam & indiã quæ ſub imperio Tigrannis: & Mitridatis fuerant

Tot regum fortuna: Currite inquit in hoſtes: quos effudiſtis: ut anteueniatis eos: & in poteſtate ueſtra raptum aurum atque argẽtum iure belli omne diripiatis. Fortuna: diuitiæ. Tot regum: ſcilicet quos pompeius deuicit. Expectat dominos: ſcilicet uos o cõmilitones. Pharſalia. i. uictoria pharſalia. Sic milite iuſſo: oſtendit nullam maiorem militibus adhortationem fieri poſſe: q ut caſtra ipis diripienda permitteret. ergo nullo metu: nullo periculo retineri potuerunt: quin amentes aurique cupidine cæſi ferrentur per ſtrata cæſorum corpora. Sic: Videlicet permittendo caſtra diripi. Cæcos: Incõſideratos. Quæ foſſa quis agger: Quaſi dicat nulla munitio tam uallata eſſe poteſt: quæ arcere poſſit præmia uictoriæ petentes. Scelerumque petentes: Scilicet ſuorum omnium.

Stātes tumulos:uidelicet monumēta q̄ nondū uetuſtate corruerūt. Et.ſ.euertamus ea buſta q̄ iā ruere cœperit ī natis radicibus caprifici:ubi naſci ſolet uu.el ſigaro ſaluadego. Effudere:Aperuerūt. Suas ur. ubi cōditi fuerūt. Victis compagibus:ſolutis iūcturis q̄obrem. Radice uetuſta.ſ.arboris caprifici: quæ eſt cauſa ut monumēta aperiant. Ruricolis dentibus: dens ruricola nil aliud eſt:niſi dens uomeris. hic & hæc ruricola dicit. Nullus ab æmathio:Senſus eſt:adeo deteſtabilis fuiſſet æmathia:ſi nunq̄ alibi geſta fuiſſent bella ciuilia:ꝙ nemo ibi habitaret:nemo ſereret:nemo araret:ſed eſſet oīo deſtituta ab humano cultu nō aliter:quā torrida:aut frigida zona:ſed quia nō ibi ſolū:ſed alibi geſta ſunt bella ciuilia:iō nō adiudicata eſt nocēs.Ordo uſq; ad eū locū ſi nō prima nefas belli:&c. Terram:appo. Buſtū populi romani:Quia ſepulchrū uere romani populi appellari potes. Vmbrarū cāpos.i.manes mortuorū.
Dumeta: ꝓprie ſunt loca ſpinoſa & arrida: ubi paſcere ſolēt capræ & greges. Permittere:Cōcedere. Vellere:paſcere herbā. Nuda: ſpoliata fructu Ignota.ſ.gētibus:qa nemo hītaret. Impatiēs limite:torridæ zonæ. Vel glacie.i.frigidæ zonæ:quem admodū hic nemo hītare poteſt ꝓpter nimiū calorem.illic propter nimiū frigus.Ita & hic nemo habitaret:ſi tu fuiſſes nō prima:ſed ſola. Terras odiſſe nocētes:Vbi tātus romanorū cruor effuſus eſt ſed nūc nō licet:qa nō uno loco tantū:ſed in multis regionibus romanorū ſanguis ſparſus ē:qa q̄cq̄d multis peccat inultū eſt. Premittis:damnatis:& damnando totū orbem abſoluitis. Heſperiæ clades: Hæc oīa loca ubi fuſus ē romanorū cruor fecerunt: ut æmathia uideret eſſe abſoluenda. Heſperiæ clades propter Gn.pom. quem una cū exercitu ſuo Cæſar ī Hiſpania deleuit. Flebilis unda pachini: Vbi Agrippa auſpiciis Auguſti cæſaris Sextū pom. magni pom.filiū deuicit. Et mutina: Vbi auguſtus hyrciꝰ & Pāſa uicerūt.M.Antoniū & multis romanorū cæſis ipſū ab obſidiōe remouerūt. Mutinæ: ubi cōſules letali uulnere ſauciati fūt. Et Leucas: ꝓmōtoriū Epyri:ubi Octauianus Antoniū & Cleopatram bello nauali deuicit:& ibi etiā multa milia romanorū perierūt hæc oīa fecer. Puros.i.īnocētes

Et ſtātes tumulos:& qui radice uetuſta
Effudere ſuas uictis compagibus urnas.
Plus cinerum hemoniæ ſulcis telluris aratur.
Pluraque ruricolis feriuntur dentibus oſſa.
Nullus ab æmathio religaſſet littore funem
Nauita:nec terram quiſq̄ mouiſſet arator.
Romani buſtum populi fugerentque coloni
Vmbrarū campos:gregibus dumeta carerēt
Nulluſque auderet pecori permittere paſtor.
Vellere ſurgentem de noſtris oſſibus herbā
Ac uelut impatiens hominum uel ſolis iniqui:
Limite uel glacie:nuda atque ignota iaceres:
Si non prima nefas belli:ſed ſola tuliſſes.
O ſuperi liceat terras odiſſe nocentes.
Quid totū præmittis q̄d totū abſoluitis orbē
Heſperiæ clades:& flebilis unda pachini.
Et mutina & leucas puros fecere philippos.

M.ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER VIII.

Incipit Octauus Liber Lucani.

IAm ſuper herculeas fauces:
nemoroſaque tempe

IAM ſuper herculeas fauces nemoroſaq; tempe.Hic liber Octauus hæc cōtinet.primū q̄dem pom.profectionem in inſulam Leſbon ubi Corneliā depoſuerat.Deide cōcionē pom.hīta in Cicilia:ubi ps maior ſenatus cōuenerat:cuius ſentētia erat ut ſe cōferret in pthiā: & Parthorū regē uires extollens contra cæſarem cōcitaret.Huic ſentētiæ aduerſatus eſt lentulus: & orationnem habuit romano conſule dignam & in ſententiam eius ſenatuſconſultum factum eſt:ut ſe in egyptū recipet deide ēt narrat q̄uo pōpeius poſtq̄ ī egyptū uenit iubēte ptolemeo pſuaſu Fotini & Achillæ obtrūcatus ē poſtrēo cōtinet ſepulchrū pō.cuius cadauer Codrus iuentū rogo ſupimpoſuit ac ſepulturæ mādauit. Iā ſup:deſcribit q̄uo pō. poſtq̄ a theſſalia diſceſſit fugiēs metuebat ſtrepitū oēm:ſciebat.n.mortē ſuā a cæſar plurimū d̄ſiderari Ordo ē uſq; ad eū locū magnꝰ agēs &c. Sup hercu. fauces.i. terras & p fauces olympi mōtis & oſſæ.nā ſicuti ī fabulis legit:& tamē hiſtoria fuit.Hercules cū uēiſſet ī theſſaliā:& uideret mōtibꝰ circūdatā uallē ingētē q̄ aquā ſurgētē cōtineret:adeo ut lacū feciſſe uideret cognouit ſi locus ille ūdis euacuatꝰ eēt maximā ibi fertilitatē futurā:itaq; diſcidit olympū ab oſſa atq; effuſa aq̄ ē:& īde diuerſa flumia d̄riuata:quorū noīa ſupiꝰ d̄ſcripſit:q̄ pte igr Hercules olympū ab oſſa diſcidit:hāc fauces herculeas appellabat. Nēoroſaq; tē.epexegeſiſ ē eiꝰ q̄d dixit fauces herculeas:ī æmathia.n.locus ille nō fertilis tātū ſz amœniſſimꝰ fcūs ē Ne.q; t.loco amœna uidelic& ūbroſa & opaca.ūde ubi abūdātia uēit arborū tēpe appellat & ē græca d̄cliatō:ſed lati tātū utūt tribꝰ caſibꝰ pluralis nūeri:uidlic& ntō actō & utō ta tēpe uertit ī ita & ē craſſiſ qa lra nō ſeruat & ita lra apd̄ græ.idē ē q̄d e lōga apd̄ latioſ:nā græci dicūt tipi noſ tēpe

Diſpendia id eſt uaſtas longitudines. Hemoniæ ſiluæ:quia ſilua theſſaliæ magna eſt & longa. Cornipedem: equumquod corneos pedes habet. Exhauſtum:defectum curſu. Stimuliſque negãtem:quia iam ſuppoſita calcaria ſentire non uidebatur præ nimia laſſitudine. In certa fugæ ueſtigia turbat: Hoc omnino faciebat pompeius:ne loquerentur ueſtigia ſua & ipſum deprehenderent: nunc huc nunc illuc circumagebat equum. Implicitas errore uias:uidelicet ut errorem ſequentibus iniiceret. Pauet ille fragorem:Strepitum omnem:& comitum ſuorum. Nemorum:ſiluarum quæ uentis agitabãtur. Qui ſcilicet: fragor Redit:id eſt ſequitur pompeium

Hæmoniæ deſerta petens diſpendia ſyluæ.
Cornipedẽ exhauſtũ curſu ſtimuliſꝗ negãtem
Magnus agẽs:incerta fugæ ueſtigia turbat
Implicitaſꝗ errore uias:pauet ille fragorem.
Motorum uentis nemorum cõitumꝗ ſuorũ
Qui poſt terga redit trepidũꝗ lateriꝗ timẽtẽ.
Exanimat quanuis ſummo de culmine lapſus
Nondum uile ſui precium ſcit ſanguinis eſſe.
Seque memor fati:tantæ mercedis habere.
Credit adhuc iugulũ:quantũ pro cæſaris ipſe
Auulſa ceruice daret:deſerta frequentem.
Non patitur tutis fatum cælare latebris:
Clara uiri facies:multi pharſalica caſtra
Cũ peterent:nondum fama prodente ruinas
Occurſu ſtupuere ducis uetigine rerum
Attoniti cladiſꝗ ſuæ uix ipſe fidelis
Auctor erat grauis ẽ magno quicũꝗ malorũ
Teſtis adeſt cũctis ignotus gentibus eſſe
Mallet:& obſcuro tutus tranſire per urbes
Nomine ſed pœnas longi fortuna fauoris
Exigit a miſero quæ tanto pondere famæ:
Res premit aduerſas: fatiſꝗ prioribus urget.
Nunc feſtinatos nimium ſibi ſentit honores
Actaꝗ lauriferæ damnat ſyllana iuuentæ
Nunc & coricias claſſes:& pontica ſigna

Laterique timentem:id eſt ſaluti ſuæ ne a latere & a regione aliquis inuaderet. Quamuis ſummo de culmine:quamuis inquit aduerſa fortuna illum de ſummo gradu deiecerit: tamen ſit magno ꝓcio a cæ. captũ iri mortẽ ſuam. Lapſus. Ceciderit. De culmine:de ſummo dignitatis gradu. Nondum uile:immo eſſe ꝓcioſum. Seꝗ memor fati.i.priſtinæ fortunæ nõ dubitat ꝙ q̃tum põpeius ꝓ cæde cæſaris tantũdem & cæ. ꝓ ſua daret. Quantam.ſ. mercedẽ Deſerta ſequẽte: q̃uis per occulta loca trãſiret põpeius:ne dignoſceret tãta tamẽ erat uiri maieſtas:ut latere nõ poſſet. Clara facies maieſtas impatoria. Fatum.i.fortunã ſuã aduerſã. Multi pharſalica caſtra. Dicit autem multos fugienti pom. obuiam factos eſſe qui Theſſaliã petebãt non dum enĩ ſciebãt uictũ eſſe pompeiũ & ſibi occurrentes obſtupeſcebãt. Nõdũ.fa.pro.ſ.cladẽ pom. uulgante. Occurſu:obuiam facti. Vertigine:mutatione fortunæ:& uix ſperare poterant tantũ cladis fuiſſe ut pom. cum tanto exercitu uinceretur præſertim qui ſuperiori tempore tantus impator fuiſſet. Cladiſꝗ ſuæ:id eſt uix ſuæ cladis erat auctor cui fidem adhiberet audientes. Grauis eſt: & moleſtus erat pompeio quicũꝗ ſciebat cladem ſuam.

Mallet enĩ ignotus eẽ:quã cladẽ acceptam digno ſci a gentibus:nam ſibi pudori uidebat:ꝙ poſt triũphos in hac ætate a cæſare uictus eſſet. Obſcuro Ignoto nomine. Sed longi pœnas:Quia adeo nominis ſui fama cõpleuerat totum orbem terrarum ut ignotus eſſe non poſſet. hæc nobilitas ſibi moleſta erat. For. lon. fa. id eſt fortuna diu proſpera.

Exigit pœ. ideſt facit hanc pœnam eſſe grauiorẽ Pondere: id eſt tanta mole gloriæ & nominis. Premit:aggrauat. Res aduerſas: recte dicit. nã qui diu in fœlicitate fuit aduerſam fortunam grauius ferre conſueuit:diuturna fœlicitas eſt quoddã quaſi onus interim aduerſitate ſuperueniente. Vrget: ſcilicet res aduerſas. Fatiſꝗ prioribus:uidelicet ſecundis:quia ſuperiori tempore fata putabantur proſpera ſed nunc magis illum premebant res aduerſæ. Nunc feſtinatos:uidelicet ꝙ ante trigeſimum annum de Sicilia de Aphrica triumphauit: parta uictoria auſpiciis ſyluæ. Acta ſyllana:id eſt auſpiciis ſyllæ:quia miſſus eſt in Aphricam contra Domicium quem uicit:& in Sicilia cõtra Gn. carbonem quem & ipſum ſuperauit:& de utraque prouincia triumphauit:quia non licebat alicui de ciue triumphum ducere. Laurifere iuuentæ:Quia poſtea lauream coronam accepit:cum ſublimis triumphali curru per urbẽ ueheretur hic enim erat mos qui triumphantibus præſtabatur. Nunc & coricias: in mentem ueniebant priſtinæ uictoriæ pompeio:quæ ſibi maiorem moleſtiam ac dolorem afferebant. Coricias claſſes: id eſt piraticas. ſex enim menſibus mare pacatum reddidit pompeius: quod piratæ infeſtum fecerant. Circa Coricium ciliciæ crocum plurimum optimumque naſcitur auctore Solino capitulo. quinquageſimo primo det licet cyrena:det lycia:hoc primum eſt ſpirat flagrantis: colore plus aureo eſt ſuccoque citius ꝓficit ad medelã:ibi Coricus oppidũ eſt:& ſpecus:q mõtẽ ĩpoſitũ maria ſũmo cauat uertice: patulis hiatu ãpliſſimo. nã deiectis lateribꝫ ĩ terræ ꝓfũdũ nemoroſo orbe ãplectit mediã ĩanitatẽ: uirẽs ĩtrorſus lucis pẽdẽtibꝫ deſcẽſus ĩ eũ ꝑ duo milia & quĩgẽtos paſſus nõ ſine largo die: hic ĩde fõtiũ aſſidua ſcaturigine

Et hēs aditū.i.uiā nō aduertis hac fœlicitate mea:magnæ tibi oſtēdendæ uirtutis oblatā eē occaſionem
Laudis ī hoc ſexu.ſ.muliebri nullū ē maius argumētū laudis:q̄ miſeriā uiri ſi fortiter uxor tulerit:non enī ipſa pōt ex admīſtratiōe reipu.laudē aliquā compare. Nō legū iura.ſ.ī regēda repu. Nec arma.ſ.in exercenda diſciplina militari. Cōiunx miſer:ē ſola materia mulieri:ut laudē acq̄rat ſi eius miſeriā fortiter tulerit. Erige mentē:uidelicet excita aīum tuū. Et tua cū fatis.p.d.i.pietas tua erga me uirū tuum miſeria cōfectū pugnetur cōtra fortunā. Et ipſū ꝙ ſū uictus ama:Cū ī fœlicitate me poſitū amaueris: nō poteſt ītelligi:utrū amor ille uerus eēt:nec ne.nunc āt ſi me amabis:nihil dubitatiōis erit:qn me ames. A me ꝙ faſces.i.honores cōſulis diſceſſerūt: uidelicet ut me nō cætera ornamēta amare uidearis. Faſces:dicti a faſciculis uirgarū:nā lictores præferebātur cōſulis ſecuris ī tergo portātes: qbus uirgarum faſciculi erāt alligati. Tāta manus:ideſt tātus comitatus. Ideo īcipe magnū ſola ſequi:Modo tu ſola ſeq debes pōpeiū:qa antea me ſequebātur ſenatuſ tot reges:tot tātæꝗ clientelæ. Deformis adhuc:ſēſus ē:Turpe eſt tantū dolere adhuc uiuente marito ut dolor augeri nō poſſit in morte ſua: & declarat quod dixit deformis dolor uidelic&. Sūmus & augeri uetitus.i.cui aliqd accedere nō poteſt. Vltia.ſ.poſt mortē uiri. Tu nulla tuliſti:ꝙ ego uictuſ fuerim:nihil ad iacturā tuā ptinet: nā hēs uirū tuū incolumen:quē amabas: & amare debueras: ſed ſi ita tu luges quaſi me amiſeris tūc oībus oſtēdes ꝙ nō me:ſed ornamēta mea potius amabas. Viuit poſt prælia magnus:& īcolumis eſt:ergo aliud quærere nō debes. Quod defles illud amaſti: uideris enī amare fortunā ſecundā:quā amiſiſ:quādoqdem me incolumi tantopere doles. Vocibus his:nunc dicit quē effectū habuerit cōſolatio pōpeii apd̄ uxorem. Correpta:caſtigata. Vix ægra:Quia iam ꝑlapſa ceciderat. Rūpente:ꝑ erūpente:emittente.

O utinā ī thalamos:cū lachrymis legendū ē o utinā inqt nupſiſſem cæſari:ut ī domū ipſius fortunā aduerſā tuliſſem quādoqdem auctor eē debui maritos meos facere infœliceſ. Inuiſi:odioſi. Et nulli læta marito:īmmo triſtis:ſicut tibi.& craſſo īpatori adoleſcēti:q ſub cæſare militauerit ī gallia: ſub quo cæſare anteq̄ corneliæ matrimonio ſe iūxiſſet bellicis rebus magnā gloriā & laudē cōſecutus fuit Craſſus pater eius prouīciā Parthiā & Aſiā obtinuit:cū tamen Rex parthorū nullā iniuriā populo Romano feciſſet:ſed hæc cā tātūmodo ad bellū impulit craſſum:qa cupiebat aurū eius auferre: cuius auidiſſimus erat & ī cōparādo exercitu filiū ſuū a militia cæſaris deduxit:& cū in parthia ueniſſet quia parū cautus imperatoꝛ eſſet in inſidias præcipitatus ē: & ſagittis parthorū obrutus. Bis nocui mundo.ſ.ſemel craſſo:nūc tibi o magne. Pronuba: dicitur illa quæ ſpōſā comitatur pria nocte in thalamū uiri. Herynis:una ex furiis inferni dicit fuiſſe pronubā quæ ſe in thalamos primū craſſi:deinde pom.comitata fuerit. Vmbræ.ſ.duxerūt.i.umbra mariti mei Craſſi & pater eius. Manibus:ſcilicet īferorū eandem fortunā o magne habes:quā craſſi hūerūt in aſſyria.

Aſſyrios:nam parthia ē aſſyriæ pars ubi Ninus regnauit. Manibus.ſ.craſſi aīabus mortuorū cæſorū Præcipites:po.ſ.parthicos. Dedi.feci: A cauſa meli.id eſt honeſtiori. Coniunx: ſcilicet pom. Indigne tha.uidelicet quod meruerat fœliciorem uxorem ducere. Hoc iuris:uidelicet ut te opprimat. Caput:ſcilicet tanti uiri qui ſemper uictoriam ex hoſtibus conſequi uſus fueris. Nunc accipe pœnas: id eſt cū tibi tātūmō iūcta ſū:ſūe pœnas de me. Quas ſpōte luā:Ego libēs ī qt patiar pœnas:ut me mortua īcipiāt tibi uēti eē ſecūdi:cū nauigaueris:ſcis iō me comite oīa tibi aduerſa fuiſſe. Mollib.i. trāqllib. Certa.ſ. r.ſ.ut reges fideles ſint tibi. Orbis:obſequēs erit tibi ſi ego piero. Sparge.m.i.fluctib maris imerge me

Frāgis:ſ habes aditū māſuræ in ſæcula famæ.
Laudis in hoc ſexu:non legum iura:nec arma
Vnica materia eſt coniunx miſer:erige mentē
Et tua cum fatis pietas decertet & ipſum
Quod ſū uictuſ ama nūc ſū tibi gloria maior
A me quod faſces:& quod pia turba ſenatus
Tātaque diſceſſit regū manus incipe magnū
Sola ſequi deformis adhuc uiuente marito
Sūmus & augeri uetitus dolor:ultima debet
Eſſe fides lugere uirum tu nulla tuliſti
Bello damna meo:uiuit poſt prælia magnus
Sed fortuna perit:quod defles illud amaſti.
Vocibus his correpta uiri:uix ægra leuauit
Membra ſolo: tales gemitu rūpente querelas.
Outinam in thalamos inuiſi cæſaris iſſem
Infœlix coniunx & nulli læta marito:
Bis nocui mundo:me pronuba ducit erynnis
Craſſorumꝗ umbræ:deuotaꝗ manibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli:ciuilia caſus.
Præcipiteſꝗ dedi populos:cunctoſꝗ fugaui
A cauſa meliore deos:o maxime coniunx:
O thalamis indigne meis:hoc iuris habebat
In tantum fortuna caput:ſ cur impia nupſi
Si miſerum factura fui:ſ nunc accipe pœnas:
Sed quas ſpōte luā: quo ſit tibi mollius æquor
Certa fides regum:totuſque paratior orbis
Sparge mari comitem: mallē fœlicibus armis

Dependiſſe caput.i.caput meũ dediſſe neci. Armis fœlicibus:cũ adhuc eẽs in fœlicitate. Nũc clades Quãdo nõ perii adhuc te fœlicitate utẽte:pereã certe:ãte q̃ oĩo te ſæua fortũa premat. Luſtra:purga clades tuas morte mea. Vbicũq; iaces:cõuertit ad iuliã ades nũc o iulia ſi irata es põpeio q; ei nupſerim & nũc morte mea patrẽ tuũ cæſarem placa ne amplius ſæuiat cõtra pom. Crudelis:Quæ nimiũ ſæuis contra uirũ tuũ:quia irata es:q; ego nupſerim põpeio. Exige:ſume pœnas de me. Pellice.ſ.eme.pellex proprie dicit quæ alieno uiro cõiungit:& dicit a pelliciendo:q; blãditiis pelliciat ad ſe alienũ uirũ. Cũcto/

Dependiſſe caput: nunc clades deniq; luſtra.
Magne tuas:ubicunq; iaces ciuilibus armis
Noſtros ulta toros ades huc:atq; exige pœnas
Iulia crudelis:placataq; pellice cæſa
Magno parce tuo.ſic fata iterumq; refuſa
Coniugis ĩ gremiũ:cũctorũ lumina ſoluit
In lachrymas:duri flectũtur pectora magni.
Siccaq; theſſaliæ confudit lumina leſbos
Tunc mitylenæum pleno iam littore uulgus
Affatur magnũ.ſi maxima gloria nobis
Semper erit:tanti pignus ſeruaſſe mariti.
Tu quoq; deuotos ſacro tibi fœdere muros
Oramus ſocioſq; lares dignare uel una
Nocte tua:fac magne locũ:quẽ cũcta reuiſãt
Sæcula.quẽ ueniens hoſpes romanus adoret.
Nulla tibi ſubeũda magis ſunt mœnia uicto
Oĩa uictoris poſſunt ſperare fauorem.
Nec iã crimẽ habẽt:qd quod iacet iſula põto
Cæſar eget ratibus:ꝓcerũ pars magna coibit
Certa loci:noto reparãdũ eſt littore fatum.
Accipe tẽplorũ cultus aurumq; deorum
Accipe ſi terris ſi puppibus iſta iuuentus
Aptior eſt tota quãtum ualet utere leſbo.

rum lumina ſoluit:id eſt lachrymas omnibus commouit: qui aderaat: quia plena commiſerationis erat. Refuſa:reuoluta. In lachrymas duri:& ipſe pompeius: qui fortiſſimus erat: & qui ſine lachrymis cladem pharſalicam tulerat lachrymas temperare non potuit. Sicca:id eſt ſine lachrymis. Leſbos: uidelicet Cornelia quæ in Leſbo erat. Cõfundit:pturbat. Tũc Mityleneũ: poſtq̃ pompeius corneliã uxorẽ ꝓpemodũ cõſolatus eſt: & ad ferendã fortunã fortiter excitauit: iamq; oĩs Mitylenæ populus ĩ littora effuſus erat:ut honoris gratia pompeiũ exciperet:& ipſũ orare ĩſtituerat ut una nocte in urbẽ ſuam pnoctare uellet.Hãc Mitylenorũ inuitationẽ põpeius gratiſſimã hũit:Sed excuſauit celeritatẽ ſuam q; in ea re ipſis morem gerere nõ poſſet cũ maiora ſibi negocia ĩminerẽt. Mityleneũ uulgus poſſeſſiuũ ẽ ꝓ primitiuo nã mitylenẽſe dicere debuit ſicut a Verona ueronenſis:ſed non nuuquam poetæ imo etiam oratores & hyſtorici poſſeſſiuum pro primitiuo ponere conſueuerunt Formatur autem in græcis nominibus poſſeſſiuũ hoc modo. Nomen deſinens in Η græcum mutat ai diphthongũ in e conuerſa & addita os facit apud græcos:apud latinos addita us faciunt poſſeſſiuum ut Η chirini ΤΗΣ chirinis ai diphthongum ĩ æ mutatur in eos:ut chirineos:nos dicimus cyreneus neaum.& ſic de cæteris:eodẽ modo Mityleneus. Si: ꝓ quia. Tãti pignus ſeruaſſe mariti:uidelic& uxorem uiro acceptã & obſequentẽ:nã nil carius eẽ poteſt uxore obſequẽti uiro. Tu quoq;.i.ſimilr ſicut uxor diu apud nos hĩtare dignata fuit. Deuotos: deſtinatos & tibi deditos. Lares:uidelic& ædes ueſtras.Nã & lares domeſtici ſunt dii. Vel:pro ſaltẽ nã polyſemus ſermo ẽ uel ſignificat aut:etiã:& ſaltem:ut hoc loco:uel ꝓ certe nõnunq̃ ponit. Fac magne locũ.i.cuius deſiderio uideant ueneratione quadam ſeruatæ fidei quot in rebus aduerſis fidem tibi ſeruauit. Adoret:uidelic& reuerentia quadam:q; fides apud nos inuiolata pſtiterit in rebus aduerſis & rationes affert cur hoc facere debeat pompeius:Quia. Omnia uictoris:Cætera oppida ſi te non acceperint ſperare poſſunt Cæſaris gratiam:at uero nos iam in culpa ſumus:quia uxorem tuam fideliter ſeruauimus. Omnia:ſcilicet alia mœnia. Poſſunt ſperare fauorem:uidelicet ſi te non acceperint. Hæc ſcilicet noſtra. Crimen:id eſt culpam habent:quia ſeruauimus tuam uxorem: quid ſcilicet dicendum eſt ad hoc quod põto tuta eſt iſula noſtra in medio mari poſita:& Cæſar naues paratas non habet:ut ſe huc conferat.Alia ratio cur tutius habitabis in lecto una cum cornelia. Procerum pars magna co.Deinde ſi comites uis habere ſenatores:qui ſuperſtites ſunt:dubitare non potes:quin huc omnes ueniant ſciunt:enim hic corneliam & uerisimiliter te quoque recepiſſe. Coibit: ad hãc noſtram urbem Leſbon.

Fatum:pro fortuna tua. Noto:tibi ac tuis. Accipe templorum cultus:& ut intelligas quo erga te: animo ſumus:parati ſumus omnia in tuam poteſtatem committere:templa quoque deorum cum ornamentis auro & argento & quicquid ibi eſt tantummodo eſſe uolumus. Cultus: ornamenta templorum: aurum:ſcilicet accipe quo ſimulacra deorum ornata ſunt. Si terris ſi puppibus:iuuentutem noſtram ſcito tibi obſequentiſſimam eſſe ſiue mari:ſiue terra:uſum ipſius accipere malis: nam quia in mari erant:maritimis rebus aſſueti erant. Terris: id eſt terreſtri bello. Puppibus: uidelicet nauali bello.

Hoc ſolum crimen:unū eſt quod præcæteris te exoratū uolumus uidelicet ut hanc ſuſpitionē de no/bis adimas:Ne dū fœlix eras uidearis nobis eſſe confuſus:tunc uidelic& cū apud nos uxor tua fuit:poſt ue ro acceptam cladē:cū iam te aduerſa premere incipiant:nobis confidere nō poſſe uideare:nam ſi noſtra mœnia intraueris:nullā huiuſmodi ſuſpitionē habebimus. Crimen:id eſt culpam & ſuſpitionem. Be nemeritæ terræ:ſcilicet noſtræ:q̄ de te benemerita eſt. Fœlix:dum in fœlicitate eras. Miſer: poſtq̄ in miſeriā ueniſti ſuſpectā habere exiſtimes fidem noſtram. Tali pietate uirorū: hæc oratio plena libera/litatis fuit Mitylenorū:nunc dicit q̄ grata fuit pom peio eorum pollicitatio. Lætus: reſponſio pom/peii eſt dicētis q̄ grata ſit mihi Ciuitas ueſtra:ex hoc cognoſcere poteſtis: quod pignus apud uos: quod carius eſſe poteſt:repoſueri. Noīe.i.cā. Cicero in ſecūdo epiſtolarū.Quāq̄ me noīe neglıgētiæ: id eſt cauſa. Nomine mūdi:uidelicet ꝙ in aliqua mūdi parte fides inueniretur & eſſe dicatur. Solū nul/lā terrā. Leſbos tenuit affectus.i. amores noſtros ſeruauit. Hac obſide:demōſtrantis eſt:Nā oſten/dit corneliā. Hic:in īſula Leſbo. Sacra do.de/clarat. Sacriq; penates:hic mihi Roma fuit:nam leſbon loco urbis romæ habui. Non ulla in litto ra:Præterea non ſolum ex hoc cognoſcere poteſtis quod uobis commendauerim Corneliam me uos amare:uerum etiam ꝙ uictus ſtatim ad uos me re/cepi:ut facile omnibus apparere poſſit: quantam uobis fidem præſtiterim. Cæſaris iram: collige/bam ex eo ꝙ meam comitem ſeruaueritis meruiſſe uos:ut Cæſar uobis iratus eſſet. Tātam ueniæ ma teriam:id eſt tantam occaſionem beneficii:nam ue niam pro beneficio poſuit:ut Virgilius. Satis eſt feciſſe no.uidelicet ꝙ cæſarem uobis infeſtum fece rim collocando corneliam apud uos. Fata mihi totum:nunc maiora inſtāt:uidelicet ut experiar to/tum orbem:quæ nam ſit fortuna mea:& nunquid apud alias gentes fidem inueniam? Agitanda:cō/mouenda. Heu nimium fœlix:nam ſi alii fidem ſeruabunt: fœlix es ꝙ omnes exemplo tuo fecerint Sin aliter fides tua præſtātior erit ꝙ ſolā fidem ſer/uaueris. Heu:ē quaſi admirātis. Siue doces po pulos.ſ.ſeruare fidē exēplo tuo. Admittere:recipe re pōpeiū ſicut tu. Nā quærere certū eſt:Quia cō/ſtitui quærere ubi iuſtitia ſit:& iniuſtitia. Iuſtitia ſi me ſeruauerit:& accepint fideliter.Iniuſtitia & im/pietas:ſi cōtra me ꝓditōe utētur. Fas:iuſtitia. Sce lus.i.ꝑfidia. Accipe nomē:nūc ſuā orationē ita cō cludit pōpeius:ut primū deos obteſtet: ſiquis ad/huc deus mecū eſt quaſi oēs alii a me diſceſſerint: il lū orato : ut faciat mihi alios populos nō aliter ſer/uare fidē q̄ Leſbos ſeruauit:ut ſiue intrare uelim ſiue exire mihi ſemper limina pateant. Numen:id eſt deus. Non intrare:utrūq; dixit non uetent itrare nec exire: ſicut fecit Lerſbos:nā Ptholemæus non ue/tuit intrare ſed uetuit exire:quia iuſſit eum occidi. Subactum: domitum. Mœſtamq; carinæ impo. cum Pompeius diſcederet cum comite ſua:non aliter lachrymas de digreſſu ſuo mitylenei dabant q̄ ſi oēs relicta patria in alienas regiones migrarent. Mutare tel.ire in exilium. Sic:id eſt uſq; adeo plangitur.
Infeſtæ:iratæ aduerſæ:ſicut fieri ſolet.o dii qui mihi hunc tantum uerum tanta miſeria & calamitate præſtitiſtis. Pompeiumq; minus:tā&ſi ipſis moleſtus fuerat diſceſſus pompeii:tamen aliquanto mole ſtius diſceſſum Corneliæ tulerunt ob humanitatem & liberalitatem mulierſ:cuiuſ uirtute ac manſuetu/dine omnes ſibi deuinxerat. Minus:quam Corneliam: Cuius fortuna:Tam&ſi ipſe auctor erat & cau/ſa doloris. Quā toto tēpore:Nā commiſeratione ipſius mouebātur populi oēs:ꝙ uidelic& de ſūmo & grādi loco ad tātam calamitatem deueniſſe Dominæ:qa ita complectebātur eam quaſi una conciuis eſſet.

Hoc ſolū crimen meritæ bene detrahe terræ
Ne noſtrā uidere fidem felixque ſecutus
Et damnaſſe miſer:tali pietate uirorum
Lætus i aduerſis:& mundi noīe gaudens
Eſſe fide:nullū toto mihi dixit in orbe
Gratius eſſe ſolū:nō paruo pignore uobis
Oſtendi:tenuit noſtros hac obſide leſbos
Affectus hic ſacra domus charique penates
Hic mihi roma fuit.nō ullo in littore puppē
Ante dedi fugiens:ſæui cū cæſaris iram
Iam ſcirem meritā ſeruata coniuge leſbon
Nō ueritus tantā ueniæ cōmittere uobis
Materiā:ſed iam ſatis eſt feciſſe nocentes.
Fata mihi totum mea ſunt agitanda ꝑ orbem
Heu nimiū fœlix æterno nomine leſbos.
Siue doces populos rēgeſque admittere magnū
Seu præſtas mihi ſola fidē:nūc quærere certū ē
Fas q̄bus in terris:ubi ſit ſcelus:accipe numen
Si qd̄ adhuc mecum ē uotorum extrēa meoꝝ
Da ſimiles leſbo populos q marte ſubactum
Nō intrare ſuos infeſto cæſare portus.
Nō exire uetent:dixit mœſtamque carinæ.
Impoſuit comitem cunctos mutare putares
Tellurem patriæque ſolum:ſic littore toto
Plāgitur infeſta tendunt in æthera dextræ.
Pōpeiumque minus:cuius fortuna dolorem
Mouerat:aſt illa quā toto tempore belli
Vt ciuem uidere ſuam diſcedere cernens

Ingemuit uulgus.quã uix ſi caſtra mariti
Victoris peterent ſiccis dimittere matres.
Iam poterãt oculis tãto deuĩxit amore.
Hos pudor hos ꝓbitas:caſtiq; modeſtia uult;
Quod ſũmiſſa nimiſ nulli grauiſ hoſpita turbe
Stãtis adhuc fati uix quaſi cõiuge uicto.
Iam pelago medios titan demiſſus ad ignes.
Nec quib; abſcõdit nec ſi quibus exerit orbẽ
Totus erat uigiles pompeii pectore curæ:
Nũc ſocias adeũt romani fœderis urbes.
Et uarias regũ mentes:nũc inuia mundi
Arua ſup nimios ſoles: auſtrumq; iacentis:
Sæpe labor mœſtus curarũ: odiũq; futuri
Proiecit feſſos incerti pectoris æſtus.
Rectorũque ratis de cũctis cõſulit aſtris
Vnde notet terras: quæ ſit mẽſura ſecandi
Aequoris in cælo:ſyriã quo ſydere ſeruet
Aut quotuſ ĩ plauſtro libyã bene dirigat igniſ
Doctus ad hæc fatur taciti ſeruator olympi.
Signifero quæcũq; fluunt labentia cælo:
Nũquã ſtãte polo:miſeros fallentia nautas:
Sydera nõ ſequimur:ſed qui nõ mergit̃ undiſ

Quam ſi:nec mirũ ſi in diſceſſu ipſius fleuere matronæ: nam etiam ſi uirũ feciſſet uictorem: non poterant uidere illam ſine lachrymis diſcedere:quanto ergo magis uicto uiro ſuo. Si:pro quis. Peteret ca.m.uidelic& ſi ad lætitiã iret nõ ad mœrorẽ:& reddit ratõem. Tãto.d.amore:quia diuerſis uirtutibus ſuis Cornelia omnes ſibi miro quodã amore deuinxerat. Deuinxit:coniunx. Caſtiq; mo. uultus:quia innatã uultu habebat quandam modeſtiã:& cũ oẽs dignitate præſtaret:humilibus quibuſq; par eſſe uideret. Sũmiſſa:remiſſa:qa ſe humilib; æquabat. Nulli grauis:imo ſuauis:q̃ adhuc i fœlicitate eẽt. Turbæ ignobili:uulgo & multitudini. Stãtis adhuc fati: quis adhuc eſſet in fœlicitate. Iã pelago medios: deſcribit tempus quo pompeius nauigans:animũ ĩ diuerſas curas iactabat:animo conſiderãs an urbes peteret:an reges:an populos: & ſecum animo uoluens quibus magis crederet:dicit enim non omnino ad occaſum deſcenderat ſol:quia dimidius ſolis erat in hemiſperio noſtro: & in hemiſperio inferiori:tum quum aduerſis curis animus pompeii diſtrahi cœpit:ad quos ꝓficiſceretur populos. Nec quibus abſcondit:ſcilicet nobis. Nec ſi quibus exerit:id eſt aperit antipodis:ſecundum uulgares philoſophos loquitur:dicunt antipodes eſſe:uidelicet qui pedes nobis obuerſos habẽt:& quum ſol abeſt hemiſperio noſtro ad hemiſperium terrarum nobis oppoſitum deſcendit.hic nox efficitur:illic uero dies & e contra:ſi uerum eſt. Ad medios ignes.i. ad medios orbes igneos:quia igneus eſt ſol. Nũc aliquãdo. Adeũt.i.intendunt ad urbes. Socias romani fœ.i.coniunctas fœdere romanis. Varias mentes.r.q; reges ſolent uarii eſſe atq; diuerſi. Inuia arua:& declarat uidelic& ſuper nimios ſoles.ſ. in libyam. Auſtrumq; iacentẽ.i.depreſſũ reſpectu ſeptẽtrionis:nam auſter uentus eſt meridionalis:ubi poſita eſt libya & ægyptus. Sæpe labor mœſtus:aliquando etiã nitebatur obliuiſci huiuſmodi curarũ & loquebatur cum gubernatore nauis: petebatq; quibus ſtellis uteretur nautæ cũ in diuerſa loca nauẽ intendere uellent:ut interea deponeret curas. Mœſtus curarũ.i.propter curas ſicut dicimus feſſus rerũ. Odiumq; futuri.ſ.fati.i. gentibus & regibus. Feſſos æſtus:æſtus appellat cogitationes & fluctuationes mẽtis ambiguas:& comparat fluctibus maris:ſicut Virgilius: Aeneas uario curarũ fluctuat æſtu. De cunctis aſtris:uidelicet quibus ſtellis utitur in nauigatione. Vnde:a quibus aſtris. Secandi æquoris.i.nauigandi:nam ex ſyderibus & menſura ſtellaꝝ ĩtelligũt nautæ qua pte maris: & quãto ſpatio nauigauerĩt & nauigaturi ſint. Syriã quo ſydere:dic mihi qua ſtella nauigatur in ſyriam.nam tẽdebat in ſyriã:ut ſenatus ſententiã illius audiret. Libya.i.q̃ ſtella dicitur nauigari in libyã:nã nauigabat ĩ libyam pompeius ad regem Iubam:hoc ideo dicit arctophilax:id eſt minor urſa:quæ habitat in ſella ipſius plauſtri:ſolet oſtendere nauigationẽ maris nautis. Quotus ignis:nã maior urſa meridiẽ uerſus ambitur a cauda ſerpentis:ſed minor urſa ſeptemtrionem uerſus ambitur a capite ſerpentis:nunc ergo dicit quotus ignis:quia ſerpens iſte ſeptem ſtellas habet:quæ imaginem ipſius oſtendunt:habet unam in humero:alteram in pectore:tertiam ĩ dorſo:quartam in uentre: tres autem in cauda. Sunt etiam aliæ ſtellæ lucentes:quæ has ſeptem præcedunt:ſic dictæ quod ſemper uideant̃:unde ſtella eſt quam uulgo occiduam uocant:per antiphraſim:quod nunquã occidat hanc dicunt aſtrologi eſſe ſole ualde maiorem:quamuis non ita uideatur:nam remotiſſima eſt a nobis:ut nec ſplendorem ſuum oſtendat:& ita nobis per exigua apparet. Quotus ignis:in prima uel in ſecunda uel in tertia in plauſtro. Doctus ad hoc fatur: introducit nunc reſpondere pompeio gubernatorem nauis qui peritus erat eiuſmodi artis. Seruator taciti olympi:id eſt nocturni cæli. Signifero cælo:id eſt ſtellato: nolim exiſtimes me o pompei ſeruare ſtellas omnes:& præcipue errantes:ſicuti nonnulli gubernatores qui ita errãt ſicut & illæ:ſed tantummodo ſtellas ſeptemtrionales polum uertentes:quæ nunquam occidunt. Polo:cælo:pars pro toto:quia polus nunquam ſtat:ſed ſemper uertitur in contrariam partem. Labentia:id eſt errantia.

Axis inocciduus gemina clariſſimus arcto
Ille regit puppes: hic cum mihi ſemꝑ in altum
Surget & iſtabit ſūmos mior urſa cheruchis
Boſphoron & ſcythiæ curuātē littora pontū
Spectamus: quicqd deſcēdit ab arbore ſūma
Arctophilax propiorq; mari cinoſura feretur
In ſyriæ portus tendat ratis: inde canopos
Excipit auſtrali cælo cōtenta uagari
Stella timēs boream: illa quoque ꝑge ſiniſtra
Trās pharon: ī medio tāgit ratiſ æquorꝭ ſyrtim
Sed quo uela dari: quo nūc pede carbaſa tēdi
Noſtra iubes dubio cōtra cui pectorꝭ magnus
Hoc ſolū toto reſpōdit in æquore ſerua
Vt ſit ab æmathiis ſemꝑ tua longius oris
Puppis: & heſperiā pelago: cæloque reliquas
Cætera da uētis comitē pignuſque recepi
Depoſitū tū certus eram quæ littora uellem
Non portū fortuna dabit: ſic fatur at ille
Iuſta uela modo pendētia cornibus æquis
Torſit: & ī leuum puppim dedit utque ſecaret
Quas aſiæ cautes: & q̄s chyos aſperat ūdas

Axis inocciduus: uidelic& ſeptētrionalis uulgo la tramontana: quia nūquam occidit. Gemina arcto uidelic& maiori urſa & minori: Maior urſa ut ante dictum: meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis: nam cauda in ſerpentis modū per utranq; uerſa fluit: minor uero urſa capite cingitur hæc minor urſa helice appellatur: & diuerſis noībus. ſ. cinoſura: Arctophilax: arctuſa: minor uero phœnix: eo ꝙ phœnicibus luxit nauigātibus: ut illud Ouidii: Eſſe duos arctos quaꝝ cinoſura petatur: Sidonis heliacē graia carina tenet: uidelic& minorē urſā. Hic. ſ. axis. i. minor urſa quæ plauſtrū uehit. Sūmis cheruchis: cū urſa mīor uidebiť poēdiculariter ī ſūmitate mali ferꝭ plauſtꝝ nūc nobis curſus erit in boſſorū nā duo ſūt. ſ. boſſori bizātii & ſcythiæ. boſſorus dꝛ tātūmodo bizātii: eo ꝙ Iuppiter ī formā bouis cōuerſus uexit Europā de phœnicia in græciam: & de nomine puellæ appellauit Europam tertiam orbis partem: in qua ēt Italia. unde ad ſimilitudinem illius eſt boſſorus ſcythiæ appellatus. At ut inquit Strabo os byzantiacum thracius boſſorus appellatur. Cimerius uero boſſorus dicitur quodcūq; meotidis paludis oſtium continet: dictum cimerius quaſi cimbricus: ꝙ cimbri errabundi militiam ſuam ad meotim uſq; agitarint. Pontum: inſulam in qua Mitridates regnauit. Cheruchis: ſignificat ſummitatem mali: nam cheris to cheratos: ſignificat cornu: nam āthenæ habēt cornua. Virgilius: Cornua uelatarum obuertimus ātenarum. ſchon ē participium huiuſ uerbi ſchoo & a cheron ſchon componitur cheraſcon. Quicquid deſcendit ab arbore ſumma: reſpondet ad illud qđ pom. petierat ſuperius: ſcilicet ſyriam quo ſydere ſeruet: ſed cum nō nihil plauſtrum declinauerit a ſummitate mali: tunc petimus ſyriam. Proprior mari: ideſt quantuluncūq; plauſtrum declinauerit a ſummitate mali: & capite: ferire uidebitur maris undas: tunc ſpectamus ſyriam & eo nauē dirigimus. Cinoſura: quam ſuperius appellauit arctophilacem nunc cinoſuram uocat ad ſimilitudinem: uidelicet minorem urſā. Proprior ma. unū ſequitur ex reliquo: nā q̄to magis declinat a ſūmitate mali. tāto magis uideť approxīquare mari. Inde canopos: uulgo qdā exiſtimant canopū eē ſtellā lucētē: quia uidelicet ē nominatiui caſus: & reſpiciunt ad: illud inde canopos excipit: ſed ego nō ſic ſentio & intelligo canopos. uidelicet ægyptiacos a parte illa ægypti: quæ canopos dicta ē a canopo gubernatore Menelai ibi ſubmerſo & intelligo. Stella timens boream: maiorem urſam. quare timens boream: quia niſi curſum ad meridiem uerſus tendat: timet boream quo ſpirante denſantur nubes: quibus illa obſcuratur nam cum ſit in auſtrali plaga meridiem uerſus timet plagam. Trans pharon: ideſt ultra ægyptum: reſpondet ad illud quod interrogauerat pompeius: uidelicet qua ſtella meridiem petat. Illa ſiniſtra: ſcilicet maiore urſa exiſtente in parte ſiniſtra. Syrtim: cui contigua eſt ægyptus. Sed quo uela dari: cum pompeius & gubernator nauis ita inter ſe quaſi confabularentur: de ſigniſ cæleſtibus: quæ nautæ ſeruare conſueuerunt: & ad omnia quæ pompeius quæſierat r̄ſpondiſſet: poſtea interrogauerat: eum quam in partē potiſſimū nauigare deberet: ad hæc pōpeius reſpōdit īcertuſ ad quē locū prius nauigare: quocunq; inquit nauem & curſum dirigito dummodo procul a campis æmathiis nauiges: nos deinde ī fluctus fortuna reget. Quo: in quam partem iubes uela dari. Quo nunc pede. c. t. idem dicit: nam uela dari: & carbaſa tendi idē ē. Carbaſa: uela ſūt dicta a generꝭ lini ſubtiliſſimi qđ ita appellať: quo texunt uela. Quo pede: dicit morē nautaꝝ nā pede ītēdūť rudēteſ qbꝫ uela ꝓ uolūtate nautaꝝ uertunť. Cōtra: ex aduerſo reſpōdit pō. Dubio pectore: incerta mēte: nō enī ſatis deliberauerat quo potiſſimū iter teneret. Heſperiā: uidelicet italiam: neque in æmathiam nauem dirigere uolebat. Pelago: nauigando. Cælo: ſydera cō ſyderando. Da: relinque. Pignus: ſcilicet Corneliam. Tunc certus eram: ſcilicet anteq̄ uxorē accepiſſem certus eram quo nauigabam. uidelicet in inſulam Leſbon: nunc uero ſcio quæ loca fugiam: quæ autem petam neſcio. Sic fatur: pompeius & gubernator ab his regionibus auertit nauē: quas attīgere pō. nolebat. Iuſto: recto modo pro uoluntate nauigātis. Dedit: legauit ī ꝓrā. Quas aſinæ cautes.

Vt per mediã aſinã & chion nauigaret. Aſina terræ pagus argiuæ: penes lacedemoniã: naupliam: ut refert Strabo libro octauo. ex ea inquilini in meſſeniũ agrũ cõmigrarunt: eodẽ quo Aſina oppidulũ argolicũ uocabulo nuncupata dryopũ domiciliũ & Aſinã fuiſſe memorant qui ex uicinis ſperchio locis extitere: Euxinus põtus ẽt Aſinos ante appellatus ẽ: ut refert Solinus cap. xxxvi. Aſperat undas: nã ubi ſcopulus eſt ibi ẽt unda maris eſt aſperior. Chios: alia inſula. Eretrienſes auctore Strabone libro decimo. Chios itẽ tenios Andrioſq; ſuæ ditioni in ætholia ſubiectas hũere. Verum ut libro quartodecimo idem ſtrabo refert. Chius circum nauigationẽ habet ſtadiorũ nungentorũ: ſi quis ſecus terram deferatur: ea urbẽ & portũ optimũ hẽt & nauale: nauiũ octuaginta Chii olim claſſem hũere & maris imperiũ & libertatẽ ſibi uẽdicauerũt e Chio ĩ leſbũ uento auſtro ſunt ſtadia circiter quadraginta. Viri e Chio elegãtes fuerũt Ion tragicus: & Theopompus hiſtoricus & Theocritus Sophiſta. Motus .ſ. nauis nã pro mutatione uelorum mutata eſt nauigatio. Aliter: alio modo

Hos dedit in prorã: tenet hos in puppe rudẽtes
Aequora ſenſerunt motus: aliterque ſecante
Iam pelagus roſtro: nec idem ſpectãte carina
Mutauere ſonũ: non ſic moderator equorum
Dexteriore rota leuum cum circuit orbem
Cogit in offenſæ currus accedere metæ.
Oſtendit terras titan: & ſydera texit.
Sparſus ab æmathia fugit quicũque procella
Aſſequitur magnũ: primuſque a littore leſbi
Ocurrit natus: procerum mox turba fidelis:
Nam neque deiecto fatis acieque fugato.
Abſtulerat magno regeſ fortuna miniſtroſ
Terrarum dominos: & ſcœptra eoa tenentes
Exul habet comites: iubet ire in deuia mundi
Deiotarum: qui ſparſa ducis ueſtigia legit.
Quando ait æmathiis amiſſus cladibus orbis
Qua romanus erat ſupereſt fidiſſime regum
Eoam tentare fidem: populoſque bibentes
Eufratem: & adhuc ſecurum a cæſare tigrim
Nec pigeat magno quærentem fata remotas
Medorũ penetrare dõos: ſythicoſque receſſuſ
Et totum mutare diem. uoceſque ſuperbo

Secante: nauigante. Roſtro .i. prora. Idem .ſ. mare quod ante. Sonũ .ſ. uelorũ ſtrepitum & nauigationis. Non ſic moderator: Dicit nõ maiore arte aurigam ferre currũ circa metã in ludis olympicis: q̃ hic gubernator obuertit nauẽ cõtortis uelis. Moderator equorũ .i. auriga: nam ludis olympicis ad metã currebatꝰ curru: & q prior metã illã curru circuiſſet hic primũ palmã obtinebat: ſed quãto interius circũuoluebãt currũ: tanto etiã celerius id faciebãt: & ob hãc cãm cũ oẽs interiores. uidelic& propiquiores ad metã circũuoluere uellẽt currum: niſi pitiſſimus eẽt artis currus ĩ metã lapideam frangebat: unde opus erat magna arte. Inoffenſæ: ĩ tactæ. Metæ: metam appellat illã formã lapideam. Leuũ axem .i. ſiniſtrã p̃te axis. Dexteriore .ſ. uerſa in ſiniſtrã ſi quãdo currus uertitꝰ uides q; rota uertitꝰ in ſiniſtrã ĩ ſe ipſam. Oſtẽdit titan: quia orto ſole dies apparebat. Sydera texit: quia maior ſolis ſplendor obſcurat ſyderũ ſplẽdorẽ. Sparſus ab æmathia: quicunq; inq̃t ab æmathia diſceſſit ſecutus eſt pom. iter quos fuit Gn. põpeius & deiotarus rex aſiæ: ſed p Gn. põpeiũ noli ĩtelligere ſextũ nã Sextus cũ matre Cornelia in leſbo repoſitus fuerat quia minor erat. Procerũ: dicit enim q̃uis uictus eſſet cũ magna turba pompeius tamen adhuc comiteſ habebat reges: & principes ſenatus. Fatis: fortuna. Reges miniſtros: nã reges miniſtrabant pompeio qui ſub clientela eius erant comites: inter quos habebat Deiotarũ. Deiotarus: enim inter primos pom. ex acie ſecutus fuerat: nã hic regũ fidiſſimus erat. hunc iubet pompeius in Syriã legationem ferre: & eam ipſi demandat quã Lucanus deſcribit. In deuia mundi: in remotiſſimas p̃tes orbis terrarũ: hoc ẽ in Syriã. Legit .i. obſeruauit .i. q̃uis ĩcerta feciſſet ueſtigia: ne ĩter ſuum dignoſceretur pompeius: ea tamẽ diligenter rex Deiotarus obſeruauerat: & hanc ei legationẽ demandat. Quando ait æmathiis: quando inquit cladem accepimus in æmathia: quæ partem nullam orbis terrarum parauerat quæ noſtra ſigna ſequereꝰ nunc opus eſt tẽtare reges orientis: ordo eſt uſq; ad eũ locũ ſupeſt fidiſſime regũ &c. Fidiſſime regum: hic. n. ſemper in officio permanſit: nulla fortuna diſceſſit cum diſenſaret libertatem & auctoritatẽ ſenatus. Euphratem: flu. in oriente: per quem ſignificat partes armeniæ propter regem cum quo fœdera iunxerat pompeius: quo tempore fugientem Mitridatem per eas regiones ſequebatur. Tigrim: uidelic& armeniæ regẽ. nam tigris flu. eſt Armeniæ. Tigris & Euphrates Meſopotamiam circũdant & apud babylonios inuicẽ cohærent auctore Strabone libro undecimo: deinde in mare perſicũ emittunt: quorũ Euphrates maior eſt: & plus regiones flexuoſo alueo percurrit. fontes habet in parte Tauri boreali. fluit ad occidentem per armeniam: quæ maior appellatur: uſque in armeniam minorem quam a dextris hẽt Tigridis & Euphratis fontes: inter ſe diſtãt ad ſtadia duo milia & quingenta. Necꝰ pigeat: præterea ut exercitũ compares nõ orientẽ mõ ſed etiã ſeptẽtrionẽ pigeat uelĩ. Quærẽtẽ: acq̃rẽtẽ: repantẽ. Scythicos .i. ſcythiæ. Mouere .diẽ. i. orientẽ aduerſus cæſarem: diem pro oriente poſuit. Voces: id eſt mea uerba.

Arſacidæ:regi parthorū.nam ſicut Ptholemæi reges ægypti appellabātur ita parthorū reges Arſacidæ dicti ſunt. Hæc.ſ.legatio noſtra. Si fœdera nobis.i.ſeruant fœdera noſtra:quæ ſocietate & amicitia cum populo romano iunxit. Priſca:antiqua. Latiis aruis:nam albæ latialis Iuppiter colebatur. Magos:magi enim ſapientes apud Medos & Perſas appellantur:quos philoſophos græci dicunt. Implere pharetras.i.ſumite arma.nam ſagittis & arcu parthi potiſſimum utūtur. Geticis neruis.i.ſcythicis chordis:quæ ex neruo torquentur. Si uos o parthi:hæc ſunt mandata pompeii quæ Deiotaro dat ad phrahartem parthorum regem:nam omnes reges parthi Arſacidæ dicūtur:ſed tunc Phrahartes nomine regnabat.eſt autem ordo uſq; ad eum locū tot meritis obſtructa meis &c. ſi ſum paſſus uos o parthi. &cætera. Caſpia regna.ſ.perſequendo Mitridatē in mare caſpium uſq; uenit:ubi ſunt caſpii montes Nam auctore Solino ultra Sauromatas in Aſia ſitos: qui Mitridati latebram:& originē medis dederunt: confines ſunt Thali his nationibus: quas ab oriēte cōtingunt caſpii mōtis fauces. Alanos:populos qui ab alano flu.dicti ſunt q ultra danubium fluit ī Europam. Aeterni martis:ideo q͞a hi ſunt hiberes:ut uidetur gēs bellicoſiſſima.nā nec medis nec perſis paruere.& imperiū Alexandri fugarunt cū illi ab Hyrcania ſtatim ab Alexandro fugarētur hi populi q ſe pompeio perſequēti mitridatem op/poſuere:& ab ipſo pompeio deuicti ſunt. Alanus autē flu.ponticum mare ingredit̃ cum Danubio ſe ptem hoſtiis:& haud procul inde hitant hiberes.

Achæmeniis campis.i.parthicis ab Achæmene rege. In tutā trepidos:id eſt nūquam Vos compuli ī mœnia ueſtra quia paſſus ſum uos errare p̄ agros ueſtros. Arua ſuper:& tamen facere poteram:q͞a propinquior eram uobis:q̄ perſis. Arua ciri:id eſt ſuper arua perſidis ubi regnauit Cirus. Vltima chaldæi regni:id eſt ad extremā regionē Iudeorum regē cepit:& templū Salomonis ſpoliauit: & candelabra illa:quæ in maximo honore fuerant in triumphum duxit:& creditum ē poſt hac pompeium aduerſa fortuna laboraſſe. Nyſeus hydaſpes flu.indiæ qui per Parthiam ſe ſe ferens uadit in indiam: quam nyſeus:id eſt Bacchus: qui in nyſa colitur bello ſubegit. poſtremo quattuor accepit flumina indum:Aceſinem:hyarotim & hypanem ulterius uſque progreditur. Phœbi ſurgentis ab igne:id eſt ab occidente deſcendes uobis propinquior eram quam perſis:perſis nominatiuus eſt:perſidis genitiuus facit.eſt autem regio finitima parthis. Numero telluris eoæ:ex omnibus regibus orientalibus tantūmodo parthus fuit: qui me ex æquo fœdere adiit nam cum pompeius ad Araxem flu. caſtra poſuiſſet.Tigranocerota tigrannis regis filius obuiam ei factus eſt.iam enim a patre defecerat. Tigrannes ipſe humanitate pom. fretus: qui uulgo laudabatur ab omnibus:ad eum uenit:quem ubi pompeius honorifice ſuſceptum regem appellat.indignatus filius palam dixit haud ſibi opus eſſe pompeio: ſed alium quæſiturum romanorum.tum pompeius eum in uincula coniectum ſeruari iuſſit ad triumphum nec multo poſt Phrahartes parthorum rex legatos miſit qui Tigranocerotam peterent quaſi generum ſuum:& Euphratem flu. fines imperii ſtatueret: quibus pompeius inquit Tigranocerotam ad tigrannis magis partes q̄ ad ſocerum pertinere de finibus quod peteret eiuſmodi ſe uſurum:hoc eſt quod nunc poeta dixit. Ex equo me parthus adit:& ita Euphratem fines imperii tenuit rex parthorum. Nec munere magni:nec ſemel ſeruati ſunt parthi meo beneficio.neque enim alius fuit qui romanos contineret ne ulciſcerentur manes Craſſi & romanorum qui a uobis cæſi fuerunt o parthi. ſententia fuit etiam pompeii ne renouaretur bellum contra parthos: donec Cæſar eſſet in gallia cum exercitu: ne duobus bellis uires romanorum diſtraherentur. Munere: Beneficio pompeii. Quis com.Quaſi dicat nullus niſi ego. Aſſyriæ cladis: id eſt poſt cladem Craſſi & exercitus Romani quem ad Carras ciuitatem Aſſyriæ parthi cum exercitu deleuerunt. Iuſtas iras:uidelicet quod iuſte mouebantur ad ultionem imperatoris cæſi. Rupris excedat clauſtris:Euphratis ripam dicit quem regni finē ipſi parthi petenti pompeius finē tradidit.

Arſacidæ perferre meas:ſi fœdera nobis
Priſca manent:mihi p̄ latiū iurata tonantem
Per ueſtros aſtricta magos: iplere pharetras:
Armenioſque arcus geticis intendite neruis.
Si uos o parthi peterē cum caſpia clauſtra
Et ſequerer duos æterni martis alanos
Paſſus achæmeniis late decurrere campis
In tutam trepidos nūquam babylona coegi.
Arua ſuper ciri caldæique ultima regni
Q ua rapidus gāges & qua nyſeus hydaſpes
Accedunt pelago phœbique ſurgētis ab igne
Iā propior qua perſis erā:ta mē omnia uincenſ
Suſtinui:noſtris uos tantū deeſſe triumphis.
Soluſque e numero regum telluris eoæ
Ex equo me parthus adit.nec munere magni
Stāt ſemel arſacidæ.qs enī poſt uulnera cladiſ
Aſſyriæ iuſtas latii compeſcuit iras?
Tot meritis abſtricta meis:nūc parthia ruptiſ
Excedat clauſtris:uetitam per ſæcula ripam:

Zeuma:ciuitas inter ægyptũ & parthiam quam Alexander condidit: ſic appellata ꝙ ſit utriuſq; regionis quoddã quaſi uinculum.& dicitur a zeo zerſo.i.uincio: Pelleũ ab Alexandro conditum qui fuit de pella ciuitate macedoniæ. Pompeio .i. cauſa pompeii. Strabo autem dicit libro undecimo zeuma oppidum eſſe iuxta euphratem:& inter hiberiam & hoc oppidulũ Tigranem condidiſſe urbem quã Tigranocerotã nominauit quo tempore Syriam phœniciãq; cepit:& euphratem tranſgreſſus eſt: ſed Lucullus opus quod adhuc erat ĩperfectũ facto impetu demolitus eſt:atq; in paruum uicum redegit. Vinci roma

Zeumaq; pelleum:pompeio uincite parthi·
Vinci roma uolet:regem parere iubenti:
Ardua nõ piguit: poſitiſque inſignibus aulæ
Egreditur:famuli ruptos indutus amictus.
In dubiis tutũ eſt inopem ſimulare tyranno.
Q uãto igitur mundi dominis ſecurius æuũ
Verus pauper agit? dimiſſo in littore rege
Ipſe p icariæ ſcopulos epheſumque reliquẽs:
Et placidi colophona maris ſpumantia puæ
Radit ſaxa ſami:ſpirat de littore choo.
Aura fluẽs gnidõ:ĩde fugit claramque reliqt
Sole rhodõ magnoſque ſinuſ telmeſſidoſ ũde
Cõpenſat medio pelagi: pamphilia puppi
Occurrit tellus:nec ſe cõmittere ꝗ muris
Auſus adhuc ullis: te primũ parua phaſelis
Magnus adit nã te metui uetat incola rarus:
Exhauſtæque dõus populis:maiorque cariæ
Q uã tuã turba furit:tẽdẽs hĩc carbaſa rurſ
Iã taurũ tauroque uidet dipſſonpta cadentem
Crederet hoc magnus pacẽ cũ præſtitit ũdis.
Et ſibi conſultũ cilicum per littora tutus
Parua puppe fugit:ſequitur ps magna ſẽatus
Ad pfugũ collecta ducem paruiſque ſinedriſ
Q uo portu mittique rates. recipitque ſelinis

uolet.ſ.ſubacto cæſare pompeius uictoriam conſequetur. Regem parere iubenti:nũc dicit quomodo rex Deiotarus ad pompeii legationẽ pſiciendã ſeſe expediuerit. Regẽ:Deiotarum: Ardua:q iuſſit eum extremas orbis partes penetrare. Poſitis inſignibus.i.depoſitis regis ueſtimẽtis. Raptos amictus.i.gregaria ueſte ſumpta:& capta occaſione laudat paupertatem. Si inquit dominis terrarum tutũ eſt aliquando ſimulare paupertatem: quanto ueri pauperes tutiores ſunt. Dimiſſo in littore rege:nunc dicit demiſſo rege Deiotaro: qua parte põpeius nauigauerat. Ipſe per icariæ:Ionium mare dicit quod a fine baſilici ſinus incipit:qui maris icarei principium eſt. Epheſum:ciuitas ab amazonibus in mare ionio poſita. Colophona:ciuitas Ionica quã Mopſus Mantonis filius cõdidit. Verum ut ĩqt Strabo li.quartodecimo Telmeſſis promontoriũ eſt lyciorũ quod portum habet: hũc locũ Eumenes ĩ bello antiochico a romanis accepit:ſed ſublato regno Lycii eum locũ receperũt:hic uidetur eſſe de quo Lucanus mentionẽ facit. Claram:ibi coloſſus:id eſt ſtatua Iouis eſt tantæ magnitudinis: ut inter mirabilia mũdi cõnumeretur.ante hanc uero apollinis clarii lucũ fuiſſe:tradit Strabo libro quarto decimo. Telmeſſidos unde cõpenſat:ambitum longũ telmeſſidi ſinus breuitate maris recõpenſat quo curſũ tẽdat. Telmeſſidos a Telmiſſio flumine ioniæ appellata eſt quia ſeleuco ſuſcipit flu. Strabo libro quarto decimo dicit hũc Coloſſum a Cherete lindio ſeptuagita cubitorũ factũ fuiſſe. Et rhodon claram. dicit q teſte Solino nunq̃ cælũ ita nubilum eſt:ut in ſole Rhodos non ſit. Pamphilia puppi: pamphilia ſub imperio cilicum conſtituta fuit. Hĩc mare Cilicũ incipit a cilicia: cuius in cõſpectu poſitum eſt denominatum:contra inſulam Cyprum:quæ ab Amano monte incipit:Ciliciam ac ipſam Cyprum a Syria diuidente. finem autem Nemuriũ facit promontoriũ: quod & pamphilici maris initiũ eſt. Nec ſe cõmittere:& quia pompeius metuebat:ne omnes ciuitates uictori parerent: nõ audebat mœnia ingredi:ſed nũc primũ ingreſſus eſt mœnia phaſeli. Phaſelis.phaſelis ciuitas eſt ciliciæ quæ portus tres habet auctore Strabone li.xiiii.ciuitas inſignis eſt & lacus ĩminet & mons nomine ſolyma:& Telmiſſus:Piſidata ciuitas ĩ anguſtiis adiacens.Phaſelis fuit ciuitas zeniceti piratæ q capto mõte Iſaurico ſe cum tota domo concremauit. Nam te:ratio cur ingreſſus eſt. Rarus incola:quia deſerta erat urbs Exhauſtæ:euacuatæ. Hinc:a phaſelo. Taurus:mons qui a multis idẽ cũ Caucaſo monte creditur nã Aſiam omnẽ ab eois incipiens & in cilicũ mare deſinens in duas ferre æquales partes taurus diuidit. Dipſſõpta:flu. Cadentem.i.de Tauro naſcentem. Crederet hoc magnus:nunquid credere potuiſſet hoc pompeius cum piratas deuicit hanc uictoriã ſibi utilem futuram:ac ſi.d.profuit: quia nunc demũ profuit pom.deuiciſſe piratas:quod per mare nunc tutus nauigat. Pacẽ:id eſt cum piratas deuicit. Et ſibi:nõ ſolũ negociatoribus:ſed etiam ſibi. Fugit.ſ.cæſarẽ uictorẽ. Seqtur ps magna ſenatus:pom.proficiſcentem in ciliciam uniuerſus ſenatus ſecutus eſt: ubi ſententiam ſuam de repu.dixit. Paruis ſinedris:notandum eſt quia multi falluntur exiſtimant Sinedris urbem ſeu nomen portus ideo errant: quia dictio græca eſt. nam ſinedra græce ſignificat conſenſus:ſed in comparatione curiæ Ro. paruum dixit conſenſum. Selinis:oppidum ciliciæ:ubi ſenatus pom. audiuit de re pub.ſententiam dicentem.

In procerum cœtu:in conſilio ſenatus. Reſoluit : aperuit. Comites belli: in deliberatiuo genere cōſtitutio coniecturalis eſt:potero reparare uires:non poteris: quæſtio eſt an poſſit: & deliberatur deinde quomodo reparet.Eſt autem deliberatio cum quæritur:quid ex multis rebus potiſſimum ſit faciendum:nam conſultatio duplex eſt: aut quū quæritur de duabus rebus utrum potius:ut ſi conſultetur bellum ne an pax potius ſit facienda:eſt autem conſultatio quū de pluribus rebus quæritur: quid potiſſimum ſit:ut ſi querat aliquis:an macedoniam:an ægyptum:an in indiam nauiget: ſed primū quod in dubitatione ueniebat: queritur. uidelic& an poſſit reparare uires: & probat reparare poſſe: non enim adeo ſe uictum eſſe dicit ex tanto caſu: ut releuari non poſſit. quæſtio conicteuralis eſt: quia quæritur an poſſit uires reparare. primo captat beniuolentiam a perſona auditorum: quū eos comites fideles uocat :& eos laudat: quod ſint quaſi quædm imago patriæ. Quamuis in littore nudo: a perſona ſua nunc beniuolentiam: captat:nam ſua profert incommoda per commiſerationem qua beniuolentia facile comparatur.

In cilicum terra :non in propria urbe. Nullis armis:non exercitu ſeptus:ſed inermis. Non omnis in aruis æmathiis:ad coniecturam deſcendit:& probat poſſe reparare uires:& argumentum eſt a minori ad maius:quod plurimum ualet ad cohortationem. dicit enim: ſi Marius exul hoſtis populi romani iudicatus Minturnis in carcerem compulſus in libyam profugus:in terris hoſtium tamen comparato exercitu reparauit uires ſuas aduerſus Syllam: multo magis ego facere potero:qđ non ſum hoſtis patriæ iudicatus non habeo inuiſos populos ſicut ille: deinde non minor eſt mea apud gentes auctoritas quā illius : immo maior. Non omnis in aruis Aemathiis cecidi:nec ſic mea fata premuntur:ideſt adhuc mihi uires ſuperſunt.

Fata premuntur:id eſt fortuna mea non ſic urgetur. Excutere:id eſt abiicere. Libycæ ruinæ : Quiaiam Carthago euerſa fuerat a Scipione in feriore:quo tempore Marius eo ſe recepit. Faſces: conſulatum:nam exercitu comparato in italiam uenit & ſe Cinnæ coniunxit:& ita conſul factus eſt. Plenis fatis:ut impleret ſeptimum conſulatum. nā ita ſibi Aruſpex prædixerat uiſo auſpicio. Leuiore manu:ſcilicet Cæſaris:q̄ ille manu Syllæ. Mille mei duces:argumentū eſt a ui quæ per claſſes decernitur exercitus:arma tormēta: reuocationes hominum. Millæ.i.multæ. Duces: p̄fecti. Sed me uel ſola:ab auctoritate arguit: quam ſibi tantam eſſe dicit:ut uel hac una reparare poſſit bellum. Nomen: ſcilicet meum. Mundus amat: nam ſine dubio pompeius beniuolus fuit apud omnes:nam humanitatis nomen ubique obtinuit. Vos pendite regna: nunc conſultatio eſt de multis rebus quid potiſſimum. Regna: declarat quæ regna uidelic& libyam parthos &cætera. Fide & uiribus: utrunque bene coniunxit: quia parum poſſunt uires : ubi fides deeſt. Pharon: ægyptum:nam pharos clauſtra ſunt ægypti. Aſt ego: ſed inquit prius ſententiam meam dicam. Pondera uergant: id eſt quo cogitatio noſtra ponderoſa uertatur:& primum oſtendit neque ægyptum:neque libyam eſſe petendam & reddit rationem. Arguit autem ex attributis perſonæ: uidelicet a genere: quod diuiditur in naturam:patriam & ſexum: arguit ab ea parte:que eſt ætas: ubi conſideratur puer ne:an adoleſcens:grādis natu:an ſenex: in puero fides ſtabilis eſſe non poteſt. Hinc auceps dubii: Regem Iubam dicit. Arguit autem ab ea parte quæ dicitur natio:in qua conſideratur græcus an barbarus &cætera. Atheníenſis eſt: ergo acutus. Lacedemonius eſt: durus & aſper :Thebanus eſt pinguis & ualens. Maurus eſt & Carthaginenſis ergo perfidus. Nunquam memor: ab ea parte arguit: quæ eſt cognatio. uidelicet quibus maioribus ortus ſit. uidelicet ab Hannibale:qui ſemper hoſtis populi romani fuit.

In procerum cœtu tandem mœſta ora reſoluit
Vocibus his magnus.comites belliqꝫ fugæqꝫ:
Atqꝫ inſtar patriæ.quáuis in littore nudo:
In cilicum terra nullis circundatus armis
Conſultem:rebuſqꝫ nouis exordia quæram
Ingentes præſtare animos.non omnis in aruis
Aemathiis cecidi.nec ſic mea fata premuntur
Vt nequeam releuare caput:cladeſqꝫ receptas
Excutere.an libycæ marium potuere ruinæ
Erigere in faſces.& plenis reddere faſtis?
Me pulſum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ graio uoluuntur ī æquore puppes
Mille duces:ſparſit potius pharſalia noſtras
Quam ſubuertit opes: ſed me uel ſola tueri
Fama poteſt rerum.toto quas geſſimus orbe.
Et nomē quod mūdus amat.uos pēdite regna
Viribus atqꝫ fide libyam partoſqꝫ pharaōque.
Quæ nam romanis deceat ſuccurrere rebus
Aſt ego curarum uobiſ arcana mearum
Expromam.mentiſqꝫ meæ quo pōdera uergāt
Aetas niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt:
Ardua quippe fides:robuſtos exigit annos.
Hinc anceps dubii terret ſolertia mauri:
Nāqꝫ memor generis carthaginis ípia proles

Imminet:ut ulciſcatur iniuriã. Multus:frequẽs:q̃ ſemp noíat Hãnibalẽ. Obliquo maculat: præterea eſt ẽt nothus:& nothi ſolẽt eẽ callidi:uerſuti:atq̃ pfidi. Contigit: cõtagione polluit. Iam ſupplice uarro:arguit a factis qđ eſt impiũ:& ĩ attributis pſonæ ubi cõſideraẽ qd fecerit:qd faciat:qd facturus ſit ſuperbus aduerſus Varũ pfectũ nr̃um uidit. nã Varus hiſpaniæ parté tenebat:& cũ eam cæſar inuaſiſſet: hic ad regẽ Iubam in libyam confugit.dicit auté illũ animũ extuliſſe. tũc cũ Varus ad eũ profugit. Romana.i.res romanas uidelic& Varrũ pfectũ noſtrũ.

Imminet heſperiæ:multuſque ĩ pectoř uão ẽ
Hãnibal:obliquo q maculat ſanguine regnũ.
Et numidas cõtingit auos iam ſupplice uarro
Intumuit:uiditque loco romana ſecundo
Quaŕ agite eoum comites propamus ĩ orbẽ
Diuidit euphrates in gẽtẽ gurgite mundum.
Caſpiaque immẽſos ſeducũt clauſtra receſſuſ
Et polus aſſyrias alter noctesque dieſque
Vertit:& abruptũ ẽ noſtro mare:diſcolor ũda
Oceanuſque ſuus regnãdi ſola uoluptas
Celſior in campis ſonipes & fortior arcus:
Nec puer:aut ſenior lætales tendere neruos
Segnis.& a nulla mors eſt incerta ſagitta.
Primi pellæas arcu fregere ſariſſas.

Quare agite:nũc ſententiá ſuá.dicit quo nã uidelic& ſe cõferre uelit.ſ.i orienté uidelic& ad phrahartem parthorũ regem & ſuadere incipit ut ſentẽtiam ſuã ſequi uelit:& primo arguit a ui:quæ eſt ps tuti parthos oſtendens eẽ bellicoſos:ſeu patria:ſeu natiõe. Diuidit euphrates: nã armenios Cappadoceſq̃ diſterminat. Caſpia:quæ caſpiæ portæ dicũtur: quæ ſũt inter Colchos & Albanos:caſpias auté portas caucaſus habet quibus ſeparatos dicit in habitare parthos:ut nullius impii uires timeãt. Taurus p gentiũ ac linguarũ uarietate pluriſariá noíatus eſt: nã ubi in excelſam ſurgit ſublimitaté caucaſus dicitur:ẽt a populis appellationé trahit a dextro latere caſpius dicitur:uel hyrcanus:a leuo amazonicus: mox cichus:ſcythicus:ad hæc uocabula hẽt multa alia.ubi dehiſcit:hiulcis iugis facit portas: quarum primæ ſunt Armeniæ:tũ caſpiæ:poſt ciliciæ.a Caſpis portis per parthiá una eademq̃ uia eſt Alexandriá uſq̃ quæ apud Arios ẽ teſte Strabõe libro ſextodecimo: q itidẽ refert libro undecimo:Armeniá Mediáq̃ cuius ſunt caſpiæ portæ intra Taurũ eſſe Solinus dicit Mediá ab occaſu trãſuerſam utraque parthiæ regna amplecti A ſeptẽtrione:Armeniá circũdare:ab ortu Caſpios uidere:a meridie perſidé.Portæ caſpiæ eodem auctore Solino panduntur itinere manu facto longo octo milibus paſſuũ. nã latitudo uix eſt plauſtro permeabilis.In his anguſtiis etiã aliud aſperũ:quod precioſorũ laterũ ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exundãt humoré affluentiſſimũ: qui cõſtrictus ui caloris uelut in glaciem corporaẽ:ita labes inuia acceſſum negat.Præterea octo uiginti miliũ paſſuũ tractus omnis quoquo inde pergiẽ humo arida ſine præſidio ſitit.Tũc ſerpentes undiq̃ gentiũ conuenæ a uerno ſtatim die illuc cõfluunt.ita periculi ac difficultatis cõcordia ad caſpias niſi hyeme acceſſus negatur.caſpios quoq̃ refert Strabo li. xi. parẽtes ĩcluſos fame necare cũ iá ſeptuageſimũ ãnũ exceſſerint: mare caſpiũ ex altero põti latere ultra maſſagetas & apaleos ſcythas eẽ ĩ aſiatica plaga dulce hauſtu alexãdro magno probatũ ẽ:mox pom.magno q bello mitridatico ſicut cõmilito eius Varo tradit ipſis hauſtibꝫ fidé experiri uoluit. Polus alter: q̃ſi alter mũduſ ſit:uel certe antarcticũ dicit:nam ſicut nos ſub polo arctico poſiti ſumus.& ſublimate terræ antarcticum uidere nõ poſſumus:ita q ſub antarctico uiuunt arcticũ uidere non poſſunt. Vertit:quia ſẽper circa polum uertitur celum. Abruptũ eſt noſtro mari: mare rubrum dicit ꝙ inter indicum & æthiopicum ampliſſimo ore ab auſtro in ſeptemtrione funditur.ideo dixit abruptũ noſtro mari:quia ne in mediterraneum exeat a terris perſarum quibus finitimi ſunt parthi arabeſq̃ tenetur. Regnandi ſola uoluptas: arguebat a ui quæ erat pars tuti:nunc arguit ab habitu qđ ẽ unum ex attributis perſonæ:ĩ quo ẽt commoda aliqua corporis cõſideranẽ:nõ natura:ſed ſtudio:& induſtria cõparata:ſtudio & induſtria equitare ac ſagittare didicerunt:& habitum regnandi fecere:ut nulli regno parere uelint. Voluptas:ſcilicet regnandi eſt parthis: Celſior in campis:& hoc quoq̃ induſtria compararunt:ut equitandi & ſagittandi periti ſint

Nec puer:ſiue puer:ſiue ſenex fuerit pronus eſt ad ſagittandum. Et nulla ſa.i. qué feriat ſagitta: ille ſtati occidit. Primi pellæas:arguit a caſu & a fortuna:ubi conſideratur quid euenit: quid eueniat:quid euenturum ſit:quid euenit: ut ſemper uicerit ergo &c. Primi.ſ.parthi:hi nanq̃ a ſcythis origiñẽ ducunt quorum regio ẽ orientis:uiribꝫ ac eorũ uirtute parta Ab inde finibꝫ uſq̃ ad meſopotamiá nominata:quá diuidit euphrates.hic meſopotamia dř.nam propter inuictam uirtutem eorũ proximæ regiones in eius nomẽ tranſierunt:in qua ſunt Aracuſia: Aſyria:Perſis. & media ab una parte:quod uidelicet a meridie rubro mari: ab alia uidelicet a ſeptemtrione hyrcano clauditur ſalo. Pellæas: ideſt alexandri. Sariſſas: Sariſſa proprie eſt telum macedonicum:ſicut pilum romanum. Bactra: ciuitas aſiæ eſt oxum amnem uerſus: ex india diebus octo a bactris uſque ad Alterum flumen: quod influit oxum amnem peruenit pompeius.dum perſequeretur mitridatem: deinde auctore Solino ad caſpium mare: inde per caſpium ad Cyri amnis penetrauit fluentum: qui armeniæ & libye fines interluit.

Babylona:quã coctilibus muris cinxiſſe dicit̃ Semiramis. Nec pila:timetur:& nõ ſolum cæteras gẽ/tes ſubegere:ſed noſtras quoq; iam timere deſinunt: poſtq̃ craſſum deleuere. Experti ſi cra.quia ut di/xi a ſcythis originem habent. Spicula nec ſolo ferro:argumentum eſt a conſilio:& conſilium rectius ap pellat q̃ dolũ nã dolo aliquid ſuadere turpe uidetur: ergo rectius a conſilio quo parthos uti dicit:uidelic& ut ueneno muniãt ſagittas. Stridula:ſtrepentia p aerẽ cũ a neruo mittunt̃. Fatũq;.i.mors eſt etiã in ſũma corporis exulceratõe:qa uenenũ ingreditur. O utinã nõ tanta mihi:uellẽ inqt ne tãta mihi fidu/cia eſſet in parthis.ne uidelic& craſſũ cecidiſſet. nã inde orta eſt fiducia q; exercitũ cũ duce occiderunt Arſacidis:parthis ab eorũ regibus. Fata mouent medios:nã media trãſiuit in nomẽ pſarũ: Aracuſia: Aſſyria:& pſios:& ideo medios pthos dixit:nã ut ĩ quit Strabo libro ſextodecimo Medis atq; Babylo/niis parthi imperabant:armeniis autẽ nũq.Inuaſio/nes ſæpe factæ ſunt:oĩo autẽ capti nunq̃: Medi:Ba/bylonii ac Armenii ita erãt ab initio cõſtituti: ut ſe inuicẽ adorirent̃:ut cuicunq; oportunũ uidebatur: rurſũq; conciliarent̃:quod uſq; ad pthorũ imperiũ pmanſit. Multũq;:a caſu arguit. Alia tellure.i. diuerſa ab italia:nã parthia in oriente eſt: italia ue/ro in occidente.unde etiã heſperia dicta. Quod ſi uos eoa fides:dialema eſt:& cõfutat ab honeſti par/tibus.uidelic& a magnanimitate.Sẽſus ẽ:q; ſi ptho rũ pereo pfidia:optatius id mihi cõtinget: q̃ ſi bene ficio fortunæ ĩ his regiõibus pereã:ubi nulla noſtri cũ gentibus illis cõmertia habuerũt:nã id mihi ſo/latio erit:q; nec iniuriã a cæſare nec beneficiũ acci/pere potero aut parthi fideles erũt:aut pfidi: ſi fide les nos cõtra cæ.iuuabũt ſi uero perfidi id boni con ſequar:q; in manus cæ.ueniã quo aut mors crude/lis manet:aut turpis uita:ergo hoc uitabo Eoa:id eſt orientalis hoc eſt pthorũ. Supra cõmertia mũ di:ultra regionẽ mũdi rõis cognitã:nã Ro.nulla ,pr ſus cũ pthis hũere cõmertia. Ferat: ,p afferat re/gna q̃ feci ut tygrannis: Ariobarzanis & pharnacis: duos deuictos ĩ regna cõſtituerat. Sed ma.feram: magna cõſolatio erit q; nõ ueniã ĩ manus cæ.a quo crudeliter trucidabor aut turpiter uita donabor. Alio:quia remoto a noſtro. Hæc membra:Si occidet. Nil feciſſe pie:ſi uita donabit. Sed cun cta reuoluens:ſed cum omnia conſydero: ipſi fidẽ ſeruabunt:non nullis mundi partibus magis hono ratus ſum q̃ in oriente:& arguit ab auctoritate:quã habuit ĩ his gentibus & a caſu :cum perſequebatur mitridatẽ:colcos: albanos: hiberas:arabes:chaldæ/os:iudeamq; omnem ſubegit. Meotida: paludem ſcythiæ. Tanaim:qui diuidit europã ab aſia. Cõ ſpectus:conſpicuus. Quas magis.ſ.q̃ ĩ terras oriẽ/tis. Vnde:a quibus regionibus. Quid enim ti/bi:alio utitur dialemate: nam inquit ſi ad parthos uenimus.aut uincemus:aut uincemur:ſi uincemus obtinebimus quod iſtituimus:ſi uĩcemur nobiſcũ parthi peribunt & ũbrã craſſi uidicabimus. Tan tam genẽ:quæ ſemp infeſta rõmãis fuit mediis cũ pthis. Fortunã ne ẽ:ſi uĩcemus cæſarẽ. Vicet craſ/ſus:cæſare uictore. Sic fatus murmure ſẽſit:ut hæc locutus ẽ põpeius:nemo ſucclamauit: nõ enim cõſi/liũ placuit:nã clamare ſolebãt:porãtis cõprobãtes ſẽtẽtiã ſed põpeius ex murmure ſẽſit nõ placere cõſiliũ. Quos.o l.ſed lẽtulũ oẽs ãteiuit.dolore.n. pculſus colloquiũ tener̃ nõ potuit:qa ɔſiliũ illd a uirtute alienũ uidebat̃. Nobilitate.d.qa generoſitate animi dolebat hãc pompeii ignauiã. Modo: pauloante conſule.

Bactraq; medorũ ſedem:muriſq; ſuperbam
Aſſyrias babylona domos:nec pila timentur
Noſtra nimis pthis:audentque ĩ bella uenire.
Expti ſcythicas craſſo pereunte ſagittas.
Spicula nec ſolo ſpargũt fidẽtia ferro
Stridula ſed multo ſaturãtur tela ueneno
Vulnera pua nocẽt:fatũque ĩ ſãguĩe ſũmo ẽ.
O utinam non tanta mihi fiducia ſæuis.
Eſſet ĩ arſacidis fatis nimis æmula noſtris.
Fata mouẽt medios multuque ĩ gẽte deorũ eſt
Effundam populos alia tellure reuulſos.
Excitoſque ſuis imittã ſedibus ortus.
Quod ſi nos eoa fides & barbara fallunt.
Fœdera uulgati ſupra cõmertia mundi.
Naufragium fortuna ferat:nõ r̃gna precabor
Quæ feci:ſed magna ferã ſolatia mortis
Orbe iacens alio:nil hæc ĩ membra cruente
Nil ſocerũ feciſſe piæ:ſed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ ſemper uenerabilis illa
Orbis pte fui:quãtus mœotida ſupra:
Quãtus apd tanim toto cõſpectus in ortu.
Quas magis ĩ terras noſtrum fœlicibus actiſ
Nomen abit?aut unde redit maior̃ trumpho?
Roma faue ceptis:qd enĩ tibi lætius unquam
Præſtiterint ſuperi: quam ſi ciuilia partho
Milite bella geras: tãtas cõſumere gentes:
Et noſtris miſcere malis?cum cæſaris arma
Cõcurrent medis:aut me fortuna neceſſe eſt:
Vidicet aut craſſum:ſic fatus murmur̃ ſenſit
Cõſilium dãnaſſe uiros:quos lentulus omnes
Virtutis ſtimulis:& nobilitate dolendi
Præceſſit:dignaſque tulit modo cõſule uoceſ.

Siccine theſſaliæ mentem fregere ruinæ? Hæc oratio eſt contra id quod pompeius ſuadere uolebat eſt autem in deliberatiuo genere poſita: in iure iudiciali conſtitutione. Et primo beniuolentiam captat a perſona aduerarſii: hoc eſt pompeii: quem adducit in tentionem ipſius oſtendẽs ignauiam: quod qui antea de ægypto triumphauerit: idem regibus ſe ſubiciat. Siccine: pro ſic ne. eſt autem epentheſis: adeo ne animus tuus uictus eſt. Vna dies. ſcilicet cladis tuæ. Damnabit fata: id eſt fortunam imperii romani Secundum æmathiam lis tanta datur: eſt locutio iuris: id eſt bellum ciuile ſic deciditur: ut ille ſuperior ſit qui in æmathia uicit nam litem dari: ſecũdum hos: aut illos eſt decidere litem ſecundum uoluntatem eorum. Iacet omne cruenti: Senſus eſt: adeo ne uulnus eſt illatum tam magnum ut nullo auxilio poſſit ſubleuari. Solos tibi magne: nunquid in toto terrarum orbe eſt: qui auxilium præſtare poſſit præter Phrahartem ad cuius genua te proſtraueris. Aduerſos polos: ſcilicet in antarcticum relicto arctico: nam ratio hemiſperii facit hoc: ut ſydera: quæ ſunt in antarctico a nobis uideri non poſſint e diuerſo &cætera. Aliena: a noſtro. Focos: lares. Et barbara ſacra: Et diis romanis omiſſis incipias colere deos barbarorum. Quid cauſæ oſtenditur armis: a ſenatu beniuolentiam captauit: nunc ad confirmationem cauſæ uenit: inſtabilem autem oſtendit pompeium initium contra perſeuerantiam: quæ eſt in re bene conſiderata: ſtabilis & perpetua permanſio. non enim perſiſtit in ratione bene tuendæ libertatis: cauſa cuius bellum ciuile ſuſceptum eſt: ergo a perſeuerantia arguit quæ eſt pars fortitudinis partis honeſti. Quid cauſæ: pro quæ honeſta cauſa eſt: quam bello poſſis portendere & demoſtrare prio cauſam honeſtam habebas: nunc ſi non ſolum Cæſari paratus ſis ſeruire: ſed etiam externis regionibus hæc cauſa tollitur. Armis: id eſt cauſa belli. Libertatis amor: interrogat deinde reſpondet: id eſt præ textu libertatis potes dicere te bellum gerere. Te quem romana gerentem: oſtendit eum abiecti animi eẽ: quod eſt contra magnificentiã: quæ ẽ magnarũ & excelſarũ rerũ cognitio atq; adminiſtratio: uel certe cõtra dignitatem: quæ ẽ hoẽſta: & cultu: & honore uerecundiæ digna auctoritas: quæ ẽ ĩ eo honeſti genere: ĩ quo utilitas quoq; adiũgit. priſtius honor fuerat: ut apud reges ĩ maxĩa ueneratõe fuerit pompeius quibus regna donauerit: nũc uero cõtra dignitatẽ ſuã fore arguit: q᷑ his ſupplicare paratus ſit: de quibus triũphauerit: aut quis certe in regnũ reſtituerit.

Siccine theſſaliæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mũdi damnauit fata? ſecundum
Aemathiam lis tãta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium ſolos tibi magne reliquit
Parthorũ fortũa pedes? qu d tranſfuga mũdi
Terrarũq; totos tractus cælumque peroſus:
Aduerſoſque polos alienaque ſydera quæris.
Chaldæos culturæ focos & barbara ſacra
Parthorũ famulus? qd cauſæ obtẽditur armis
Libertatis amor? miſerũ quid decipis orbem
Si ſeruire potes? te quẽ romana regentem
Horruit auditu: quem captos ducere reges
Vidit ab icariis indoque a littore ſyluis.
Deiectũ fatis humilẽ fractũque uidebit?
Extolletque animos latiũ ueſanus in orbem.
Se ſimul & roma pompeio ſupplice menſus:
Nil animis fatiſque tuis effabere dignum.
Exiget ignorans latiæ cõmertia linguæ.
Vt lachryis ſe magne rogeſ: patiur ne pudor[
Hoc uulnus clades ut pthia uidicet ante
Heſperias quam roma ſuas? ciuilibus armis

Te: uidelic& imperatorem romanũ. Horruit: dum perſequeris mitridatem. Captos reges: uidelicet Tigranocerotam & Ariſtobolum iudeorum regem: quos in triumphum duxit. Hyrcanis: id eſt ex hyrcania quæ eſt pars armeniæ. Hyrcania auctore Strabone libro undecimo ualde opulenta & multa & magna ex parte planities præclaris urbibus adornata opulentiæ ſignum ducunt q᷑ uitis uini metretam affert: ficuſ: modios Sexaginta frumentum ex fructu naſcitur qui cadit ex culmo: in arboribus mellificatur ex foliis mel fluit: parthi: ut eodem libro refert Strabo: cum hyrcanis perſicæ uiuebant etiam non multo poſt tempore quam macedones imperarent. Extollet animos: arrogantior fiet. Se ſimul & romæ menſus: nam quod te ſupplicem uidebit imperium ſuum imperio romano comparabit. Exiget ignorans: cum loqui uolueris ad illum tum dicet neſcio quid dicat: hic non intelligo linguam romanam: & uolet ut lachrymes: ut ſi non ex uerbis tuis ſaltem ex lachrymis quid uelis intelligat. Patimur ne pudoris: Adhuc in eo perſiſtit quod dignum eſt romanis: quod uidelicet parthi prius uendicent iniurias italiæ q̃ nos iniurias noſtras ab ipſo rege illatas: turpe hoc eſt quia prius iniurias noſtras ulciſci debemus: quam parthi ulciſcantur romanos contra cæſarem. Ciuilibus armis: contra leges argumentum eſt a iuſtitia: quæ diuiditur in ius naturale: ius conſuetudine: & ius lege pacto patri: & iudicio: argumentum eſt iure lege: quia lex erat ut qui ad aliquod bellum electus eſſet: nullum aliud gerere poſſet prius quam illud perficeret: & plebiſcitum cauſa eſſe poteſt: Quod in iure ſcripto proculdubio connumeratur.

Elegit te nempe ducẽ:quid uulnera noſtra
In ſcythicos ſpargis populos:ʼcladeſq; latẽtes.
Quid parthos trãſire doces:ʼſolatia tanti
Perdit roma mali:nullos admittere reges
Sed ciui ſeruire ſuo:iuuat ire per orbem
Ducentẽ ſæuas romana in mœnia gentes:ʼ
Signaq; ab euphrate cũ craſſiſ capta ſequẽtẽ:ʼ
Qui ſolus regũ fato cælante fauorem
Defuit æmathiæ:nunc tãtas ille laſceſſet
Auditi uictoris opes:ʼaut iungere fata
Tecũ magne uolet nõ hæc fiducia genti eſt.
Oẽs in arctois populus quicũq; pruinis
Naſcitur i domitus bellis: & mortis amator.
Quicquid ad eoos tractus mundiq; teporem
Labitur:emollit gentes clementia cæli.
Illic & laxas ueſtes:& fluxa uirorum
Velamenta uides pthus p medica rura:
Sarmathicos iter cãpos: effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo: nulli ſupabilis hoſti eſt
Libertate fugæ:ſed nõ ubi terra tumebit

Elegit te ducẽ:nõ autẽ ut alios duces tẽptares. Quid uulnera nr̃a:ignominiã oſtẽdit arguit cõtra gloriã:q̃ eſt frequẽs de aliquo fama cũ laude:cõtra eã facere dicit:nã ſi clades romanorũ uulgauerit i pthia:magna erit populi Ro.ignominia ut melius oſtẽdat i Europa pmanere: q̃ i aſiã|trãſire. Parthos trãſire duces:qa quum itellexerĩt diſſẽſionem inter romanos capta occaſione:ipſi in italiam uenient: & imperium Romanũ de medio tollent. Solatia tollis: hanc deſolationen tollis:q̃ unica ẽ nobis:ut ſi ſeruiendum ẽ: magna cõſolatio eſt ut ſeruiamus potius ciuibus noſtris q̃ barbaris. Ciui:ſcilicet Cæſari. Iuuat ire p orbẽ oſtendit piculũ quod ẽ contra tuti partem:q̃ i columitas dicitur:ea eſt ſalus tuta atq; integra conſeruatio. Signaque: ſcilicet romana que capta ſunt a parthis cum craſſis uidelic& patre & filio. Qui ſolus arguit a maiori ad maius quod eſt ex adiunctis negocio: ſi nos parthi infœlicitate ſequi noluerunt multo minus in aduerſis ſequentur.

Defuit:qa noluit itereſſe bello ciuili. Celãte fauorẽ.i.cũ adhuc i dubio uictoria eẽt. Laceſſet:prouocabit. Victoris:Cæſaris. Oẽs i arctois:poſtq̃ rõnes ſuas lẽtulus cõfirmauit qbus arguebat nõ eũdũ eẽ i pthiã:nec ẽt barbaro eẽ fidendũ qđ ſi faceret id futurũ cõtra dignitatẽ:nõ ſolũ põ.ſed ẽt populi ro. nũc pom.rões cõfutat a natõe primũ cõuertẽs dicta pom.i ſuã utilitatẽ:nã qđ pom. dixerat de regione pthoꝝ q̃ eẽt ſepata quodãmõ a noſtro orbe:ubi liberos ſemp hĩtare pthos dixerat:nec regi cuiq̃ ſeruire aĩum iduxiſſe:imo regnandi cupiditatẽ hũiſſe ita cõuertit Lẽtulus:ut oſtẽdat eos:qa ibi nati ſũt & nutriti enerues eẽ:& effœmiatos quẽadmodũ ẽt Cicero dicit ꝓ q̃litate aeris ex aſtrologoꝝ ſentẽtia ita eẽ naturã hoĩs.dicit.n.athenieſes igenioſiores eſſe: Thebanos uero pigues & ualẽtes.rõ:nã Athenis aer tenuiſſimus ẽ:ideo acutiores ſunt hoĩes:Thebis uero craſſiores:iõ pigues & ualẽtes ſũt. Sed i oriente aer clemẽtior ẽ:iõ ẽt ibi natura hoĩes ſũt molliores: & ppea effœmiatiores. Oẽs i arctois:arguit a natõe q̃ eſt una ps ex attributis pſoæ:& p cõtrariũ:quicũque naſcit i ſeptẽtrione:q̃ regio frigidiſſia ẽ & aſpa: fortiſſimus & bellicoſus ẽ:e cõtra uero q naſcit i oriẽte q̃ rgio mollior hẽtur & clemẽtior:eneruatior eſt & mollior.In arctois.i ſeptẽtrione. Pruinis:frigoribꝰ: Indomitus bellis:iuictus. Eoos tractus:lõgitudinẽ oriẽtis. Emollit:Molliores facit. Illic:in oriente:& arguit a uictu imbelles eẽ oriẽtis populos. Laxas:fluxas:ſinus habẽt amplos:ut lõgũ ſirmauerat humũ:ſic & Virgilius Et habẽt tunicæ manicas & redimicula mitræ. Parthus p medica rura:Arguit ab affectiõe:nã adiũgit hõeſto & iuſto:ſiue utili neceſſitas & affectõ:ſed hõeſto gloria dignitas & aicitia:q̃ pp ſe & pp aliud expetẽda ſũt deide neceſſitas cũ cõditiõe & ſine cõditõe:ſine cõditiõe:ut neceſſe eſt oẽs mori:cũ cõditiõe ut neceſſe ẽ perilinos mori: niſi ſe dedãt Hãnibali.eſt aũt affectõ q̃ ex tẽpore & belloꝝ admĩſtratõe & ſtudio hominũ cõmutat.Parthus p medica rura ſar.in.cã hoc uerũ ẽ:ſed mutatur hoc ex admĩſtratõe:i regiõe illa lata:ut eqtare poſſint uictores ſunt:nã fugiẽdo inſequẽtes uulnerãt:at uero in italia q̃ mõtuoſa eſt:& multas anguſtias habet nõ ita: neq; licebit ſpatiari:& ita mutata regione ſtudiũ eorũ nihil proderit:nec in adminiſtratione belli:uti in regione ſua poterũt. Sarmaticos cãpos.i.aſſyrios:ſed ẽ epitheton lõge repetitũ Sarmatæ populi aſſyriæ ſũt unde parthi originem habuere.Verum:ut Solinus inquit: parthia quanta omnis eſt:a meridie rubrum mare a ſeptentrione hyrcanum ſalum claudit:regna in ea duo de uiginti diſſecantur in duas partes:unde cim quæ dicuntur ſuperiora:incipiunt ab armenico littore & caſpio limite porrecta ad tertam ſcytharũ aut ſarmatharum cum quibus concorditer uiuunt:reliqua ſeptem inferiora:ſic enim uocitantur:habent ab ortu uarios Arianoſq;:Carmacuamq; a medio die:Mœdos ab occidui ſolis plaga:a ſeptentrione Hyrcanos:ipſa autem Mœdia ab occaſu tranſuerſa utraque parthiæ regna amplectitur:a ſeptentrione Armenia circundatur:ab ortu caſpios uidet:a meridie perſidem:deinde tractus hic procedit uſque ad caſtellum quod magi obtinent Phidaſarcida nomine hic Cyri ſepulchrum. Effuſa:porrecta:ſicut omnis planities iacet. Tigridis:fluuii q cũ Euphrate uno ſe fõte reſoluũt. Supabilis:uicibilis Libertate.f.libertate uagãdi lateq; ſpatiãdi. Sed nõ.t.ecce mutato ex tpe & admĩſtratõ belli ergo ab effectõe. Tũebit.t.i.ubi ſũt mõtes

Nec per opacas:nec in Italia:ſicut mos eſt ſciunt gerere bella tempore noctis:quippe qui cum niſi ſagit/tis utantur uidere non poſſunt:quo eas dirrigant. Opacas tenebras:id eſt per noctē ſicut nos gerimus: nam tempore noctis pompeius mitridatis exercitum fugauit. Incerto: erranti arcu. Non franget nando:ſi opus erit tranſire flumīa:non erit peritus natando uortices fluuiorum qui multi ſunt in italia. Eſt autem uortex gurges aquæ a uertendo dictus. Nec tota in pugna:nec in pugna pati poterit æſtum calo/ris:quia aſſuetus eſt molliori aeri. Nam aries:alia mutatio belli:quia non oppugnare conſueuere oppi/da: nec habent inſtrumenta quibus id fieri ſolet.

Aſpera conſcēdit mōtis iuga.nec per opacas
Bella geret tenebraſ.incerto debilis arcu.
Nec franget nando uiolenti uerticis amnem.
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine mēbra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Non aries illis:non ulla eſt machina belli.
Haud foſſas implere ualent.parthoqꝫ ſequenti
Murus erit quodcūqꝫ poteſt obſtare ſagittæ.
Pugna leuis bellūque fugax:turmæqꝫ uagātes
Et melior ceſſiſſe loco quam pellere miles.
Illita tela dolis: nec martem cominus uſquam
Auſa pati uirtus.ſed longe tendere neruos.
Et quo ferre uelint permittere uulnera uentis
Enſis habet uires.& gēs quæcūque uirorū eſt
Bella gerit gladiis:nam medios prælia prima
Exarmāt:uacuæque iubēt remeare pharetræ
Nulla manus illis fiducia tota ueneni eſt:
Credis magne uiro quos in diſcrimina belli
Cum ferro ueniſſe parū:ē tentare pudendum
Auxilium tanti eſt:toto diuiſus ut orbe
A terra moriare tua:tibi barbara tellus
Incubat:te parua tegant ac uilia buſta
Inuidioſa tamen:craſſo quærente ſepulchrū.
Sed tua ſorſ melior:quoniā mors ultia pœna ē
Nec metuenda uiris:at non cornelia letum
Infando ſed rege timet:num barbara nobis
Eſt ignota uenus:quæ ritu cæca ferarum.
Polluit innumeris leges.& fœdera tedæ
Coniugibus:thalamique patēt ſecreta nefādi

humili ac ſordido te ſepulchro cōndi. Si tota eſt:a minori ad maius arguit:dicit enim ſi alii quorum uirtus inferior fuit magna & ampla monumenta conſecuti ſunt:quid non pompeius & ipſe conſequi debet. non enim inferior Hercule dicendus eſt:non regibus ægyptiis:quia magna moles pyramidum pro ſepulchro habuerunt:quæ nam inqt indignitas eſt:ut nnus lapis ſufficiat ſepulchro pompeii:cum hercules ꝑ ſepulchro totū oethen montem occupauit & liber pater Nyſam alteram partem parnaſi. Tota oethe: græce. ὁ οἰτηϲ τοῦ οἴτου latine oethetes mons ubi conbuſtus eſt Hercules a philothete cui arcum & ſagittas dono dedit. Nyſea:nam parnaſus mōſ boetiæ diuiditur in duos colles.ſcilicet in cyrram ubi colit̄ apollo & nyſam ubi colitur bacchus. Tota uniuerſa. Bromio :id eſt libero patri multa nomina habet Bacchus:quorum unum eſt Bromius ſed græce abſoluitur:βρομιοσ: quo mænades utūtur: tūc cū plenæ deo id eſt uino orgia bacchi celebrant. Rura tenere pōt:uidelicet dignitate ſua ita meruit occupare. Lagi:uidelicet omnia quæ tenuit lagus qui primus rex ægypti fuit. Erremus: pro errabimus. Nullo ceſpite:melius fuerat o Codre:ut nomē pompeii nuſquā ſcriberetur: quia uniuerſam ægyptum pro ſepulchro haberemus: nec ī ægypto ullum locum calcare auderemus:ne poſtea piaculum cōmitreremus. Calcemus:ne forte calcemus cineres pompeii. Nili: ægypti fluuii pro ipſa ægypto poſuit. Quod ſi tam ſacro: ſed ſi placet o Codre nomen pompeii inſcribere ſaxo plenū facito epithaphium:& ibi res eius geſtas inſcribe:& ita breuiter perſtringit geſta pompeii. Actus: res geſtas. Si dignaris:id eſt dignum facis. Momentaqꝫ maxima:id eſt maximarum rerū hiſtorias. Adde truces lepidi motus:hic lepidus acta ſyllæ reſcindere tentauit: quem auſpiciis pompeii.Qu.Catuluſ bis ab alpibus & Italia pepulit: hic in Sardiniam quo confugerat:bellū mouit:inde pulſus paulopoſt:periit. Truces motus: Qui audebat acta ſyllæ reſcidere qbus reſciſſis bellū ciuile renouaret. Alpia:unde pulſus fueratt Armaque Sertorii:nam Sertorius populi romani hoſtis iudicatus hiſpaniam occupauit:& ibi magno exercitu cōparato bellum aduerſus populum romanum geſſit in quo ſæpe uictor euaſit.tandem cum a metello propemodum uinceret: ut uictoriæ ſpes magna eſſet factione pompeii lata eſt lex:ut ſucceſſor mitteretur Metello & ipſe pompeius electus eſt: qui contra Sertorium mitteretur: qui deinde per proditionem Sertorium oppreſſit nam Perpenna cum ſuis ipſum inter epulas trucidarunt. ideo. Reuocato conſule:id eſt metello in cuius adminiſtratione ea omnis prouincia poſita fuerat. Et currus:Triumphauit enim ſimul de Africa: de Hiſpania: occiſis hic Domitio:illic Gn.Carbone. Ante ætatem:quod non licebat:tamen ipſe obtinuit:& cum reſiſteret ſylla ne contra leges triumpharet:quamquam auſpiciis ipſius res bene geſſerit.Tūc Pompeius triumphabo inquit:& Sylla quomodo ne tu cum adhuc puer ſis audes dicere triumphabo contra leges & ſtatuta populi romani contra uoluntatem meam: quare inquit pompeius. tu es tanquā ſol occidens:ego uero ſum:tanquam oriens quo audito ſylla animi magnitudinem admiratus eſt:& magno clamore dixit ſæpius triumphet triumphet:& ita triumphauit. Comertia tuta gentis:id eſt debellatis pyrrhatis:quia tunc demum comercia tuta eſſe cœperunt:poſtquam pyratæ debellati ſunt qui uniuerſum mare reddiderant infeſtum adeo ut portum romanorum occupauerint :& ibi prætorem cum lictoribus in ipſo portu hoſtiæ ciuitatis uicerint. Genreſque uagas:Hiberes:Alamanos:Albanos:Hyrcanos:Colchos:Aemaos:Cilices & cæteros populos montis Caucaſi:id eſt quod ait barbariem:& gentes uagas. Quicquid euro regnorum:nam Caucaſus mons orientalis eſt:qui inter Eleos & mare cimericū: & Albanos ultra Caſpium montem ſub ſeptentrione iacentem porrigitur.nam incipit hic mons ab oriēte & uſque ad Caſpium extenditur:& Albani continentur & dum perſequitur Mitridatem Pompeius: complures huius montis accolas armis ſubegit. Ineuro borea: id eſt in orientem uſque ad ſeptētrionem:quia ab occidente uſque ad ſeptētrionem pertingit caucaſus. Dic ſemper ab armis Ciuile repetiſſe toga:adde hoc quod etiam eſt maximus pompeii ſplendor.quod uidelicet nunquam tanto imperio uſus eſt: nunquam tantam ex hoſtibus uictoriam conſecutus eſt: quin ſtatim finito imperio: &. debellatis hoſtibus & in ſignibus imperii: ſimul etiam animum ciuica conditione minorem deponere:nunquam pompeius uoluit ciuica conditione maior uideri. cæteri uero poſtq̄ ad prīcipatū ciuitatis euaſerit:maiores cæteris haberi uoluerūt:& tyrānide appetebāt. Ab armis.i.a bellis debellatis hoſtibus

Ciuilem togã.i.ſemp ſe ad ciuilem cõditionẽ:ut æquo iure cũ cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus actiſ uidelic& tribuſ triumphis:uno de Sicilia ſimul & Africa:altero de pyratiſ:tertio de mitridare:nã potuit triũphare de africa ſemel de Sicilia ſemel de piratis:de Sertorio:de mitridate:de Tigrãne:tamẽ donauit hos omnes triumphos patriæ & ſatis habuit ter triumphaſſe. Surgit:erigit pompeio. Miſerabile ſordidũ & humile. Titulis:nullis laudibus. Faſtorũ pro magiſtratibus poſuit:libri enĩ ſunt in quibus conſulũ & aliorũ magiſtratuũ noĩa inſcribebãtur. Tãto ordine:quia pompeius cõſul ſæpius fuerat ſæpe etiã imperator cũ exercitu miſſus aduerſus hoſtes populi romani & nomẽ eius quotiẽs imperiũ geſſerat:totiẽs faſtis inſcriptũ erat. Solitũ legi: ſcilic& pompeii nomẽ quod ĩ ordine templo℞ inſcribi cõſueuit:& in certis arcubus:quorũ adhuc nõ nulli in urbe romana ſpectant.nũc legit in imo littore poſitũ:ad cõmiſerationẽ mouendã hoc ſcribit Lucanus Culmina deorũ.uidelic& in capitolio. Arcus: ſic enĩ arcus ædificabãt romãi cũ uictoriã ex hoſtibus rettuliſſent:ut ĩ modũ arcuſ ædificio ſtructo ibi res oẽs geſtas pingerẽt:aut certe fingerẽt adhuc arcus & ſtatua põpeii romæ ſpectat:in quo ẽt ſunt candelabra quæ de tẽplo ſalomonis rapuit. Depreſſum calcatũ.quod nõ legat.cũ antea legeret a ſuſpiciẽtibus culmẽ tẽpli:nec legi poſſet niſi a ſtantibus:neceſſe nũc eſt.n.ut qui uelit legere nomẽ pom.ĩ littore curuet. Rectus:ſed incuruus propter humilitatem tumuli. Quod niſi mõſtratũ & ſi forte Romã hac trãſirent niſi morarẽtur põpeii nomẽ non agnoſcerẽt. Noxia tellus: Apoſtrophat nũc ad ægyptũ & inuehit in eam dicens. Vere carminibus Sibyllinis cauebat ne miles romanus ægyptũ tãgeret & nõ ſine rõne cauerat ſibylla ne romanus miles in ægptũ uiueret:hoc oraculũ religioſi obiiciebãt romæ his q Ptholemæũ cũ exercitu ĩ regnũ reſtituere uolebãt:& creditũ eſt illud impletum cum Craſſus in aſſyria quæ adiacet ægypto cũ omni exercitu deletus eſt.nunc refert ad cædem pompeii oraculũ Sibyllæ Lucanus & nõ ſine oratiõe id dixerat ſibylla.id enim erat quod metuebat ne ĩ eũ põpeius trãſiret quod ſi ſibyllæ paruiſſent:nunquam talem uirum amiſiſſent. Ciuili fato: propter ciuile fatum.

Ciuilem repetiſſe togam: ter curribus actis
Contentum:multos patriæ donaſſe triũphos.
Quiſ capit hæc tũul℈ ſurgit miſerabile buſtũ
Non nullis plenũ titulis:non ordine tanto
Faſtorum:ſolitumq̧ legi ſuper alta deorum
Culmina & extructos ſpoliis hoſtilibus arcuſ
Haud procul eſt ima pompei nomen harena
Depreſſũ tumulo.quod nõ legat aduẽa rectuſ
Quod niſi mõſtratũ romanuſ trãſeat hoſpeſ
Noxia ciuili tellus ægyptia fato.
Haud equidẽ ĩmerito cumanæ carmine uatis
Cautum ne nili peluſia tangeret ora
Heſperius miles ripaſq̧ æſtate tumentes
Quid tibi ſæua precer.pro tãto carmĩe nilus?
Vertat aquas nilus quo naſcitur orbe retẽtus.
Et ſteriles egeant hiberniſ imbribus agri.
Totaq̧ in æthiopum putres ſoluaris harenas.
Nos in templa tuã romana recipimus iſim.
Semideoſq̧ canes:& ſiſtra iubentia luctus.
Et quem tu plãgens hominem teſtaris oſirim

Haud immerito:non ſine ratione. Vatis erycinæ:id eſt ſibyllæ:cui ſepulchrum fuit in Lilybeo oppido:ut inquit Solinus:in Sicilia non procul ab Eryce monte in quo colitur uenus.ideo erycinæ:nam epytheton longe repetitum eſt. Peluſia:peluſium unum ex hoſtiis nili. Ripaſq̧ æſtate trementes:uidelic& ripas nili qui quot annis creſcebat & ægyptum inundans fertilem reddebat & nunc quoque illud idẽ facit. Precer.pro imprecer. Vertat aquas:Imprecabor inquit ut nilus in fontem ſuum redeat nec poſt hac nilus inundet:ut ſterilitate habitare ibi nemo poſſit. Orbe retẽtus: uidelic& in fontem ſuum redeat

Ethiopum: uidelic& ſic apud ethiopas:ubi ardore ſolis terra in puluerem reſoluitur:ſic tu quoque ſoluaris. Nos in templa tuam:non ſimiles fuerunt romani tibi o ægypte:nam nos deos tuos accepimus:& his templa condidimus.tu uero manes noſtri pompeii inſepultos iacere pateris. Iſim: Ionem Inachi filiam quæ mutata eſt in uaccam :caudæ cuius iuno oeſtrum ſubiecit quo illa agitata totum orbem terrarum peragrauit:tandem peruenit in ægyptum & cum in ripa conſtitiſſet nili forte ſuſpiciens uiſa eſt ſupplicare Ioui:ut ſui tandem miſereretur:& ſe in priſtinam formam reſtitueret:uidelicet humanam:admirantibus ægyptiis eam pro dea nili coluerunt:cuius uir fuit Oſiris. Tuam:quæ apud te colitur. Semideoſque canes:uidelic& Mercurium quem Anubim uocant.Virgilius. Omnigerumque deum monſtra & latrator Anubis.nam colitur apud ægyptios in forma canis & lingua ægyptia anubis canis dicitur canũ:ut inqt Strabo li.decio ſeptio ciuitas ẽ ĩ qua Anubis colit:& honor & ſacer qdã cibus canibus eſt cõſtitutus.quædã enĩ animalia ſunt quæ uniuerſi ægyptii colũt:quẽadmodũ ex terreſtrib℈ tria:Boue:Canẽ felem:ex uolatilib℈.Accipitrẽ atq̧ Ibi.Ex aquatilib℈ duo lepidotũ piſcẽ:& oxyrynchũ.ſũt alia quæ qſque ſeorſũ colit. Et ſiſtra iubẽtia luctus:Siſtrũ ẽ ĩſtrumẽtũ ad ſimilitudĩe tubæ cui℈ cãtu ægyptii ℈gregati imitabãt plãgores iſidis.nã Oſiris uir fuit iſidis a Tiphõe gigãte laceratꝰ:quẽ diu cũ lachrymis ĩ plãgor qſiuit

Iſim

Tu noſtros ægypte tenes in puluere manes?
Tu quoq; cum ſæuo dederis iā templa tyrāno
Nondum pompeii cineres o roma petiſti.
Exul adhuc iacet umbra ducis.ſi ſæcula pria
Victoris timuere minas nunc excipe ſaltem
Oſſa tui magni.ſi nondum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent:quis buſta timebit?
Quis ſacris dignā mouiſſe uerebitur ūbrā?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus: & uelit uti
Noſtro roma ſinu:ſatis o nimiumq; beatus.
Si mihi contingat manes tranſferre reuulſos
Auſoniæ:ſi tale ducis:uiolare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili compeſcere finem
A ſuperis:aut roma uolet feralibus auſtris
Ignibus aut nimiis:aut terræ tecta mouenti
Conſilio iuſſuq; deum tranſibis in urbem
Magne tuā:ſūmuſq; feret tua buſta ſacerdos
Nam quis ad exuſtā cancro torrente ſyenē
Ibit & himbrifera ſiccas ſub plyade thebas
Spectator nili:qui rubri ſtagna profundi
Aut arabum portus mercis mutator eoæ

Tu tenes noſtros manes.i.principiū noſtrorū umbras. Tu quoq; cū ſæuo:poſtquā inuectus eſt i ægyptios:quia pateretur oſſa pompeii inhumata iacere:cū romani diis eorū templa ſtruxiſſent.nūc ipſā quoque romā reprehendit:q; ad ſua uſque tēpora in ægyptio puluere oſſa pompeii iacere pmiſiſſet:q; ſi excuſationē meruerint ſuperioris temporis q; Cæſarem metuebāt:nūc certe nihil habēt quo ſe excuſare poſſit

Tu quoque.ſ.roma reprehendēda: Cum: q̄uis. Sæuo tyrāno.ſ.Cæſari quē in deorū numerū trāſtulere romani:quod ēt Virgilius oſtēdit. Ecce dionei proceſſit Cæſaris aſtrū.nā ſtellā quæ p aliquot dies cōtinuos apparuit cæſaris eſſe aīam in cælū recepti ut ait Suetonius dixerūt & hac de cauſa ſimulacro eius i uertice addebat ſtella. Nōdū pōpeii cinereſ: cū cæſare inqt ſæuo tyrāno q̄ primus tyrānidē i urbe romana obtinuit poſt exactos reges tēpla ſtruxeris pōpeii manes i humatos iacere pmittis. Exul extra ſolū pr̄iæ ſuæ. Pria ſæcula.ſ.qbus cæſar oīa tenebat. Nūc excipe.ſ.romā cineres pōpeii trāſferēdo. Si nondū ſubruta.i.ſi nondū fluctus maris oſſa pōpeii abſtulit. Sedēt pmanēt ubi poſita fuerant. Quis buſta.t.necē q; dubitet quiſq̄ id laturā moleſte ūbrā pōpeii: q̄ſi ſepulchrū ipſius uiolare nō.n.hoc erit uiolare ſepulchrū:ſed ſacrificare:ut ex tā ſordido & uili loco i ſedē ſuā & pr̄iam reducatur

Dignā urnā.ſ. pr̄iam ſuā.i Sacris:ſacrificiis. Dignā ur.uidelic& aīam pōpeii q̄ digna ē:ut ipſi ſacra deorū more romano exibeant. Impet hoc no.ſi alii hoc uerent uidelic& ex humili ſepulchro oſſa pom.i dignioré locū trāſferre id mihi munus demā def exiſtiabo me aīabus pom.rē gratā facere. Noſtro ſinu: quia gremio ipſo cineres & oſſa pōpeii roma trāſferam. Satis o.optātis ē. Si utinā. Violare:nō erit uiolare:ſed uereri. Forſitan aut ſulco Fortaſſe Roma tūc reſtitueret cineres tuos:ut inde trāſferātur: honorificētius:cū urbem Romā inuaſerit peſtilētia:aut certe terræmotus concuſſerit: & accepta reſpōſa huiuſmodi erūt: ut nec peſtilētia illa:nec terræmotus ſedari poſſit:prius q̄ oſſa in ſedē & patriā trāſferātur:ſicut etiā de aliis lectū eſt.nam Cybeles & Aeſculapii ſimulacrū in urbem tranſlatū:illā a peſtilentia liberauit. Sulco ſterili:ſignificat famen & penuriam annonæ. Feralibus auſtris:id eſt peſtiferis.nam auſter tunc regnat calidior :cuius feruore corrumpitur aer. Ignibus nimiis:id eſt æſtibus ſemper extrema uitioſa ſunt. Nymbus eſt uentus cum pluuia. Aut terræ tecta mouenti. Significat terræmotum quum terra mouetur: mouentur & cætera quæ in ea fundata ſunt. Summus ſacerdos: pontifex maximus. Nam quis ad exuſtam: uere nunquam dii te tanto dignabantur honore. nam nemo eſt : qui hac tranſiturus ſit ubi tua oſſa manent: quin nauem iubeat eo auerti: ut ſepulchrum tuum qualecunque ſit ſalutet & ueneretur. Syenem: ſyene eſt ciuitas in medio libyæ poſita:& hanc radii ſolis perpendiculariter feriunt. eſt enim ſubiecta cancro. Thebas: Thebæ ſunt ægyptiæ & boetiæ: ſed de ægyptiis thebis hic intelligit. Sub plyade: ſub qua poſitæ ſunt Thebæ ægyptiæ. plyades ſunt ſtellæ quæ ortu ſuo nauigationis tempus ſignificant: unde etiam dictæ ſunt απο του πλεω:id eſt a nauigando. Quis rubri ſtagna: id eſt quis nauigabit in orientem: aut meridiem. neque enim poſſunt in oriente uel libya nauigare niſi per mare libycum: & in littore libyci maris poſita erunt oſſa Pompeii. Eoæ: orientalis

Arabum : populi ſunt orientis fœlicis Arabiæ:auctore Strabone libro ſextodecimo:ſeptentrionale latus faciunt deſerta haud exigui. orientale perſicus ſinus:occidentale arabicus. auſtrale mare magnū: quod extra utrunque ſinum eſt. Idque totum mare rubrum uocatur:quod rubrum appellatur a ſole quum ſupra uerticem eſt: uel a montibus ex aduſtione rubentis. Cteſias uero Gnidius hiſtoriæ mādauit fontem quendam eſſe: qui aquam rubicundam ac mynio plenam in mare emittit. Solinus capitulo .xlvi. refert ultra peluſiacum hoſtium. Arabiam eſſe ad rubrum pertinētem mare:quod Erythreum ab Erythra rege perſei & andromade filio nō ſolum a colore appellatum raro dicit:qui affirmat in littore maris iſtius fontem eſſe:quem ſi oues biberint:mutent uellerum qualitatem. Strabo etiam decio

ſeptimo tradit rubrum mare ægypto ſublimius eſſe:unde ſi medius Iſthmus ĩcideret:ægyptus a mari obrueretur. Petet:p iſta loca nauigans. Auertet.ſ.ab his regionibus ad ſe nauigantes per ea loca. Cinis in ſummis:quia fortaſſe fluctibus maris detecta erunt oſſa tua:ut etiã uideri poſſint præferre.uidelic& ut digniore ſepulchro te cõdat. Caſſio:mons eſt in Arabia nobili ſepulchro põpeii nã in littore caſſii montis ſepultus eſt. Caſſio ioui:quia in Caſſio mõte Iouis eſt templũ & pompeii corpus:ut dicit Strabo libro ſexto decimo:nõ procul inde magnus iugulatus fuit:& ab ægyptiis dolo iteremptus. Nil iſta nocebũt nec erit cur tibi minor hẽatur honor:ꝙ ĩ humili loco oſſa tua poſita maneãt:imo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua. Iſta buſta:uidelic& uilia & ſordida. Templis auroque:quia ſi in templis auratis cineres tui conditi eſſent minore mhonorem pro dignitate conſecutus eſſes. Templis auroque:id templis auratis.Endiadis. Pro numine ſummo:id eſt loco ſummo numinis habetur:ꝙ fortuna ſepulchri tui in tamuili loco poſita ſit & ſubiungit rationem. Auguſtius aris:per ſimilitudinem oſtendit dignius eſſe ſepulchrum pompeii quam eorum qui ſepulti ſunt in monte tarpeio:id eſt capitolio: unde thuſci ſacerdotes qui dedignabantur ſacrificare ioui in templo conſtituto immolant uictimas in loco ubi iacet fulmen.nam thuſci fuerunt religionis cultores maximi inde etiam:ut Valerius docet in primo:principium religionem habuiſſe dixerũt. nunc ergo dicit ꝙ aruſpices thuſci quotiens prodigium committere uoluerit fulminis.nam fulmen quotiens aliquid percuſſerit prodigiale eſt ĩ locum quem de cælo tactum eſſe uiderunt bidentes ſacrificabãt:& locũ illũ bidẽtal appellabãt:nec quiſꝙ auſus fuiſſet in eo loco conſiſtere uenerabant eum locum tanquam ſacrum & diis cõſecrabant.illud idẽ continget ſepulchro tuo o pompei.nam quemadmodum tuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare Ioui capitolino:& immolabant bidentem in humili ſepulchro ubi fulmen poſitũ eſt:ita etiã umbris tuis ſacrificia exhibebũtur a gentibus. Auguſtius.i.nobilius & uenerabilius:unde auguſtum dicimus locũ uenerabilem:quaſi aue guſtatum.ſic.n. augures illi qui eiuſmodi artẽ tenebant locũ illũ uenerabilem habebant:quem aues deguſtaſſent. Aris uictoris:templis cæſaris:cui templa & aræ extructæ fuerunt. Saxum:ſub quo cineres tui conditi ſunt. Tarpeis deis:id eſt Ioui & mineruæ qui coluntur in tarpeia rupe:id eſt in capitolio. Thura:id eſt ſua ſacrificia. Thuſco ceſpite:id eſt ara a thuſcis ſacerdotibus extructa non enim tantummodo in tuſcia hoc faciebant:ſed ubique ubi fulmen cõditum eſſet. Proderit hoc olim:quod ibi ſepultus ſis o pompei:quia aliquando cum aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferetur:& nulla tui neſtigia ſepulchri apparebunt:id faciet ut omnes te deum eſſe exiſtiment:cuius ſepulchrum in terris nuſquam inuenietur. Olim:aliquando. Ardua:alta. Futuris:poſteris. Pulueris exigui:non erit inquit opus diuturno tempore ad hoc ut fluctus maris reſiduus rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Cadet:in undas maris. Argumenta tuæ mortis:quod eſt ſepulchrum.eſt argumentum:id eſt ſignum mortis:unde monumentum appellatur quia monet mentem intuentium:ſcilic& ibi mortuum iacere. Argumenta:probamenta. Veniet ætas:in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſepulta. Fœlicior:ſcilic& quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus:quia ſi forte quis dixerit hic oſſa pompeii ſepulta fuerunt:non adhibebitur fides. Atque erit ægyptus:& fortaſſe idem continget tibi.dicit in ægypto:quod contigit Ioui in creta.Nam in inſula creta oſtendebant ſepulchrum quod Iouis fuiſſe dicebant:ſed nemo credere uolebat.idem & tibi continget o pompei. Varro in opere quod de littoribus eſt etiam ſuis temporibus:ut ait Solinus:affirmat ſepulchrum Iouis in Ida uiſitatum. Tam mendax:no erit mẽdax:ſed exiſtibit

Magne petet:quẽ nõ tumuli uenerabile ſaxũ.
Et cinis in ſummis forſan turbatus harenis
Auertet:maneſꝙ tuos placare iuuabit
Et caſſio præferre ioui:nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ:templis auroꝙ ſepultus
Vilior umbra fores:nũc eſt ꝓ numine ſũmo.
Hoc tumulo fortuna iacens:auguſtius aris
Victoris libyco pulſatur in æquore ſaxum.
Tarpeis qui ſæpe deis:ſua thura negarant
Incluſum tuſco uenerantur ceſpite fulmen
Proderit hoc olim quod nõ mãſura ſepulchri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulueris exigui ſparget nõ longa uetuſtas
Congeriem buſtumꝙ cadet:mortiſꝙ peribũt
Argumenta tuæ.ueniet fœlicior ætas
Qua ſit nulla fides ſaxum mõſtrãtibus illud
Atꝙ erit ægyptus populis fortaſſe nepotum
Tã mẽdax magni tumulo quã certa tonãtiſ.

M.ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER NONVS.

INCIPIT NONVS LVCANI.

a T Non in pharia manes iacuere
fauilla
Nec cinis exiguus tātam compe/
ſcuit umbram
Proſiluit buſto ſēiuſtaq; mēbra relinquēſ
Degenereq; rogū/ſequit̄ cōuexa tonātis
Q ua niger aſtriferis cōnectitur axibus aer.
Q uodq; patet terras inter lunæq; meatus
Semidei manes habitāt:quos ignea uirtus
Innocuos uitæ patientes ætheris imi
Fecit:& æternos animam collegit in orbes
Non illuc auro poſiti:nec thure ſepulti
Perueniunt/illic poſtq̄ ſe lumine uero
Impleuit:ſtellaſq; uagas miratur & aſtra
Fixa polis:uidit quāta ſub nocte iaceret

a T non in pharia manes iacuere fauilla. Hic incipit liber nonus in quo cōtinet̄ primū qui/dem deificatio animæ pōpeii. deide Catonis deliberatio cū militibus: quos cū uniuerſa claſſe ſecum tenebat: cui cū Gn. pompeio præfectus erat. nā cū milites ad libertatē incitaſ/ſet perſuaſit eis: ut ſe pararent ad regem Iubam tranſire: ibi eni ſpem aliquam fore: ut re/gis huius auxilio Rempublicam recuperarēt & ꝑ quos labores quæue pericula iter faciēs profectus fuit Lucanus deſcribit: primum igitur περι αποθεωσεως: ideſt deificatione lo/quitur pompeii qūo anima eius ad comparem ſtellam redierit & deificata ſui corporis ludibria con/tempſerit. (At: pro ſed aduerſat̄ his quæ ſupradi/cta ſunt. uidelic& i anguſto ac ſordido ſepulchro co/ercitos fuiſſe cineres pompeii: ſed e diuerſo manes & eius umbræ in cæleſtem regionē ſublimis delata eſt.) Tantam ūbram. i. tantæ magnitudinis & ex/cellentiæ. Proſiluit: ꝓcul a buſto exiluit ī aeream regionē. Semiuſtaque membra: quia nec tantū quidē lignorū: & fomenti habuit Codrus: ut plene corpus pōpeii cremare poſſet. Degenerē: ſordidū Sequit̄ cōuexa tonātis: reuerrit̄ ad comparē ſtel/lā: & ad cæleſte domiciliū. Niger aer. i. inferior q contiguus ē planetis. de primo ad ultimū. nam qa inferior eſt ideo denſior: quia denſior: ideo nigrior Connectitur: contiguus ē. uidelic& iuxta lunam Aſtriferis axibus: uidelic& ī aeream regionē quæ eſt inter ſtellam & lunam. nā Luna eſt īferior plane tag; oīum. ſic enim ſe habent planetæ. (Saturnus/ Iupiter/ Mars/ Sol/ Venus/ Mercurius & Luna.) axes enim planetarum globos appellauit. nā in uno quo que planetarū ītelligi poteſt axis ſunt eim ſphærici quæ alio noīe græci polū appellāt. Quodq; patet inter terras: Nam luna inferior eſt planetarum omnium: apud quam inferiorem regionem ſemidei habi tant: quos græci heroas uocant. Quos ignea uirtus: ſecundum platonicos dixit qui animam dicebant eſſe ignem. quid eſt deus? theos pireſitos: ſenſibilem ignem deum eſſe diffinierūt ſi θεὸς eſt anima ſequitur ipſam eſſe naturalem deum nam pars ſequitur ſuum totum: ſi deus eſt totum: anima eſt pars naturalis. er go deus eſt aīa quod ſalſū eſt. Innocuos: qui īnocēter p omne uitæ ſuæ tempus uixerūt. Aetheris imi: inferioris reſpectu cæleſtis: nā ignis æthereus eſt oībus ſuperior elemētis. nūc autē dicit nō poſſe quidem animam ad ſummū ætherē aſcendere: ſed ī medio terrarū ac lunæ ſuum domiciliū habere. In orbes. i. circulos. Collegit: ideo dixit quia quas uirtutes amiſerat: dum per planetas uel planetarū regiones aſcē/dit eas nunc recuperādo colligit ī unū. ſic enim platonici dicebāt per planetas animas aſcendere: & ab his uirtutem quandam contrahere: ut a Saturno pigritiam. a Marte iracundiam. a Venere libidinē: & ſic de cæteris. Non illuc auro poſiti: ad comparē ſtellam inquit redeunt umbræ tantummodo eorum: qui cū uirtute uixerunt: non autem diuites ſepulchro decorati ſecundum platonicos. nam tres fuerūt opiniones philoſophorū de formes. nam Anaxagoras dicebat formas eſſe inter materiā actu: ſed animas latere a no/bis & ī ſenſibiles eſſe unde idē eſſe dicebāt unū & in omne eſſe. uidelic& formā cū materia: & materiā cum forma. Ariſtotiles q uiſus eſt melius ſentire dicebat qdem formas eſſe ītra materiā: ſed potentia nō actu: de inde ab extrinſeco agēte de potētia ī actū deferri. Plato & platonici dicebāt formas eē extra materiā in cor poribus cæleſtibus ſeparatis: quorū qualitas ſub qua quiſq; ſtella naſceret̄ corporibus. deinde imprimi ab intrinſeco datore. uidelic& deo q formaꝝ dator eſſe dicit̄: & cū e corpore ad ſtellā comparē redirent ſub qua nati ſunt. Illuc: ad ſedem illam. Thure: id eſt aromatum odoribus. Poſtquam ſe: Nuuc dicit quomodo pompeius poſtquam ad regionem illam: ubi heroes habitabant peruenit loca illa circumſpi cere cœpit & admiratione quadam perfuſus reſpexit ad terras & locum illum: ubi quaſi ludibrium quoddam corpus ſuum iacebat. Impleuit lumine uero: uidelic& reuerſus eſt in comparem ſtellam: cuius qualitatem & ſplendorem concepit. Stellaſq; uagas: id eſt errantes: ſcilic& planetas: unde plane tæ dicti ſunt: id eſt erro: errant enim & contra polum feruntur. Aſtra fixa polis: dicit non ſolum er/rantes ſtellas miratum fuiſſe: ſed etiam alias ſtellas fixa polis: ut urſa maior: & ſtella occidua quæ axes di/cuntur. Sidus enim a ſido: quod eſt ſedeo dicitur. ideo non recipit. y. contra nonnulli uolunt ut dicatur ab hy: id eſt pluo: quod dictum abſurdum eſt. Nam ſtellæ non flammeæ ſunt quo circa uapori/bus aluntur: caloreque ſolis excitatæ: ſicut enim ſtella a ſtando dicitur: ſic & ſidus a ſidendo deriuat̄.

Noſtra dies:quæ eſt in noſtra regione aerea ad comparatoẽm lucis terrarũ:ueſtra tenebræ potius dici debet. Ludibria trũci:cum uideret trũcũ corporis ſui:ita dilacerari,primo quidẽ fluctibus maris: dein de ſemiuſtũ condi ſepulchro:quaſi riſũ cõtinere nõ potuit. Hinc ſuper:poſt hæc umbra põpeii uenit ĩ theſaliã & ſpeculatus eſt quid ibi faceret cæſar:deinde ad claſſem ſuã uenit:quæ adhuc ĩtacta erat:cui Gn. pompeius cũ Catone ꝑerat cruenta & aſpera. Sparſis in æquore:Quia adhuc oẽ mare erat põpeianorũ. Et ſcelerũ uindex:tãdem conſiſtit in pectore Bruti & ſibi infudit quo Cæſarẽ iterficeret & amiſſam libertatẽ recuperaret. Vindex:põpeius fuit ſcelerũ qui ſemp tyrrãnos proſecutus eſt. Inuicti catõis: ĩ quẽ nulla ægritudo animi caderet:nõ ſpes nõ metus:nõ gaudiũ:nõ dolor:nõ audeo dicere paſſiones lic& aut ægritudinẽ:aut ꝑturbationẽ aut motũ animi appello.noſtri uero paſſiones animi appellant. nõ uincebaẽ ergo paſſionibus ullis Cato. Illæ ubi pendebãt:oſtẽdit ꝙ nulla animi ꝑturbatiõe moueretẽ cato.nã etiã pompeiũ ipſũ quoad uixit odio habebat.metuebat.n.ne ipſe uiceret libertatẽ cũ repu. uſurparet. Pẽdebat caſus:uidelic& quonã iclinaret uictoria. Dominũ:uictorẽ. Oderat:qre ergo ſecutus fuerat põpeiũ cato ſi oderat:qa boni oẽs ſequebanẽ pom.& ipſe coactus ẽ ꝑtes illas ſeq. Auſpiciis raptus patriæ:ſed poſt mortẽ pom.iõ factus erat põpeianus cato ꝙ hæ ꝑtes tãtũ ſuperãt in qbus ſpes libertatis poſita eẽt. Refouit:recreauit. Trepidantia:morte pompeii & milites:ſpectabant:ut quo ſe fortuna inclinaret eo ſe conferrẽt: ſed Cato retinuit:& animos illorũ trepidantes recreauit: & cũ iam arma deponerent ipſos adhortatus ẽſt ad illa cauſa libertatis recipiendæ. Ignauis ma.ꝑ manibus ignauorum. Nec regnũ cupiens:non enim ſeruire metuebat.quid ergo eum adducebat ad libertatem tuendam:ſi nõ metuebat: nõ metuebat ſeruitutem:quia paratus erat mori.metuebat autẽ aliis nõ ſibi:non enim omnes animi ſui ſciebant:ut honeſtam uitam ſeruituti anteponerent. Totæ partes:ſpectabat enim ad libertatem cato:non ad libidinem dominandi. Ne per littora:dicit.quid ſecerit cato:metuens cato celeritatem Cæſaris: qui uictoria uti ſciebat:collegit claſſem omnem & in portum Corcyræ ſubduxit:ut ibi tuta eſſet. Per littora:id eſt diuerſa maria. Rapido actu:perſecutione celeri.nam agere perſequi eſt:ut quos illos populos bello regere ſub armis. Mille carinis:adhuc magnæ ſupererant uires partium pompeianorum: unde pro re magna ac admiranda legitur quod mille carinis aſiam græci inuaſerint cum ad excidium troiæ nauigarent. Fragmenta:reliquias.Quis ratibus. quis crederet mille carinas intactas fugere quaſi uictas:quaſi dicat nemo nam mille carinæ tantas uires habere poterant:ut non fugerent: ſed uniuerſo orbi terrarum bellum inferrent: tamen fugerunt Tantis: ex quo cognoſci poteſt quantæ fuerunt opes romanorum. Arctaſſe pelagus:ut mare redderetur anguſtum. Dorica tum maleam: proſequitur deſcribere curſum quem cato tenuerit dum ſtudet reliquias militum pompeii ſeruare ſi quam rationem mire poſſet recuperandæ libertatis. Tũ:deinde. Dorica maleam: id eſt ionium mare nauigat:non illud quod eſt pars aſiatici maris: ſed alterum mare quod principium ſumit a Malea promõtorio circa quæ ægeum mare terminatur:& totam inundat ioniam a Malea uſque ad fines tænari:qua dicitur animabus deſcenſus ad inferos eſſe:habet autem ab oriente creticum mare:a meridie africum: ab occidente tyrrhenum: & circa hæc maria Catonem nauigaſſe dicit. Dorica maleam:id eſt laconicam.nam circa eam dores populi liconiæ: ut refert Strabo libro octauo.Malea eſt poſt urbem Boiam cum ad maleam nauigatur Amathus occurrit urbs:inde Aſinæ atque cythium ſparthanorum nauale nobile intra ducenta & quadragita ſtadia habet ſtationem manu effoſſam: fuit non tuta nauigatio ſupra maleam propter aduerſus uentorum flatus:inde eſt natum uulgo ꝓuerbiũ:cũ ad maleam defluxeris: domeſticos obliuiſcere. Apertam tænaron: ταιναρον: qua deſcenſus ad inferos eſſe dicitur.

Noſtra dies,riſitq; ſui ludibria trunci
Hinc ſuper æmathiæ campos:& ſigna crueti
Cæſaris,ac ſparſas uolitauit in æquore claſſes
Et ſcelerum uindex in ſancto pectore bruti
Sedit:& inuicti poſuit ſe mente catonis.
Ille ubi pendebant caſus: dubiũque manebat
Quem dominum mũdi facerẽt ciuilia bella
Oderat & magnũ:quãuis comes iſſet in arma
Auſpiciis raptus patriæ,ductuque ſenatus.
At poſt theſſalicas clades:iam pectore toto
Pompeianus erat patriam tutore carentem
Excipit:& populi trepidãtia membra refouit
Ignauis manibus proiectos reddidit enſes.
Non regnum cupiens geſſit ciuilia bella
Nec ſeruire timens:nil cauſæ fecit in armis
Ipſe ſuæ:totæ poſt magni funera partes
Libertatis erant quas ne per littora fuſas
Colligeret rapido uictoria cæſaris actu.
Corcyre ſecreta petit ac mille carinis
Abſtulit æmathiæ ſecum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantiſ fugientia crederet ire
Agmina?quis pelaguſ uictas arctaſſe carias?
Dorica tũc maleam.& apertã tænaron ũbris.

Tænaton auctore Solino cap.xii.ſpiraculũ eſt in laconia:& ut inq̃t Strabo eodẽ libro in ipſo laconici littoris inflexu tænarus ripa erecta eſt:ſacrã Neptuni ædem cõſtructam:cõtinẽs ĩ luco propinquaq; ſpelunca eſt p quam cerberũ ab ĩferis ſuperius reductũ ab hercule fabulæ canunt:& tænaron ẽ ꝓmontoriũ aduerſum Aphricæ:ut ait ſolinus cap.xii.in quo fanum Methinei Arionis:quẽ delphine eo aduectũ imago teſtis eſt ærea ad effigiem caſus & ueri operis expreſſa:præterea tempus ſignatum olympiade eni undetrigeſima:qua ĩ certamine Siculo.idẽ arion uictor ſcribit̃:id ipſum geſtũ ꝓbat̃:eſt & oppidu Tænaron nobili uetuſtate. Inde:deinde. Cythæra:iſula ubi colit̃ uenus:ũde cythærea dicta eſt.Cythæra iſula d' qua nũc loq̃t Luca.cõmodis ĩſtructa portubus: & eiuſdem nois urbe quã Euricles Lacedemoniorum auctor ĩ peculiaris iuris poſſeſſionẽ uendicauit nõ procul ẽ a malea teſte Strabone libro octauo. Boreaq; urgente:qa habet ab oriẽte creticũ mare:a meridie aphricũ:ab occidẽte tyrrhenũ. Fugit:nã diſcedẽtibus a littore:littus fugere uidet̃. Vrgente:impellente. Legit:tranſit & declarat qd dixit. Creta dictea:Cretenſia.nã dicte mõs eſt cretæ. Tunc.ſ.cum ad phicuntẽ perueniſſet q̃ ciuitas ẽ in ionio.hi portus Catoni. Clauſere:iratus cato expugnauit oppidũ & militibus diripiendũ tradidit. Aphrica auctore ſolino cap.xl.in duas ꝓminentias extendit̃ quarũ altera ꝓmõtoriũ candidũ dicit̃: altera quæ eſt ĩ cyrenaica regiõe phicute uocat̃:ea per ſinũ creticũ oppoſita cretæ iſulæ cõtra Tænaron laconicem excurrit harenas. Impulit.i.euertit. Rapinas.i.meritã diripi claudendo portas catoni. Spſit:diripuit:dimouit. Et hic:uenit in calabriã:palinurus eſt calabriæ promõtoriũ:haud lõge ab helia ciuitate q̃ poſtea Velia dicta eſt.nã pro aſpiratiõe digãma ponebãt quia ĩ paluſtribus locis ædificata ẽ. primũ dicta eſt helia nã ælos græce ſignificat paludẽ:& ꝓuincia ꝓ aſpiratione digãma mutauit nomẽ:ubi helia eſt:Velia eſt appellata.unde ibi ſepultus eſt palinurus gubernator nauis æneæ. Neq;.n æquo:bene dico delabit̃ placidis auris o palinure:qa nõ tãtũ nomẽ tuũ in littore auſonio uulgatũ ẽ.nã poſtea ſicut ipſe dixit æneæ cũ ad inferos deſcendiſſet de naui ſũma correptis cecidiſſet in fluctus pedibus terræ nauigauit cũ ad littus auſoniũ uẽiſſet occiſus eſt:& deĩde in palinuro calabriæ ꝓmontorio ſepultus eſt cui nomen dedit. Auſonio æquo: ubi occiſus fuiſti. Magiſtro:gubernatori nauis. Libye:caſus nti eſt.

Inde cythæra petit:boreaq; urgente carinas
Creta fugit:dictæa legit cedentibus undis
Littora:tũc auſum claſſi præcludere portus
Impulit: ac ſæuas meritũ phicũta ruinas
Sparſit:& hinc placidis alto delabitur auris.
In littus palinure tuum:neq; eni æquore tãtũ
Auſonio monimẽta tenes portuſq; quietos
Teſtatur libyæ phrygio placuiſſe magiſtro.
Cum procul ex alto tendentes uela carinæ.
Ancipites tenuere animos.ſocios ne malorum
An ueherent hoſtes:preceps facit oẽ timendũ
Victor:& in nulla non creditur eſſe carina
Aſt illæ puppes luctus:planctuſq; ferebant
Et mala uel duri lachrymas motura catonis.
Nam poſtq; fruſtra precibus cornelia nautas
Priuigniq; fugam tenuit:ne forte repulſus
Littoribus phariis remearet ĩ æquora truncus
Oſtenditq; rogum nõ iuſti flama ſepulchri.
Ergo indigna fui dixit fortuna marito
Accendiſſe rogum:gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro:laceros exurere crines:
Membraq; diſperſi pelago cõponere magni:
Vulneribus cunctis largos effundere fletus:
Oſſibus & tepida ueſtes implere fauilla:
Quicquid ab extincto licuiſſet tollere buſto

Teſtat̃ libye phry.iõ dixit qa de mari Siculo nauigauit ĩ Aphricã. Portus q̃e.i.calabros:eſt eni ſardinio ſiculo mari ionio q̃ cõterminus. Phrygio:troiano. Cũ ꝓ:cũ ibi eſſẽt uidere naues procul ueniẽtes.& prio qdẽ timuere ne eſſent naues cæſaris:ſed erãt naues qbus uehebat̃ cornelia cũ Sexto pom.& aliis põpeii comitibus. Tendẽtes ue.iflatæ uẽtis. Socios:põpeianos. Maloꝝ:cladiũ quas ceperãt ĩ theſſalia. Veheret:duceret q̃obrẽ ĩcertæ erãt naues:qa. Præceps facit om.timẽ.i.tãta erat celeritas cæſaris ĩ cõficiẽdis rebus:ut ubiq; timeret̃. Præceps: uelox. Et ĩ nulla nõ.i.credit̃ ĩ una quaq; naue eſſe. Luctus:de morte põpeii. Vel:et. Duri catonis:auſteri:& fortiſ.fuit eni ſtoicus cato uticenſis:q̃uis eſſet durus:tamẽ cõtineri nõ potuit qn & ipſe ſolueretur ĩ lachrymis.nã tãta erãt mala quæ nũciabãt hæ naues. Nã poſtq̃ fruſtra.ſ.tẽtauit ſuadere comitibus,cornelia:ut tãtiſper reſiſterẽt donec rogus põpeii cremaret̃:& corpus ſepulchro cõderet̃ ĩ hæc uerba ꝓrupit dicẽs ergo indigna &c. Tenuit.i.retinere tẽtauit. Priuigni.ſ.Sexti pom.q filius fuerat Imitiæ quã põpeius antea repudiauit & corneliã ĩ uxorẽ duxit Rogũ:ubi tũc cõburebat̃ Põpeius. Flãma:p quã ĩtelligebat locũ illũ eſſe ubi corpus põpeii cremaret̃. Indigna fui:nec merui accendere rogũ pompeii qui adeo exiguus erat:ut nõ plene corpus combureret. Laceros.i.ſuos ipſius cries laceratos exurere. Cõponere:ĩ unũ colligere. Pelago:p pelagus. Et.ſ.fui idigna ſemp intelligit̃. Largos fletus:abundantes lachrymas. Veſtes implere: ſcilic& cineribus pompeii.

In templis ſparſura:quia poſtea cineres pompeii in templis deū cōdidiſſem:ſi id mihi facere licuiſſet. Ardet honore rogus:quia nemo eſt q decoret ſepulchrū pompeii. Manus hæc ægyptia:fortaſſe ægyptius ē:qui meruit cremare pompeii corpus:quod officiū ingratū eſt pōpeio:ut ab hoſtili manu cremet. O bene nudi craſſorū cineres.ſ.patris & filii:dicit nūc ſatius eſſet:ut pōpeius ĩhumatus iaceret: quēadmodū Craſſi q hoſtili manu cremari. Craſſos:quos occiſos cū exercitu deleto rex parrhorū Arſacides iuſſit inhumatos iacere. Inuidia maiore deū:ex hoc ꝙ tam ſordido ſepulchro cōditus eſt pōpeius cognoſcit ipſum diis inuiſum fuiſſe. Inuidia:odio.

In templis ſparſura deum ſine funeris ullo
Ardet honore rogus:mãus hoc ægyptia forſã
Obtulit officiū:graue manibus o bene nudi
Craſſorum cineres pompeio contigit ignis.
Inuidia maiore deum.ſimilis ne malorum.
Sors mihi ſemp erit. nunq̃ dare buſta licebit
Cōiugibus: nunq̃ plenas plāgemus ad urnas
Quid porro tumulis opus eſt: an ulla reqris
Inſtrumēta dolor nō toto in pectore portas
Impia pompeium: nō imis hær& imago
Viſceribus quærat cineres uictura ſuperſtes
Nūc tamē hic longe.qui fulget luce maligna
Ignis adhuc aliquid phario de littore ſurgēs.
Oſtendit mihi magne tui:iã flãma reſedit.
Pompeiumq; ferens uaneſcit ſolis ad ortus
Fumus:& inuiſi tendūt mihi carbaſa uenti.
Nō mihi nūc tellus pompeio ſi qua triūphos
Victa dedit:non alta terens capitolia currus.
Linquere ſiqua fides peluſia littora nolo
Gratior elapſus fœlix de pectore magnus
Hūc uolumus:quē nilus habet terræq; nocēti
Quã mãet ægyptus:q̃ magni poſſidet artus
Nō hærere æquor:crimen cōmendat harēas
Tu pete bellorum caſus:& ſigna per orbem
Sexte pr̃na moue:nãque hæc mãdata r̃liquit
Pompeius uobis:in noſtra condita cura.
Me cum fatalis læto damnauerit hora.
Excipite o nati bellum ciuile: nec unquam
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit.

Similis ne malorum ſors: eadem ne me ſemper fortuna ſequetur:ut ſemper ſim a ſepulchro meorum uirorum remota ne mortem ipſorum lugeam. Nunquam dare buſta:declarat. Similis ſors & cætera: id eſt nunquid mihi placebit intereſſe exeqiis uirorū meoꝝ. Nunq̃ plāgemus ad urnas: ſed ꝓcul a cineribus uiroꝝ rēota ſemp ipſoꝝ mortē lugeamus. Quid porro tumulus:ad ſe ipſam cōuertit:q̃ſi ſe ipſam reprehēdens:dicēs qd opus ē ſepulchro & monumētis:nūquid nō ſemp mihi obuerſat imago pompeii ut abſentē etiā quaſi præſentem cōplectar. Porro:certe. Inſtrumēta:uidelic& nulla adminicula lachrymaꝝ:pietas eoꝝ quos diligimus ē quaſi adminiculū doloris. Viſceribus: declarat quod dixit ĩ pectore portas. Hæret imago:ut ipſi ante oculos poſita ſit. Victura:illa quæ uictura eſt quærat cineres uiri ſui.ego autē nō ſum ſupſtes futura. Nō tamē hic longe: ꝓſeqtur cōplorationem corneliæ:ꝙ cogat a nautis deferere locos ubi pōpeii reliquiæ poſitæ fuerant. Qui fulget: ignis inqt lucet in littore nili oſtēdit mihi aliquam partē tui eſſe o pōpei:quo fit ut iuita diſcedā. Oſtēdit:noli dicere: ignis non oſtendit imo non longe hinc oſtendit aliquid eſſe tui. Maligna luce:id eſt obſcura:quia iam extinguebatur. Flamma recedit:id eſt extincta eſt. Ferens:pro auferens pompeium: quia oſtendit corpus pompeii crematum eſſe. Vaneſcit:quia in eam partem funus aſcendebat. Et:ſcilic& quis ſint ueſtigia mei pompeii tamē diſcedere cogor. Mihi:ad dolorem meū. Nō mihi nunc tellus: iam fœlicitatis pompeii oblita ſum:miſeriarū tantum recordor. Gratior: ſcilic& ægypto:uel q̃ hæc tellus ubi iacent pompeii reliquiæ. Terens currus:id eſt calcans: nam triumphantes ſublimes uehebantur albis equis ad capitolium. Fœlix.i.fœlicitas Pompeii penitus exceſſit. Hunc uolumus:& ob hanc cauſam: quia mihi hæc tellus gratior eſt q̃ huiuſmodi regiones.unde conſtitui ſi fieri poteſt:nunq̃:hinc diſcedere quoad uita ſuperſit. Si qua fides.i.ſi mihi creditis o nautæ. Hunc:Pompeium. Terræq; nocenti: & id eſt quod uehementer conqueror quod ſi ſepultus ſit pompeius: nam ex hoc uideor leuari nefas: quod ægyptii commiſerunt. Hærere:id eſt quod hic perſiſtere nequeam conqueror: ratio. Crimen cōmendat harenas: Quia hoc ipſo quod hic occiſus eſt Pompeius: mihi cōmendabiliores:& gratiores efficiuntur harenæ. Tu pete bellorum caſus: Hic me deſere o Sexte: quoniam hæc mihi grata loca ſunt: ubi poſitæ ſunt reliquiæ pompeii. Tu quod ad te pertinet accipe reliquias belli & uindica libertatem. id enim eſt quod mihi pater tuus dedit in mandatis: ut uos monerem. ſi forte aliquid de eo contingeret: nunquam deſineretis patriam cum libertate tueri. Signa: uexilla. Condita cura: repoſita ĩ noſtra ſolicitudīe pr̃na mari data:quæ mihi dederat uobis apio:& quæ fuerit declarat. Me cū fatalis:o cornelia dicito meiſ uerbis Gn.& ſexto pō.hæc uerba o nati poſt mortē meā iqt ſuccedite mihi

Cæſaribus: Qui a cæſare deſcendẽt. Vel ſcœptra.i.uel reges uel ciuitates:uel populos qui potiũtur regꝝ ĩpellite uobiſcũ ut libertatẽ romanã recuperetis. Vel urbes:libere uiuẽtes. Sceptra monarchiã ĩquit regũ. Nominis.ſ.pompeii. Arma reliquo.ſ.tuendæ libertatis inueniet claſſes & ſupſunt uires adhuc quibus hoc facere poſſitis.uidelic& claſſis adhuc ĩtacta. Quiſquis pompeius.i.aliquis ex gente pompeii Nullis nõ gẽtibus.i.quibuslibet nationibus bellum inferre poterit. Tantũ indomitos:Vos tantũmodo animos gerite dignos paterno nomine:nõ deerunt uobis opes:non populi quibus dignitatẽ ueſtram defendere poſſitis. Tantũ: tantũmodo. Indomitos:ne ſeruire uelitis. Iuris:paternæ poteſtatis Vni parere decebit:uidelic& Catoni ſi modo ipſe uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi magne fidem: hæc ſunt mandata:quæ mihi tradidit pompeius dum uiueret illa aperui uobis: ueſtrum igitur erit exequi uoluntatem paternam. Inſidiæ ualuere tuæ:Quia clam id agebas ut ante me e uita excederes. Perfida:quia niſi hæc mãdata aperuiſſem filiis tuis quæ promiſeram a fide deſtitiſſem ergo noluiſti ut tecũ morerer: ne a fide diſcederem. Auferrem uoces.ſ.ſi tecũ morerer. Iam nũc te per inane chaos:poſtq̃ tibi fidem ſeruaui nunc reliquum eſt:ut te ſequar quocũq; ſenſus tuus puenerit.uidelic& ſequar umbras tuas per tartara: ſi modo uerũ eſt tartara eſſe nunc expeditis mãdatis tuis Per inane chaos:chaos ſignificat cõfuſionẽ elemẽtorũ omniũ:ſic diffinit̃ chaos eſt ĩordinata indigeſtaq; moles & dicitur a χέω .i.cõfundo.nam anteq̃ Deus elementa diuiſiſſet:erant omnia ſimul confuſa:& hoc chaos apud inferos eſſe dicunt quia ibi ꝑpetua nox eſt:& cõfuſio rerũ omniũ. Inane: ideo dixit qꝛ ibi ſpiritus cũ corpore habitẽt:nã inane uacuum dicit̃ quod ſine corpore eſt. Tartarus:dicitur locus inferior apud inferos: idem eſt quod chaos. tartarus dicitur a tarratu.i.pturbãdo:qꝛ ibi oĩa perturbata ſint pturbata & cõfuſa parũ differũt.tartarꝝ autẽ Strabo in tertio cõmentario ſubterraneorꝝ locũ ultimũ eſſe putat:& infernũ cũ quis audiat tartaro.tartarũ aũt tarteſſo deriuata illinc denominatione cõparare põt:tarteſſus flumen & oppidũ eſt hiſpaniæ. Si ſunt ulla:dixit ſecundũ epicureos q dicebãt aĩam uel oĩa ſimul cũ corpore pire. Quam lõgo tradita læto: uita mihi inſtar mortis ẽ:ea uero q̃ lõga futura ſit ĩcertũ eſt:ſed ſi diuturnior fuerit pœnas ab ipſa ſumã nimiũ uiuaci Pœnas aĩæ ferã:uidelic& ego ipſi mortẽ cõſciſcã. Aĩæ uiuacis:ſi diu nimiũq; uixerit. Potui:cernẽs tã dura fui: ut tibi ſupſtes eſſẽ:& dolore nimio nõ cõficerer cũ te oculis meis occidi uiderẽ. Nõ fugere ĩ mortẽ.i. tibi eẽ ſupſtes. Plãctu cõcuſſa pibit:Quãdo ita uiuax fuit aĩa mea:ut nec dolore qdẽ mortis tuæ ex hoc corpoꝛ diſceſſerit:ſaltẽ ipſo plãctu e pectore diſcedet:qa tã diu pectora plãgã:qꝛ ipſã excedere cogã.plãctus pprie ẽ pcuſſio pectoris Effluet:reſoluet̃ ĩ lachrymas. Nũq ueniemus ad enſes:qbus iugulũ apiaus nõ ad laqueos nõ ad præcipitia ueniemus:ſed ipſo dolore pibimus. Turpe:ẽ enim uxori quæ uirũ ſuũ amet nõ poſtea ipſo dolore perire. Obduxit caput:ordo ẽ:illa delituit ubi obduxit caput &c. Obduxit.circũdedit texit. Ferali: nigro & atro amictu:ſicut lugẽtes facere ſolent. Pati tene.i.nunq̃ prodire in lucẽ. Puppiſq;ca uernis uidelic& in una puppe. Arctæ:ſtrictæ. Cõplexa dolorẽ:qa q̃tũ dolorẽ poterat aĩo complectebat̃ ut citro moreret̃. Perfruit̃ la.i.fructũ quẽdã capit ex lachrymis. Pro cõiuge:loco cõiugis põpeii. Illã non fluctus:cũ ſe cornelia ĩ profundã ptem nauis recepiſſet: & ibi operto capite obſtinato aĩo mori ſtatuiſſet: nec clamoribus nautarum mouebatur:nec procellis: aut tempeſtate maris: quin etiam optabat naufragium. Fluctus: perturbatio & inundatio maris. Rudentibus:id eſt propter rudentes. ſunt enim funes quibus uela tenduntur. Clamor:ſcilc& remigum. Pericula: quia inſtante periculo & procellis armamenta nauiũ proiiciebant. Exurgens:nã ſublatus clamor nautarꝝ ſignificabat inſtare periculum.

Cæſaribꝰ regnat̃ uacet.uel ſcœptra:uel urbes
Libertate ſua ualidas:impellite fama
Nominis has uobis partes:hæc arma reliquo
Inueniet claſſes quiſquis pompeius in undas
Venerit:& noſter nullis non gentibus hæres
Bella dabit:tantũ ĩdomitos memoreſque pꝛimi
Iuris habere animos:uni parere decebit.
Si faciet partes pro libertate catoni.
Exolui tibi magne fidem:mandata peregi
Inſidiæ ualuere tuæ: deceptaque uixi.
Ne mihi commiſſas auferrem perfida uoces:
Iam nunc te per inane chaos ꝑ tartara cõiunx.
Si ſunt ulla ſequar:quam longo tradita læto
Incertum eſt pœnas animæ uiuacis ab ipſa
Ante ferã:potuit cernẽs tua uulnera magnæ.
Non fugere ĩ mortem:planctu cõcuſſa pibit
Effluet ĩ lachrymas:nũquã ueniemus ad ẽſes
Aut laqueos:aut præcipites ꝑ inania iactus
Turpe mori:poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic uidi fata caput ferali obduxit amictu:
Decreuitque pati tenebraſ puppiſq; cauernis
Delituit ſæuumque arte complexa dolorem.
Perfruit̃ lachrymis:& amat ꝓ cõiuge luctũ
Illum nõ fluctus:ſtridſeque rudẽtibus eurus
Mouit:& ĩſurgẽs ad ſumma picula clamor.

Votaq; ſolicitis. ſ.periculo iſtante nautæ uotũ faciebãt: ut incolumes ĩ portũ uenirẽt: cornelia uero ut naufragio periret. Cõpoſita:cõſtructa. Fauitq;:p.i.gratas habuit ꝓcellas. Prima ratẽ cypros:primũ ĩnqt nauis qua uehebatur Cornelia cũ Sexto & comitibus ꝑuenit cypros unde curſus fit ĩ libyam: tãdem peruenit ubi erat cato cũ altero põpeii filio primogenito. Cypros.ntũs eſt græcus N κύπροσ κύπρȣ hæc cyprus cypri. Tenẽs pelagus.i.eurus in pelago regnãs:nam eurus orientalis ẽ:qui idoneus ẽ de cypro nauigãtibus in Libyã. Moderator:quia nõ nimis uehemens ſpirabit. In libycas ſedes ibi enim cato præerat claſſi cum Gn.pompeio. Triſtis ut in uultu mens &c.& cum de littore proſpiceret Gn.pompeius & comites patris de puppe cognouiſſet:iam tũc mens mali præſaga nil boni diuinabat: ſed aliquid mali afferri quemadmodum fit in magno timore.

Votaque ſollicitis faciens contraria nautis.
Compoſita in mortem iacuit.fauitq; procellis
Prima ratem cyprus ſpumãtibus accipit ũdæ
Inde tenens pelagus:ſed iam moderator eurus
In libycas egit ſedes:& caſtra catonis
Triſtis ut in multo mens eſt præſaga timore.
Aſpexit patrios comites a littore magnus
Et fratrem:medias præceps tunc fertur ĩ ũdas
Dic ubi ſit germane parens? ſtat ſũma caputq;
Orbis:an occidimus? romanaq; magnus ad ũ
Abſtulit? hæc fat̃:cõtra quẽ talia frater. bras
O fœlix quem ſors alias diſperſit in oras
Quiq; nefas audis:oculos germane nocẽtes
Spectato gnitore fero:non cæſaris armis
Occubuit:dignoq; perit auctore ruinæ
Rege ſub impuro nilotica rura tenente
Hoſpitiis fretus ſuperis:& munere tanto
In proauos:cecidit donati uictima regni.
Vidi ergo magnãimi lacerãtes pectora patris
Nec credens pharium tãtum potuiſſe tyrãnũ
Littore niliaco ſocerum iam ſtare putaui
Sed me nec ſanguis:nec tantum uulnera nr̃i
Affecere ſenis:quantum geſtata per urbem
Ora ducis:quæ tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus:hæc fama eſt oculis uictoris iniqui
Seruari:ſceleriſq; fidem quæſiſſe tyrannum:
Nã corpus phariæ:nec canes auidiq; uolucres
Diſtulerint:an furtiuus quem uidimus ignis
Soluerit ignoro quæcunq; in iuria fati.
Abſtulit hos artus:ſuperis hæc crimina dono:

Vt:poſtq̃. Præſaga:alicuius mali. Tũc.ſ.uiſo fratre cũ comitibꝯ. Præceps:ſine ulla cõſideratõe fertur cupidus & auidus ſcire quid nã de ipſius patre eſſet. Dic ubi ſit:uerba Gnei pompeii ad Sextum. O germane:o Sexte pompei fratet. Parẽs ſcilicet noſter. Stat: uiuit ne an una cum illo periuimus. Romana:res romanæ cum eo perierunt ſi ipſe periit. O fœlix:nunc magna commiſeratione fratri reſpondet Sextus Pompeius. O fœlix: ſcilicet es o Gnee Pompei comparatione mei: quia tibi audire cõtingit:quod patri noſtro accidit.nam in hoc ego peiori conditione ſum: ꝙ non audiui: ſed meis ipſe oculis uidi. Oculos nocentes:uidendo patrem occidere. Non cæſaris armis:ad indignitatem & moleſtiam hoc quoq; acceſſit:ꝙ occiſus eſt ab iuſſu indigni hominis ſi iuſſu Cæſaris interfectus eſſet: hoc nobis æquiori animo ferendũ eſſet. Dignoq; periit auctore ruinæ: nam confiſus eſt regi ptholemæo cuius patri aliquando in regnum redditus fuerat auctore pompeio patre nr̃o & ipſius iuſſu occiſus eſt. Impuro: ſub impio & nocenti rege. Hoſpitiis ſuperis:poteſt eẽ dialiſis: ideſt diſtictio uel ſupis hoſpitiis.i.hoſpitalibus diis fretus:uel ſuperis ꝓ ſupernis hoſpitiis.i. ſuperioris tẽporis quia hoſpitio põpeii uſus eſt cũ pater Ptholemæi in regnũ reſtitutus eſt pom.iuuãte quo tẽpore romam uẽit pulſus a ſorore Cleopatra:ut a ſenatu populoq; ro.ĩ regnũ reſtitueret.nũc a ptholemæo eius filio: tanq̃ uictĩa occiſus ẽ. Munere tanto:qa auctore pom.reſtitutus ẽ ĩ regnũ. Victĩa: tãq̃ uictĩa. Donati:regni:nam milites ſuos Gabinio cõceſſerat põpeius:qbus ille reſtitutus eſt in regnũ. Magnanimi pr̃is:qa fortiter & libẽti aĩo mortuus eſt. Niliaco:ægyptio. Sed me nec ſãguis: ſed tam& ſi magno dolore confectus ſim:ꝙ patrem occiderunt: tamen id mihi etiam multo moleſtius fuit:ꝙ telo patris caput tranſſixum a proficiſcentibus per urbem Alexandriæ geſtatum eſt & ſeruatũ ut cæſari uictori oſtendatur. Affecere ſenis: quia ſenex ideo minus moleſtum eſt.nam etiam ſi occiſus non eſſet tamen haud ita multo poſt moriturus erat. Per urbem:ſcilic& Alexandriam. Fama eſt: fertur. Fidem quæſiſſe tyrannum: ut oſtenſo capite tum denique fidem præſtet commiſſi ſceleris. nam corpus phariæ: de reliquo corpore nunquid expoſitum ſit alitibus & feris eſca ignoro: an rogo ignis:quem de littore uidimus combuſtum ſit. Diſtulerint: deſiccauerint. Furtiuus:clam accenſus a Codro. Soluerit:cremauerit. Quæcunque iniuria fati:hæc omnia ignoſco ſuperis quod uoluerint patrem meum indigno etiam funere cremari:dummodo totum corpus uoluiſſent in aliquo ſepulchro qualecumque illud eſſet condi. Crimina: uidelic& quod indigne ſepultus fuerit.

